image
not
available

GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII.

VOLVMINIS II FASCICVLVS I

PRISCIANI INSTITVTIONVM VOL. I. PAG. 1—288 EX RECENSIONE
MARTINI HERTZII CONTINENS

GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII.

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

Diu multorum desiderio efflagitatum est ut grammatici Latini egregio studio atque industria olim ab Helia Putschio editi nova editione repeterentur. Itaque cum Fridericus Lindemannus eam curam in se suscepisset, mox vero vix susceptum opus omisisset, iam maioribus copiis instructi novam grammaticorum Latinorum editionem, quae magis esset ad horum studiorum rationem adcommodata, de integro parare constituimus. Qua in re hoc nobis sequendum proposuimus, ut verba scriptorum non solum e libris manu scriptis accurate conlatis quam maxime emendata exhiberentur sed etiam discrepantia scripturae una cum emendationibus virorum doctorum adnotata commentario critico instruerentur, interpretatione autem rerum nos abstineremus. Praeterea singulis voluminibus prolegomena accedent, quibus et ratio, quam in textu verborum recensendo secuti sumus, explicetur et de ipsis scriptoribus deque conditione librorum exponatur. Indicem rerum et scriptorum suum cuique grammatico aut volumini parabimus, communem omnium grammaticorum indicem, quo magis commodo doctorum hominum consulatur, in fine universi operis addituri. Sed ut modicis finibus labor cohiberetur, nunc quidem ad eos tantum auctores, qui vel artes grammaticas conposuerunt vel singularibus libellis partem artis

tractaverunt, qui olim a Putschio editi, postea cum ab aliis tum a Vindobonensibus analectorum grammaticorum editoribus aucti sunt, operam nostram pertinere voluimus: ex his quoque paucos, qui nullam omnino utilitatem habere videntur, omittemus. Nova autem cura et consilio, si res ita tulerit, his grammaticis scriptoribus postea et Festi Nonii Isidori libri, qui minus quam reliqui a communi usu inpediti sunt, et glossariorum Latinorum collectio diu desiderata addentur. Eos igitur scriptores, quorum nunc editio paratur, ita disponere visum est, ut his voluminibus distributi se excipiant:

I. Charisius. Diomedes. Excerpta ex libris Charisii et Diomedis partim ab aliis edita partim nunc primum e libris manu scriptis expressa.

II. III. Prisciani institutiones ex recensione Martini Hertzii. Eiusdem scripta minora.

IV. Probus. . Donatus. Commentarii in Donatum qui feruntur Servii Sergii Cledonii Pompeii.

V. Claudius Sacerdos. Palaemon. Asper. Consentius. Phocas. Eutychius. Macrobius. Incertorum auctorum fragmenta et excerpta grammatica. Arusianus Messus. Incertorum auctorum libri de differentiis verborum.

VI. Scriptores orthographiae et artis metricae, Velius Longus, Caper, Agroetius, Terentius Scaurus, Cassiodorus, Beda, Terentianus Maurus, Marius Victorinus, Plotius, Caesius Bassus, Atilius Fortunatianus, Rufinus, Servius, Mallius Theodorus; incertorum auctorum fragmenta.

GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

VOL. II

PRISCIANI

INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM LIBRI I — XII

EX RECENSIONE

MARTINI HERTZII

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLV

PRISCIANI

GRAMMATICI CAESARIENSIS

INSTITVTIONVM GRAMMATICARVM

LIBRI XVIII

EX RECENSIONE

MARTINI HERTZII

VOL. I

LIBROS I—XII CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLV

AVGVSTO BOECKHIO

SACRVM

PRAEFATIO

Prisciani Caesariensis Mauri [1] aetas eo definitur, quod de laude Anastasii imperatoris anno fere p. C. n. 512 [2] carmen composuit. et potuit certe ad eandem aetatem spectare Cassiodorus, qui, cum 'ad amantissimos orthographos discutiendos anno aetatis nonagesimo tertio' [3], anno igitur fere 560 [4], pervenisset, iis de orthographia praeceptis, quae ex Prisciano excerpsit, haec praefixit: 'ex Prisciano grammatico, qui nostro tempore Constantinopoli Romae doctor fuit, de libro ipsius ista collecta sunt' [5]. neque per se his obstat, quod Iustiniani temporibus 'apud Constantinopolim' eum 'grammaticae artis profunda rimatum esse' narrat Paulus Diaconus [6]. vereor tamen, ne haec sententia non nisi illo Cassiodori loco nitatur, cum uno Dionysio Exiguo interposito ipsi Cassiodoro Priscianum ibi Paulus adiungat. ceterum partim ipsum partim auctores ex ipso oriundos, ut alii ex aliis deinceps pendeant, secuti sunt adiecta passim accuratiore temporis nota, quam nullius momenti esse patet, fontes rerum Germanicarum: Ekkehardus in chronico et Virceburgensi et universali [7] atque Sigebertus [8], historia regum Franc. mo-

1 v. Niebuhrium in praef. corp. script. hist. Byzant. tom. I p. XXXIV 2 cf. Endlicheri ad huius carm. v. 280 sqq. annotationem p. 75 ed. suae 3 Cassiod. de orthograph. p. 2277/8 P. 4 cf. Mansonis Geschichte des Ost-Gothischen Reiches in Italien p. 332 sqq. 5 Cassiod. l. l. p. 2318 P. 6 de gestis Longobard. I 25. ita rem sese habere constaret, si affirmari posset, quod nonnulli contendunt, Iulianum consulem ac patricium, quo suasore institutionum grammaticarum libros Priscianus edidit cuique eos dedicavit, epitomes novellarum Iustinianearum Latinae circa annum 556 concinnatae (cf. Bienerum Geschichte der Novellen Justinians Berol. 1824 p. 74 sq.) esse auctorem. at is si summas dignitates amplius triginta annis ante (v. infra) obtinuisset, haud ita nude 'vir eloquentissimus, antecessor civitatis Constantinopolitanae' in libris mss. nominaretur. qua vix certior videtur altera vv. dd. coniectura, eum Symmachum, cui opuscula de figuris numerorum et de nummis vel ponderibus, de Terentii metris et de praeexercitaminibus rhetoricis in corpus aliquod redacta inscripsit Priscianus, fuisse consulem a. 485 7 monum. Germ. hist. ed. Pertzius scriptor. tom. VI p. 24, 32 (Iustiniani anno 20); 140, 7; 143, 24 8 ibid. 315, 53 (a. 528)

nast. S. Dionysii[9], auctarium et Mellicense[10] et Garstense[11], annales et Leodienses[12] et Admuntenses[13] et S. Rudberti Salisburgenses[14].

Omnibus vero his testibus haud maior auctoritas tribuenda est quam vel subscriptioni interpolatae codicis cuiusdam Leidensis[15], quae Priscianum narrat obisse die kł Octb̄ indictione V Olybrio consule, vel Aldhelmi in epistula ad Acircium hariolationi[16], quae Osanni de Prisciani aetate disputationem[17] irritam reddidit. quamvis enim subscriptionis ipsius partem aliquam addat Aldhelmus[18], tamen numquam, opinor, confectus est codex ille XVIII grammaticae Prisciani voluminum, quae 'propriis palmarum digitulis calce tenus digesta' descripsisse fertur Theodosius, imperator ille calligraphus, anno scilicet 450 mortuus. Theodori nimirum nomen Aldhelmo fraudi fuisse olim exposui[19] idque et Bernhardii[20] et Iahnii[21] assensu comprobatum est.

Fl. enim Theodorum Dionysii[22] v. d. memorialem sacri scrinii epistularum et adiutorem v. m. quaestoris s. palatii manu sua in urbe Roma Constantinopoli Prisciani doctoris sui artem grammaticam per annos 526 et 527 descripsisse, docent subscriptiones codicibus Prisciani vetustioribus plerisque ad calcem librorum V. VIII. XII. XIIII. XVI. XVII, uni alterive in ipso quoque initio additae[23],

9 ibid. IX 396, 16 10 ibid. 536, 32 (a. 536) 11 ibid. 563, 3 (a. 535) 12 ibid. IV 10 (a. 533) 13 ibid. IX 571, 14 (a. 535) 14 ibid. 767, 5 (a. 535) 15 cod. Lat. Voss. F 36 v. Lindemanni ad Prisciani opp. min. praef. p. XV O. Iahnium Berichte der sächs. Gesellschaft der Wissensch. ph. hist. Cl. a. 1851 p. 359 cf. infra ann. 23 16 auct. class. ed. Maius V 598 Aldhelmi opp. p. 328 sq. ed. Giles. 17 Beiträge zur Griech. u. Röm. Litteraturgesch. II 147 sqq. 18 'ego' inquit 'Theodosius totius orbis imperator inter curas palatii hoc volumen propria manu descripsi' etc. 19 Monatsberichte der preuss. Akademie der Wissensch. 1847, 417 ein philolog. klin. Streifzug Berol. 1849 p. 22 sq.

20 Grundriss d. röm. Litteratur ann. 592 p. 671 ed. alt. 21 l. l. p. 358 sq.

22 Dionysium ? v. Iahnium l. l. p. 357 23 in vetustissimis, quae nunc supersunt, exemplaribus hanc inscriptionem non inveni. ex cod. Hamburgensi, quem ad saec. XI vel XIII refert Petersenius Gesch. der Hamburger Stadtbibliothek 1838 p. 206, eam affert Fabricius bibl. Lat. III 398 ed. Ern.; equidem eam vidi in cod. Turicensi C 37|280 saec., ut videtur, XI (cf. ann. 68. 110) et in cod. bibl. publ. Leid. Lat. 92, cuius saltem initium ad saec. pertinet XII. in illo sic legitur: 'incipit ars p̄sciani .u. eloquentissimi grāmatici caesariensis feliciter scripsi ego theodorus dionisii u. d. memorialis sacri scrinii eptarū et adiutor u. m. questoris in urbe roma constantinopoli die kl̄. octobris indic̄. V olibrio u. c', in hoc: 'incipit ars prisciani eloquentissimi gramatici cesariensis scripsi ego theodorus dionisii u. d. memorialis sacri scrinii eptarū et adiutor u. m. questoris in urbe romana constantinopoli die kl̄. oct̃b. indic̄. V. olibrio const. a b c d e f g h ⁊ ceta'. uterque igitur parum differt ab Hamburgensi, nisi quod hic addit distichon, quod saepius alibi reperitur:

Me legat antiquas qui vult proferre loquelas;
Qui me non sequitur, vult sine lege loqui.

patet, ex ipso hoc titulo confictam esse subscriptionem cod. Vossiani, quam supra commemoravi

quas post alios[24] ediderunt et enarraverunt Osannus[25] et Lerschius[26], plenissime atque accuratissime Iahnius[27].

Studiorum in Priscianum collatorum et auctoritatis, qua statim usus est, testem praeter Theodorum et Cassiodorum tertium prodere licet Eutychem sive Eutychium, qui summis eum extollens laudibus discipulum eius se esse profitetur art. de verb. I 1, 8[28].

Exemplar autem ex Theodori archetypo descriptum Aldhelmi († 709) aetate in Britanniam devenisse, non est quod miremur: vigebant enim ibi tum studia alibi fere intermortua, ut bibliothecae haud paucae libris Roma potissimum arcessitis compositae per saeculum septimum existerent[29]. vix igitur addendum est, nec Bedam († 735) caruisse notitia Prisciani, quem in libro de orthographia bis nominatim antestatur[30], nec Alcuinum[31], sub tempus mortis Bedae et ipsum in Britannia natum, et edoctum et postea docentem Eboraci, cuius bibliotheca secundum ipsius testimonium[32] continebat praeter alia:

Quid Maro Virgilius, Statius, Lucanus et auctor
Artis grammaticae vel quid scripsere magistri:
Quid Probus atque Phocas, Donatus Priscianusve,
Servius, Eutychius, Pompeius, Comminianus.

nec iuvat singula lectionis Priscianeae per hanc et per proximam aetatem vestigia passim sparsa anxie colligere - verbo igitur sufficiat indicasse a Dungalo, de quo infra iterum dicendum erit[33], et ab Agobardo[34] singulos eius locos commemorari -; id enim potius spectamus, ut indagemus, quomodo haec studia continuo quodam vinculo inter se coniuncta in ipsos libros nostros manuscriptos radices egerint. magis propterea oculos nostros in se vertit Hrabanus

24 v. Iahnium l. l. p. 355 25 l. l. p. 147 sqq. 26 Museum des Rheinisch-Westphäl. Schulmänner-Vereins III 1845, 265 sqq. in commentatione: Römische Diorthosen vom ersten Jahrhundert vor Chr. bis zum sechsten nach Chr. p. 229—274 27 l. l. p. 355 sqq. in comm.: über die Subscriptionen in den Hss. röm. Classiker p. 327 — 372. similem ab eodem Theodoro operam navatam esse Boethio ibidem adnotatum est p. 354 sq. 28 p. 2154 P. cf. Osannum l. l. p. 162 sqq. 29 v. modo Heerenium Gesch. d. class. Litt. im Mittelalter I 100 sq. Frid. Monium de libris palimpsestis tam Latinis quam Graecis Carlsruhae 1855 p. 22 sq. coll. p. 9 30 p. 2347. 2350 P., unde sua hausit Alcuinus de orthographia II 311 et 312 opp. ed. Froben. 31 v. Alcuini grammat. p. 2088. 2106. 2111 P. (II 272. 281. 284 opp. ed. Froben.) cf. ann. praeced. 32 de pontiff. et sanctis eccl. Eborac. v. 1553 sqq. (II 257 opp. ed. Froben.) 33 Dungalus floruit circa annum 823 v. Muratorium antiqq. Ital. III 815 sqq. 824 sq. Baehrium Gesch. der röm. Literatur im karoling. Zeitalter p. 372 sq. quemque laudat Tiraboschium, quorum rationes frustra evertere conatur Peyronus de bibl. Bobiensi p. X. Priscianum laudat in libro responsionum contra Claudium Taurinensem episcopum (bibl. max. patr. Lugd. XIV 206 cf. Prisc. lib. VIII § 37) ipsumque Prisciani codices possedisse memoriae proditum est v. Muratorium l. l. p. 821 sq. et infra p. XVII 34 Agobardus († 840) contra obiectiones Fredegisi in bibl. max. patr. XIV 276 cf. Prisciani ad Iulianum ep. § 3

Maurus, qui Alcuini olim disciplina Turonensi usus[35] tanti Priscianum fecit, ut ex eo potissimum suos de arte grammatica libros duos excerperet, quibus in editione operum Hrabani Coloniensi vel titulus praefigitur: 'excerptio Hrabani Mauri de arte grammatica Prisciani'[36]. haud igitur mirum, quod diligentem huic scriptori operam impendit Servatus Lupus, abbas Ferrariensis (natus circa annum 805, † non multo post annum 862)[37], qui ut a Hrabano erudiretur, Fuldae olim commoratus erat. quem doctrina Priscianea penitus imbutum fuisse demonstrant eius epistulae ad Adalgardum et ad Altuinum monachum datae[38], quibus ad quaestiones grammaticas et prosodiacas ab amicis ipsi propositas Prisciani auctoritate ubivis fere adscita atque ipsis eius verbis allatis respondet. facile igitur fieri potuit, ut ipse, rei grammaticae et studiosus et satis peritus et in aliorum quoque grammaticorum operibus versatus[39], contextui eius operam navaret.

Hunc igitur Lupum arbitror designari ab accurato 1) codicis bibliothecae imp. Parisinae 7496 (*R*), qui et ipse ad saeculum nonum pertinet, emendatore aequali (*r*) ad lib. VI § 77. qui cum persaepe deleat glossemata iam tum inter ipsa Prisciani verba illata, alibi etiam inter lineas, 'magistri glosa'[40], 'vetere glosa'[41] usus, interpretamenta addit, veluti l. commemorato verbis 'quomodo figuras et colores' superscribit: 'ideas ⁊ formas q̄ inprudentia mente diuina ēstitēr quar̄ instar corpora firmarentur'. eadem tamen̄ deinceps lineolis subductis notat, addens: 'sed lupus de suo istā glosam deleuit'. satis igitur est credibile, ad ipsum Lupum pertinuisse illum, quem saepius hic emendator excitat, librum 'vetustum'[42]. ipse vero ille codex, membranaceus, formae quadratae, foliorum 249, post Prisciani artis grammaticae libros XVIII continet eiusdem de figuris numerorum, de metris fabularum Terentii, de praeexercitaminibus rhetoricis libellos, tum Rufini Antiochensis opuscula metrica, carmen denique de ponderibus et mensuris ἀκέφα-

35 v. Kunstmannum Hrabanus Magnentius Maurus p. 36 sqq. 36 Hrabani Mauri opp. ed. G. Colvenerius Colon. Agripp. tom. I a. 1627 fol. p. 28. Priscianeis, ex quibus fere solis liber prior compositus est, passim ibi immixta inveniuntur alia. libri alterius caput primum 'de vi ac varia potestate metrorum' ad verbum ex Diomedis libro III desumptum est inserto fragmento Suetoniano ex Isid. origg. VIII 7, 1. 2 petito. sequuntur deinde glossae verborum in Donatum maiorem etc. 37 v. hist. litt. de la France V 255 sqq. 38 ep. VIII et ep. XXXIV in B. Servati Lupi opp. ed Baluzius p. 26 sqq. 69 sqq. ed. alt. Antwerpiae 1710. laudat Lupus Priscianum vel in opere quodam theologico, collectaneo de tribus quaestionibus, l. l. p. 235 39 veluti Caprum affert ep. XX p. 41, Donatum ep. V p. 22, Donati in Terentium commentum Roma a Benedicto papa expetit ep. CIII p. 155 etc. 40 v. lib. XIIII § 2 41 sic ad 'cuspis' lib. VI § 66 add. 'uetus glosa summitas lanceae' 42 cf. lib. XIII § 25 XIIII 21. 37. 'alter' commemoratur lib. I § 50, plerumque var. lect. *r* indicat nota 'At' vel 'At M', interdum etiam nota ^ v. lib. X § 28. 38 XI 2

λον[43]. in margine superiore fol. 211 v literis fere detersis, ut non audeam affirmare, ipsum emendatorem supra commemoratum ea addidisse, quamvis mihi quidem ita visum sit, leguntur haec: 'Teotbt' monaheus scripsit et supscripsit non fecit bene'. utrumque exemplar et scriptoris et emendatoris ex Theodoriana recensione profectum esse, docent subscriptiones. pleraque menda, quae corrector, homo diligens ac sollers, emendavit, primae manus neglegentiae tribuenda sunt, quamquam non dubito, quin aliquotiens ex codice suo vetusto vitia ex ipso prioris scriptoris archetypo translata emendarit; ab arbitraria tamen correctione se fere abstinuit. variarum lectionum ab eo additarum in scriptore iam tum per scholas multifariam lectitato, correcto, glossis instructo non semper eadem auctoritas: in universum tamen libro *Rr* recensionis Theodorianae limpidiorem fontem inveni nullum, vetustiore uno tantum per exiguam operis partem uti mihi licuit.

Nam spes, quam Pertzio, viro illustrissimo, indice olim conceperam[44], fore ut inter grammaticorum Latinorum opera literis Merovingicis saeculo septimo scripta, quae bibliotheca monasterii S. Pauli in Carinthia custodit[45], inveniretur Priscianus, ea ad irritum redacta est, cum viro excellentissimo Prokeschio ab Osten, qui tum temporis legati Austriaci apud Borussorum regem vices obtinebat, sese interponente, codex eius bibliothecae, ut certe affirmabant monachi, Prisciani unus solus ad me delatus est saeculo duodecimo conscriptus, qui post opus aliquod liturgicum continebat libri septimi decimi artis Prisciani partem priorem satis vitiose scriptam[46].

Libri porro octavi fragmenta palimpsesta, quae inveniuntur sub foliis aliquot codicis 141 bibliothecae schol. med. Montepessulanae saec. VIIII rescriptis[47], ipso codice, ut videtur, haud multo vetustiora, diligentius examinare mihi non licuit, per ferias bibliothecae autumnales a medico satis moroso, qui his thesauris praepositus est, non sine aliqua difficultate ad id admisso, ut festinanter codices nonnullos inspicerem.

Vsus vero sum frustulis Parisinis saeculo octavo scriptis, quae continet notabilis ille et spectatus 2) bibl. imp. Parisinae codex 7530, olim Tellerianus (*P*), edito inde carmine de figuris et sche-

43 cf. catalogus codd. mss. bibl. reg. part. III tom. IV p. 366. vv. ll. locorum aliquot Graecorum a Prisciano citatorum ex hoc cod. edidit Theodorus Presselius Revue de philologie I 1845, 145 — 158 44 Monatsberichte l. ann. 19 l. p. 419 45 v. Pertzium Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde III 78 cf. analecta grammat. ed. ab Eichenfeld et Endlicher p. XXIII sq. 510 sqq. 46 [ipsas has plagulas corrigenti afferebatur epistula Fridegari Monii me certiorem facientis, se in illo monasterio vidisse codicem, saec. VIII Irice scriptum, quem inter 'tractatus diversos antiquorum grammaticorum' Prisciana quoque continere arbitraretur. at postquam librum a Monio indicatum liberalissime petenti mihi transmisit Ferdinandus Steinringerus, monasterii eius abbas reverendissimus, statim vidi, hanc spem iterum esse abiciendam. de ipso codice alias agendi locus erit] 47 cf. Librius Journal des savans 1842 m. Ian. p. 42 Catalogue général des manuscrits des bibliothèques des départemens I 337 sq. Keilius Monatsberichte der preuss. Akademie 1852, 159 sq.

matibus atque anecdoto de notis inprimis clarus [48]. legitur ibi a pag. 84 extr. — pag. 99 med. liber tertius ac deinde particula libri II (§ 22—26 init.), fol. 112r—fol. 117r [49] inter excerpta ex Charisio et ex Diomede deprompta pars libri XVIII (§ 55—126). haec ἀποσπασμάτια sequuntur textum a codice *R* et reliquis eiusdem familiae libris haud longe recedentem atque, quamquam singularia quaedam continet, ex eodem certe communi omnium, quotquot inspexi, librorum fonte, exemplari a Flavio Theodoro confecto, derivandum, ita tamen, ut codex eorum archetypus glossis et additamentis minus inquinatus fuisse videatur. nam saepe quidem is, qui fragmenta ista compegit, cum ipsius Prisciani verba tum locos scriptorum ab eo allatos vel omisit vel in brevius contraxit, ut saepe anceps haereat iudicium, utrum singula ob ipsum hoc brevitatis studium eiecerit sedulus ille magister an in codice suo non invenerit: aliquotiens tamen mihi visus sum hoc alterum satis tuto posse affirmare, veluti p. 57, 9; 83, 22; 85, 1; 86, 24; 90, 4. vel additamentum genuinum servavit hic liber p. 57, 23; certam econtra interpolationis speciem et ipse praebet p. 87, 12 sq. et p. 94, 1, quo loco eadem eaque emendatiora addita sunt in 3) codice Bambergensi.

Huius codicis (*B*) lectionum specimen ab Antonio Linsmayero diligenter confectum ante aliquot annos mecum communicavit Carolus Halmius; totum vero librum ut ipse conferre potuerim, id Raumeri, viri excellentissimi, ministri regii, comitati debeo, qua et hunc et Monacensem aestate proxima ad me transmittendos curavit. codex vero hic Bambergensis inter libros a me collatos proximum post *R* locum obtinet, ut aliquotiens vel solus genuinam scripturam servarit. est bibliothecae publ., olim bibl. eccl. cathedralis, Bamberg., signatus M. IV 12, membranaceus, formae maximae, foliorum 187, saeculo nono conscriptus [50]. fol. 1—182r continent Prisciani instit. gramm. lib. I—XVI, ut tamen uno quaternione deficiente incipiat demum a verbis '*ου* corripientes' lib. I § 36; de aliis quibusdam lacunis cf. adnotationes ad lib. II § 38 IIII 2 VI 27 extr. VII 43. fol. 23v m. saec. ut videtur XI ad marginem ascriptum est: 'IVIBOLDVS. Vogo. Hicco. Rudgerus. & luizo. Adelg.' extrema folia praebent tractatum quendam de schematibus, de tropis, de metaplasmo imperfectum: singula ibi secundum Donatum exposita inveni, additis exemplis ex sacra scriptura petitis.

Priscianus vero 'Romanae lumen facundiae', 'communis hominum praeceptor' [51], 'Latinae eloquentiae decus' [52], totiens per omne me-

48 de vario eius argumento cf. H. Keilium in anecd. Paris. rhet. ed. Fr. A. Ecksteinius p. III sqq. 49 per alteram codicis partem paginae, per alteram folia numeris signata sunt 50 cf. Iaeckii vollst. Beschreibung der öffentl. Bibliothek zu Bamberg I p. LII et p. 130 n. 1033 51 Eutychius l. ann. 28 l. 52 Alcuinus grammat. p. 2106 P.

dium aevum descriptus est, ut nulla fere 'bibliothecula' eo aut olim caruerit aut nunc careat. pro certo equidem affirmarim, in universis Europae librariis institutionum grammaticarum ad mille codices servari. quorum quidem libros XVIII omnes pauci complectuntur, libros postremos duos XVII et XVIII 'de constructione' sive 'Priscianum minorem' itidem satis pauci, libros sedecim primores 'de octo partibus orationis' sive 'Priscianum maiorem' plerique. ipsa vero hac codicum mss. copia effectum est, ut cuivis fere scriptori complures codices ad manum essent atque ut singuli et ab ipsis antiquariis et a doctoribus umbratilibus magistellisque scholasticis variis lectionibus, interpretamentis, additamentis instruerentur. singulorum inde codicum originem et nexum persequi non licet.

Ex omnium tamen ceterorum librorum farragine emergunt nonnulli, qui ad recensionem quandam singularem et ipsam ex communi Theodoriani exemplaris fonte profectam a monachis 'Scotis' [53] sive Hibernicis descripti sunt.

Trium vero huius recensionis veterum, quae mihi innotuerunt, exemplarium [54], saeculo nono meo quidem iudicio conscriptorum omnium, 4) unum (*L*) nunc Lugduni Batavorum adservatur in bibliotheca universitatis publica, cod. Lat. 67 fol. [55], membranaceus foliorum 219, ex Germania eo translatus. nam d. 3 m. Aprilis a. 1583 nomen suum ei inscripsit 'Lazarus Schönerus, scholae Corbachiensis in comitatu Walticeensi rector.' tum Iani Gruteri fuit, cuius manu haec addita sunt: 'Iani Gruteri est. Helias Putschius habuit hunc librum commodato sed negligentius eo usus est ob scripturae difficultatem. infinita enim emendatius hinc edi potuissent.' incipit codex a Prisciani interpretatione periegesis Dionysii anepigrapha, omissis primis quinque versibus, cui fol. 7v subscriptum est: 'finit periegesis Prisciani.

Dubthac[h] hos uersus transcripsit tempore paruo
Indulge lector q̄ male scripta uides.

tertio idûs apriles	tribus degitis
tertio anno decennō cicli	tribus instrumentis
tertio die an̄ pascha	penna membrano
tertia decima luna incipiente	atramento ″trice
tertia hora post meridiem	trinitate auxilia'.

quae si ad ipsum nostrum codicem et ad saeculum nonum spectant, anno p. C. n. 838 hunc librum assignare videntur secundum calculum a Ferdinando Pipero, viro eruditissimo, meo rogatu institutum. fol. 8 glossas aliquot rhetoricas Graeco-Latinas et disputa-

53 de nomine Scotorum cf. quae congessit Zappertus l. ann. 75 l. p. 100 sqq. 54 [quibus quartum accessurum esse cod. S. Pauli nuper credebam. at v. ann. 46] 55 catalogus librorum tam impressorum quam mss. bibl. publ. univ. Lugd. Bat. 1716 fol. p. 328

tionem de Priscianea vocis definitione continet, ab alia manu additas. fol. 9r incipiunt Prisciani artis grammaticae libri XVIII, variis manibus conscripti. nulla tamen lacuna inter scribendum relicta omissa est libri duodevigesimi pars satis ampla eaque Graecis maxime referta a vocc. ὑμᾶς εὐεργετεῖν § 164 usque ad 'aliquid facere' § 296. minores defectus notati sunt lib. IIII § 38 V 56 XVI 15 XVII 159. exemplaris Theodoriani duo hic liber continet vestigia satis detersa in vocc. 'praeceptoris mei' et 'doctoris mei', quorum illa libri VIII, haec libri XIIII subscriptio servavit. in fine m. recentiore saeculi XII adnexus est Prisciani de declinatione nominum libellus adiectis scholiis, ex quibus haec delibare placet: 'Prisciani proprium nomen est auctoris huius libri. Grammatici nomen est officii. Cesariensis dicitur a caesarea cappadocie regionis. Tres sunt Caesaree ex nomine Caesaris dictae. uidelicet una est palestine. regionis. Alia philippi quam aedificauit ipse philippus suoque nomine et imperatoris imposuit ei nom̄. ut cesarea philippi; Tercia capadocie de qua iste dicitur cesariensis unde oriundus fuit et ibi multo tempore docuit. Postea ut quidam asserunt romae fuit. Vel secundum iohannem scottum cerariensis (*l.* Caesariensis) ideo dicitur propter dignitatem id est regalis.' talia atque his similia in aliis etiam libris passim leguntur.

5) Alterum horum exemplarium est codex bibliothecae Caroliruhensis 223 (*K*) membr., foliorum formae maximae 103[56], institutionum gramm. lib. I—XVI complectens. Theodoriani exempli memoria ad calcem lib. XII et XIIII suscitatur. ex monasterio Reichenaviensi codicem ortum esse, demonstrat titulus 'lib. Augie maioris'. cuius bibliothecae extat catalogus anno Ludovici imperatoris octavo, p. C. n. 822, confectus[57]. duorum tamen qui ibi laudantur[58] 'de libris Prisciani' codicum institutiones continentium alter 'de litera de syllaba et de octo partibus orationis lib. XVI et de constructione lib. V (*l.* II) in cod. I', alter eosdem libros adiecto Pompeii in Donatum tractatu exhibebat. ad horum alterutrum pertinet fortasse Klockii ad Livium VII 3, 7 adnotatio, qui narrat apud Priscianum lib. V § 9 in 'Augiae vetustissimo ms.' 'nurano' legi pro 'Ruscino'. noster enim liber, qui, cum in fine mutilus non sit, ab illis certe diversus est, eo l. praebet 'nuscino'. crederem potius eum esse 'Prisciani de arte gramm. lib. I, quem Vragrat presbyter dedit'[59], Erleboldo abbate (a. 823—838) scriptum, nisi ibi potius unus ex duodeviginti artis gramm. libris quam unus codex sedecim librorum

56 cf. Zeussii grammaticam Celticam I p. XXXII sq.; scripturae specimen accurate depictum extat apud Silvestrium paléographie universelle tom. IV Paris. 1841 fol. tab. 10 57 ap. Neugartium episcopatus Constantiensis Alemanicus p. I t. 1 typis S. Blasii 1803 4. p. 536 sqq. 58 l. l. p. 542 sq. 59 l. l. p. 545

designari videretur. at circa idem fere tempus ex uno fortasse alterove illorum codicum liber noster descriptus est. adfuerunt autem sive ipsius sive archetypi eius librario duo exemplaria, quorum alterum Romanum fuisse docent adnotationes ad lib. I § 2. 7 II 35. quod per se mirum non est, cum Scotos Romam saepe peregrinatos esse librosque inde asportasse constet. at nunc Romae tam reverendae vetustatis librum frustra quaesivi. omnium enim qui ibi servantur Prisciani codicum saeculo decimo, cui assignandus est Vaticanus 1480, vetustiorem inveni nullum. at non patebat illo tempore bibliotheca Barberiniana, ubi 'vetustissimus' Prisciani codex dicebatur adservari [60]. sed ne hunc [61] quidem saeculum decimum excedere, postquam doctis bibliotheca illa reclusa est edoctus sum a Bethmanno, Brunnio, Ribbeckio, qui mea gratia eum inspexerunt.

Codices aliquot Sangallenses, qui anno 925, ut ab Hungarorum incursionibus servarentur, Reichenaviam delati erant, redditos non esse, narrat Ekkehardus [62]. ad hos libros Caroliruhensem nostrum pertinere, demonstrari nequit. at 6) in bibliotheca conventus Sangallensis tertium exemplar eiusdem recensionis extat, signatum numero 904 (*G*), membr., paginarum formae maximae 249. amplectitur Priscianum maiorem et minoris initium usque ad voc. 'naturaliter' § 67 p. 1068 P. [63] Theodori memoriam servat in subscriptionibus libri VIII et, ipso Theodori nomine addito, libri XII [64]. variorum qui eum conscripserunt librariorum unius nomen ascribitur in margine superiore pag. 157 a scriba illum excipiente: 'huc usque caluus patricius depinxit'. alterius librarii nomen coll. codicis pag. 194. 207 Zeussio fuisse videtur Dongus sive Donngus. ad hunc codicem et ipsum conscribendum duo exemplaria usurpata esse docet nota, quae pag. 89 legitur: '$\overset{a}{\text{I}}$ .i. in alia editione', quae ad additamentum libro V assutum videtur pertinere [65], eademque nota $\overset{a}{\text{I}}$ etiam alibi in variis lectionibus adferendis adhibetur, veluti I 233. 513 II 21. 25 Kr. ipsum autem codicem nostrum non sine veri specie eum

60 Blumii bibliotheca librorum mss. Italica p. 153: '1666. 1667. Prisciani grammatica. fol. cod. vetustissimus'. sunt autem libri duo, quorum hic ad saeculum XII pertinet 61 codicem 1666, nunc num. 97 signatum 62 Ekkehardi casus S. Galli ap. Pertzium monum. Germ. hist. II 105 63 de hoc libro accurate egit Zeussius l. l. 1 p. XIII sqq. cf. etiam F. Kellerum Mittheilungen der antiquar. Gesellschaft zu Zürich VII 81 sq. addito scripturae specimine tab. XI n. 2 64 libri XIIII subscriptio deest 65 in fine libri V pagina dimidia abscissa est, p. 88 col. b et p. 89 col. a continens. in ima paginae 88 col. a et p. 89 col. b legitur encomium Guntarii episcopi. in ima pag. 89 addita est illa nota, quae, cum p. 90 ab ipsa lib. VI praefatione incipiat, ut ipsi Prisciani textui nihil desit, mihi videtur indicare, in parte folii amissa illud additamentum ex alio quodam libro adiectum fuisse

esse censet Kellerus [66], quem inter libros ab abbate Grimoldo cum adiutorio Hartmoti praepositi sui per annos triginta et unum Ludovici Germanici et Caroli Crassi temporibus patratos laudat cod. S. Gall. 267 p. 27: 'grammatica Prisciani vol I' [67]. ipso enim hoc Grimoldo abbate Marcus, episcopus Scotus, eiusque nepos Moengalus Roma redeuntes monasterium Sangallense adisse ibique consedisse narrantur. pertinuerit igitur liber noster ad libros Marci, quos monasterio ab ipso donatos esse refert Ekkehardus [68].

Hi tres codices *GLK* ita inter se conspirant, ut pateat, eos ex eodem fonte ductos esse, ita inter se dissentiunt, ut alius ex alio descriptus esse nequeat. *G* tamen et *L* artiore propinquitate coniuncti sunt, *K* ad alterius familiae codd. propius saepe accedit. insunt tamen recensioni huic Scoticae hic illic genuinae doctrinae vestigia (v. modo lib. I § 7), saepe tamen communem exemplaris Theodoriani fontem, ex quo hos etiam libros manasse docent subscriptiones supra laudatae, relinquit. a Scotis vero scriptos esse hos libros demonstrant nomina scriptorum in *GL* commemorata, genus scripturae, glossae denique et interpretamenta Irica, quae iis ascripta sunt, ita tamen, ut Sangallensis copia eorum reliquos longe superaret [69]. tales libros etiam in ditissima monasterii Bobiensis a Columbano Hiberno conditi bibliotheca servatos fuisse constat [70], quos 'pro va-

66 l. l. p. 82 67 cf. Ratperti casus S. Galli ap. Pertzium monum. Germ. hist. II 70 68 Ekkehardi casus S. Galli ap. Pertzium l. l. p. 78. certe cod. noster non is est, in fine mutilatus, qui in catalogo bibl. Sangallensis saec. VIIII (cod. 728 p. 20) sic describitur:

'Libri prisciani de octo partibus XVI
Item eiusdem de constructione partium orationis libri II
Item ad Simachum de figuris numerorum liber. haec omnia in vol. I'.

ac similiter inde in cod. 267 p. 22: 'libri grammaticae artis XVI' etc. haec enim Weidmanni (Gesch. d. Bibliothek von S. Gallen p. 394 n. 548) sententia eo refutatur, recte adnotante Zeussio l. l. p. XIX, quod iste liber non in priorem illius catalogi partem inter 'libros scottice scriptos' receptus est. multo minus autem haec pertinent ad cod. Prisciani maioris Sangall. 903, qui quidem Ildefonso ab Arxio saeculum nonum superare, mihi autem non ultra saec. XI scriptus esse videtur. de omnibus his et de reliquis codd. Prisciani Sangallensium vicissitudinibus, quas hic perquirere longum est, cf. Weidmannum l. l. p. 394 sq. 421 429. 436. codices duos, qui inde ad Turicenses pervenerunt a. 1712, Turici vidi in bibl. publ., alterum libros XVIII complectentem saec., ni fallor, XI (C 37|280 cf. ann. 23), alterum, fragmentum libros III — X continens, saec. X; tertium quendam eiusdem bibl. Priscianum maiorem s. XII descripsit Fritzschius in ind. lect. acad. Turic. a. 1848 aest. p. 10 sq.

69 de his glossis cf. cum Pottius die keltischen Sprachen in Gödekii Deutsche Wochenschrift a. 1854 fasc. 15 et in Hall. allg. Lit. Zeit. Intell. Bl. a. 1846 n. 4, ubi cod. Leidensis glossas ex apographo meo edidit, tum Zeussius gramm. Celt. II. supra ll. et p. 964 sqq. 1010 sqq., ubi copiae cod. Sangallensis, Caroliruhensis quoque libri ratione habita, in lucem prolatae sunt 70 v. inventarium saec. X infra laudatum apud Muratorium antiqq. Ital. III 819 coll. p. 871 et inventarii a. 1461

ria eorum antiquitate vel a D. Columbano ex Hibernia vel a Cumiano ex Scotia aliisque anglis monachis allatos' censet Peyronus [71], eiusdemque bibliothecae catalogus saeculo, ut Muratorio visum est, decimo confectus inter libros a Dungalo 'praecipuo Scotorum' oblatos laudat Priscianum maiorem et duos Priscianos minores [72], quos suspiceris ex eodem fonte ductos fuisse, cuī Scotici nostri *GLK* originem debent [73]. ubi autem et a quo haec recensio confecta sit, dicere nequeo. id unum addam, ne id quidem certum esse, num in ipsa Hibernia orta sit, cum natio Scotorum, 'quibus' ut ait vetus vita S. Galli [74] 'consuetudo peregrinandi iam fere in naturam conversa est', Italiam, Galliam, Germaniam, Helvetiam istis saeculis peragrarit indeque singula monasteria a Scotis passim obsessa commercio inter se non caruerint [75].

Cum ad hanc recensionem pauci tantum ex reliquis libri sese applicent, plerique ad alteram familiam pertinent, quae Theodori exemplar fidelius sequitur cuiusque testes locupletissimos esse vidimus libros nostros *RB*, ita tamen, ut alii ex illa recensione plus minusve in usum suum converterint, alii variis modis temere interpolati sint, omnes corruptionis deinceps sese insinuantis permulta offerant vestigia. quos omnes conferre et inutile fuisset et spatium vitae uni homini datum fere excessisset. neque omnium, quos vel ipse evolverim vel aliunde cognoverim, manuscriptorum Prisciani codicum catalogum in lucem edere operae pretium est. id unum addiderim, praeter fragmenta Montepessulana pag. XI indicata ex iis libris, quos inspicere mihi non contigit, prae ceteris virorum

conscripti cod. 89 p. 26 ed. Peyron. pone Ciceronis orr. pro Scauro, pro Tullio et in Clodium fragmenta cum Peyroni adnotatione p. 188 sqq. 71 de bibliotheca Bobiensi comm. l. l. p. VI 72 v. Muratorium l. l. p. 821 sq. coll. ann. nostra 33 73 complures saeculo X monasterii Bobiensis bibliothecae codices Prisciani fuisse docet catalogus supra commemoratus, ubi, ut de solis instit. gramm. libris loquar, praeter libros Dungali p. 820 consignantur libri Prisciani minoris II; in brevi de libris Theodori presbyteri p. 822 Prisc. mai. lib. I, lib. I Ysidori... et Prisc. minoris; porro lib. Prisciani min., in quo Caper et Agroecius et Alchoin habentur p. 823; item ibidem de libris fratris Smaragdi lib. Prisc. mai. I 74 ap. Pertzium mon. Germ. hist. II 30 cf. etiam monachi anon. Ratispon. vitae Mariani Scoti (act. sanct. Febr. II p. 365 sqq.) caput 1 'Hiberni ad fidem conversi eam alibi praedicant', cuius extrema verba sunt haec: 'postquam ardens flamma spiritus sancti populos Hiberniae temporibus primitivae ecclesiae efficaciter perflavit, peregrinationem cambientes pro patria, ita in transmarinas regiones se praecipitaverunt, ut diversas Europae partes semotas praedicando perlustrarent' 75 de his rationibus cf. act. sanct. l. l. p. 361 sq. Rettigium antiquiss. quat. evangel. cod. SGallensis Turic. 1836. 4. p. XLIV sq., cuius libri notitiam Bernhardio (Grundriss d. röm. Litt. ann. 250 ed. et alt. et tertiae) acceptam refero, Kellerum l. l. p. 61 sqq., Zeussium l. l. p. XVI sqq., Zappertum über das Fragm. eines liber dativus in act. consessuum acad. Vindob. class. hist. phil. XIII p. 97

doctorum cura dignos videri libros duos saeculo nono conscriptos, cod. mus. Brit. Harlei. 2674, membr., quondam S. Nicolai prope Cusam, Prisciani gramm. libros XVIII continentem in fine mutilos [76], et bibl. seminarii Augustodunensis cod. ms. n. 40*, qui libros sedecim priores complectitur [77].

Cum igitur haud multum interesse viderem, quosnam huius familiae libros inter eos, qui et vetustate et bonitate proxime ad codd. *RB* accedunt, praeter hos ad sensim gliscentes corruptionis progressus demonstrandos conferrem, duos potissimum eam ob causam elegi, quod altero, Bongarsiano (*D*), praeter Gruterianum, quem et ipsum in usum vocaveram, usus olim erat Putschius, alterum Halberstadiensem (*H*), quem Lutherium perperam dixit [78], ducem fere sibi elegerat Krehlius.

Eorum librorum 7) is, instit. gramm. libros complectens omnes, qui olim S. Basoli prope Remos fuit, tum Iacobi Bongarsii, nunc est bibl. Bernensis publicae cod. 109, membr., formae maximae. saeculo nono eum assignat Sinnerus [79], equidem a variis manibus non ante saeculum X scriptum esse censeo. exciderunt quaterniones II et XVIII signati (cf. ann. ad lib. I § 33 XIII 31), quorum tamen hunc m. haud multo iunior ita instauravit, ut extremam pag. unam et dimidiam variis excerptis ex patribus potissimum Ambrosio, Augustino etc. Tironianis passim notis utens explerit; unum fol. m. rec. additum lib. VII § 85, adiecto altero, quod medicamentorum formulis etc. refertum est. item lib. XVIII § 31 post vocc. 'cassa fraude parat' maiori parti paginae varia de epactis et curiales quaedam nugae notis Tironianis hic quoque admixtis inscripta: pag. deinde sq. ab alia manu continuatur Priscianus. ipsis eius verbis iam iam glossemata haud pauca inserta sunt, quae a libris optimis absunt: ad emendandum et, ut vere fatear, saepe vel ad corrumpendum librum alios codd. ad manus sibi fuisse testatur corrector ad lib. XVII § 72; alterius recensionis eum non expertem fuisse docet praeter alia additamentum ad lib. I § 7.

Ipsi saeculo X assignandus mihi visus est 8) alter codex inst. gr. lib. I—XVI, codice *D* paulo purior, quem ad nonum vel decimum saeculum rettulit Krehlius [80], ad nonum Hertzbergius [81]. servatur in bibliotheca gymnasii Halberstadiensis, signatus M·59, est membranaceus, formae quadratae mai., foliorum 261, satis accurate descriptus ab Hertzbergio [82]. ecclesiae cathedralis Halberstadiensis

76 a catalogue of the Harleian mss. in the British museum II 706 77 catalogue général des bibliothèques publiques des départ. I 22 sq. 78 v. Hertzbergium Archiv f. Philol. u. Pädag. VII 235 79 catalogus codd. mss. bibl. Bern. I 583 sq. 80 Prisc. opp. I p. X 81 l. in ann. 78 laudato 82 l. l. p. 232 sqq.: ipsam cod. collationem, quatenus ibi publici iuris facta est, neglegentius instituit

eum olim fuisse docent haec verba in tertio a fine folio: 'hoc maius volumen prisciani artis grammatice est beati stephani prothomartiris', cui teste eiusdem bibliothecae cod. 132 [83] fol. 1 Priscianus cum aliquot aliis codd. 'ad eruditionem scolarium' oblatus est a Marcuuardo diacono sancti Stephani in Halberstad. canonico, qui 'anno ab incarnatione domini M.C.XL.VII° apud trecas in burgundia VI° idus aprilis de huius uite ergastulo ad requiem migrauit et apud scm lupum fideliter requiescit'. hic illic exciderunt folia, a m. rec. partim suppleta [84].

His addidi eiusdem fere aetatis eiusdemque pretii 9) fragmentum bibliothecae publicae Amienensis (*A*), quod et ipsum in catalogo a Garnerio confecto saeculo nono tribuitur [85], mihi a variis saec. X et XI manibus concinnatum videtur. constat uno quaternione artis gramm. initium exhibente usque ad 'navita' lib. I § 52 et tribus quaternionibus d e f signatis, quibus insunt libri IIII V VI usque ad 'eiusdem significationis' lib. VI § 43, nisi quod quat. e fol. 4 a b amisso periit pars libri IIII (§ 36 — § 50). ultimum quat. f folium (fol. cod. 30) praebet 'glosas minoris Prisciani', libelli sc. de nominum declinatione, qui et ipse sic nominatus est. in quinto denique quaternione (sign. VI^h ... - liturae ni f. inest num. III - fol. 31 — 38) lib. VI finis inde a voc. 'gaudium' § 77 et initium libri VII usque ad 'idem in secundo georḡ' § 27 literis consignata sunt.

Hi tres codices *ADH* ad ulteriorem textus historiam repraesentandam videbantur plane sufficere. apposui igitur per libros XVI priores plenam codd. et *RBDH* et *GLK* et, ubicumque aderant, *PA* variam lectionem. at ex ipsis his codd. etiam paulo ultra magistellorum operam in Prisciano sive emendando sive interpolando collocatam licebat persequi. nam nullus fere liber invenitur, quin a compluribus scriptoribus postea correctus, immutatus, interpolatus, variis lectionibus adiectis amplificatus sit. eorum igitur opera ut et ipsa dignosceretur ita effeci, ut literae minores singulis codd. notis respondentes *r*, de qua ante dictum, *bdhglka*, quibus perraro accedit *p*, has curas significarent. et *r* quidem ab emendatoribus recentioribus (*R m. rec.*)

Hertzbergius, quam decebat philologum ob eandem neglegentiam Krehlium theologum adroganter et acerbe vituperantem 83 'evangelia cum lectionibus per anni circulum ordinata'. quae inde supra relata sunt, ea humanissime mecum communicavit Theodorus Schmidius 84 v. Hertzbergium l. c. p. 233 sq.; addendum, quod etiam in fol. 1 r a m. rec. perscriptum est ep. ad Iulianum datae initium; m. pr. fol. 1 v incipit a verbis: '(vitu)perandum me esse' 85 I. Garnier catalogue descriptif et raisonné des mss. de la bibliothèque communale de la ville d'Amiens, Amiens 1843 p. 347 sq.

ut discerneretur sedulo curavi; per reliquos libros singulos vastae huius farraginis auctores tuto seiungere non licuit.

Praeter hos codices multos etiam alios vel diligenter examinavi vel per aliquam partem contuli. nullum tamen inveni, qui genuinae lectionis fontem ab alterutra vetere recensione recedentem praeberet. passim igitur tantum, ubi ex re videbatur, testium supra dictorum numerum per hos libros auxi unius alteriusve istorum codd. lectione addita, ubi is vel aliorum testimonium fulciret vel singulare quid et notabile afferret. quo praeter codd. Romanos et 1) Vaticanum et 2) Barberinianum supra commemoratos pertinent:

3) cod. Monacensis *A*, de quo cum maxime loquar pluribus.

4) cod. Darmstadiensis 2190, bibl. olim Coloniensis 200, membr., formae max., librorum XVIII omnium, saeculo VIII assignatus ab Hartzheimio [86]; at hunc librum ex Caroli Lachmanni et Mauricii Hauptii, quos de eius aetate per dies conventus philologorum Darmstadiensis consulere licuit, consensu saec. demum XII tribuere non dubito. (*Darmst.* [a])

5) cod. Darmstadiensis 725 (olim $\frac{363}{452}$) instit. gr. lib. I—XVI, membr., formae quadratae, saec. XII, olim monasterii S. Iacobi Leodiensis. (*Darmst.* [b])

6) fragmentum Darmstadiense 2172, olim Coloniense 202 [87], membr., formae maximae, saec. XII, libros primores exhibens usque ad voce. 'ut hic senatus' lib. VII § 91. initium et praefationis usque ad 'omnia fere' § 2 et libri I usque ad 'hae coniunctae' § 4 deficit. (*Darmst.* [c])

7) Caroliruhensis alter, 220, olim Reichenaviensis, membr., formae max., saec. XII. et huius et cod. *K* usum mihi paravit Baehrius.

8) Coloniensis, bibl. Wallrafianae, cuius libri usum Heimsoethii inprimis comitati debeo, itidem membranaceus eiusdemque et formae et aetatis. hi duo libri eo conspicui sunt, quod loci auctorum a Prisciano citati ex ipsis horum scriptorum membranis haud raro videntur esse emendati.

Neque his frequentius Krehlii codices, quos in utriusque tomi ed. suae praefationibus enumeravit, in auxilium vel propterea vocavi, quod eos nec satis plene nec satis exacte contulit, id quod praeter alia multa me docuit iterata libri Halberstadiensis collatio. ex reliquis eius codicibus eminet, saepe cum *r* conspirans, liber 'imperialis monasterii S. Maximini' Treviris, quem Heidelbergensem vocavit [88]. cuius notitiam haud paulo accuratiorem quam

86 catalogus hist. crit. bibl. eccles. metropolit. Coloniensis Col. Agripp. 1752. 4. p. 160   87 cf. Hartzheimium l. l. p. 161, qui saeculo X hunc cod. tribuit   88 v. Krehlii praefat. I p. XI sq. Reiffenbergium bulletin de l'acad. des sciences et belles

ex ipsa Krehlii editione petere mihi licuit ex collatione a Friderico Lindemanno, cui et ipsi a Friderico Creuzero codex transmissus erat, anno 1818 ad ed. Putschianam instituta, quam Henrici Keilii beneficio debeo. codex is membr., formae maximae, Halberstadiensi recentior [89], desinit in voce. lib. XVI § 14 'nam equidem'.

Cum vero codd. supra memoratis ad recensendos libros priores sedecim apparatu large sufficiente instructus mihi viderer, secus res sese habebat in libris duobus de constructione emendandis, qui a vetustissimis et optimis libris saepe aberant, ut ex meis *R* et *D* soli plenos eos adderent, Graecis plerisque vel a *D* omissis. nam in *BHKA* libri illi omnino deficiunt, *G* ante librum XVII medium desinit, *P* particulam tantum libri XVIII eamque multis omissis imperfectam praebet, in *L* gravissima eiusdem libri pars intercepta est. alia igitur ad provinciam illam administrandam subsidia quaerenda erant, ex quibus verbis praesertim Graecis certum ubique medellae fundamentum substrueretur.

Nihil igitur exoptatius contingere mihi potuit, quam ut 1) in cod. bibl. Lugd. Bat. Voss. O (i. e. formae octavae, est autem potius quadr. min.) 12 (*V*)[90], membr., foliorum 72, saeculi VIIII vel X ineuntis, reperirem gemellum codicis *R*, ipsi haud imparem. qui quamvis ab initio mutilus - incipit enim demum ab '(ἀνα)στραφεὶς εἴην' lib. XVIII § 92 vel, si laceras duorum foliorum particulas adnumeres, ab 'homines dicere' § 86 -, tamen per eam servatus est libri XVIII partem, quae Graecorum auctorum reliquiis scatet. tres praeter folia modo commemorata quaterniones perisse, ut ab initio lib. XVIII cod. olim orsus sit, docent notae singulis deinceps quaternionibus additae. finem lib. XVIII (fol. 50r) excipit carmen 'REMI FAVINI DE PONDERIBVS ET MENSVRIS' (fol. 50r — 52v) et 'FORMATA EPISCOPORVM' (f. 52v, 53r); praeterea insunt Prisciani de figuris numerorum, de metris Terentii et aliorum comicorum, de praeexercitaminibus rhetoricis libelli (f. 61v — 71r), Rufini denique in metra Terentiana commentarii initium usque ad verba 'ne forte impru(dens)' p. 2709 P.

Contuli praeterea ad eosdem hos libros recensendos 2, 3) libros duos in membrana formae maximae scriptos, qui olim monasterii Neapolitani S. Ioannis de Carbonaria, nunc inter bibl. palat. Vindobonensis codd. phil. Lat. numeros CCCXLVII (*S*) et CCCXLVIII (*N*) obtinent, ab Endlichero accurate descriptos [91].

lettres de Bruxelles 1844, 387 sq. (ex schedis Wietheimii e soc. Iesu). Confluentiae, ubi cod. extare suspiceris - Goerris enim fuisse dicitur - coll. Pertzio Archiv VIII 24, frustra eum quaesivi 89 iudice Krehlio l. l. p. XI 90 catal. bibl. Lugd. Bat. ann. 55 l. p. 386 91 catal. codd. phil. Lat. bibl. Palat. Vindob. p. 242 — 244 et p. 244 sq.

continet uterque Priscianum minorem saec. X descriptum, alter (*S*) post varias saec. X et XIII membranas conglutinatas f. 89r — 104, alter (*N*) post Prisciani volumen maius et ipsum saec. X. conscriptum f. 81v — 109v. deest tamen illi maior pars libri XVIII inde a vocc. 'clausus sit vel esto' § 74, hic per extremam partem inde a § 157 Graeca omnino omittit eo usque satis vitiose addita. utriusque libri lectiones, quamvis *N* singularia quaedam praebeat, corruptionis crescentis specimen potius quam emendandi instrumentum praebuerunt.

Aliquantulum maiore cum fructu usus sum 4) variis lectionibus ex cod. bibl. imp. Parisinae 7499 (*O*)[92] a Theodoro Presselio enotatis mihique concessis. hic enim liber, olim Puteaneus, qui praeter Prisciani de constructione libros saec. VIIII scriptos habet Engelmodi episcopi carmina, Prisciani περιήγησιν, Eutychem cum scholiis in fine mutilum, a puro et limpido fonte, ex quo *RV* manarunt, haud ita longe recedit.

Ex ipso illo fonte profluxisse 5) cod. Monacensem Lat. 280 *A* membr., foliorum formae max. 168, saeculi, ut equidem arbitror, XI[93], ipsum libri huius argumentum docere potest. duabus enim partibus codex constat: altera est Priscianus maior variis manibus conscriptus, altera eodem fere opusculorum corpore composita est, quod per optimos saeculi noni libros propagatum invenimus: continet enim Prisciani libros de constructione II (f. 107v — 160r), eiusdem de figuris numerorum, de metris Terentii, de praeexercitaminibus rhetoricis tractatus (f. 160r — 168v), in extrema denique pag. extremae parte initium commenti Rufiniani, in cuius vocc. 'Flavius Caper in artibus' p. 2707 P. desinit. ad Graeca sananda magnam eius esse utilitatem grammaticos docuerat Leonardi Spengelii 'index Graecorum locorum apud Priscianum quae extant ex codice Monacensi', quod pergratum 'supplementum editionis Krehlianae' Varroni suo adgregarat[94]. ac revera ad librorum *RV* praestantiam prope eum accedere probatum est collatione ab Ottone Heinio meum in usum sollerter instituta.

Ex eadem vero Spengelii commentatione[95] edoctus 'hanc alteram Prisciani partem quattuor codd. collatam ab Anglis insertam extare novae Scapulae editioni' i. e. Oxoniensi a. 1820 in lucem datae, diu hunc librum apud nostrates frustra quaesivi. qua de re cum etiam Fridericum Ritschelium literis adirem, is mihi rescripsit, eius libri folia quae desiderarem ex Anglia a Iacobo Bernaysio asportata esse. qui postquam precibus meis facile obtemperans folia haec

92 catal. codd. mss. bibl. reg. part. III tom. IV p. 367 93 X saeculi secundum Spengelium l. ann. sq. l. p. 603 94 M. Terenti Varronis de lingua Lat. quae supersunt ed. p. 599 — 658 95 l. comm. p. 604

mihi permisit inscripta: 'E Prisciani libro XVIII sive de constructione excerptum. — Vsus Latinus Graeco in omnibus partibus collatus', vidi iis inesse extremam lib. XVIII partem inde a § 157 emendatam cum ad libros, quibus et ipse usus eram, Lugdunenses et Gruterianum et Vossianum, tum ad editionis Basileensis exemplum, 'quod cum ms. a Scaligero collatum nunc bibliothecam Bodleianum ornat.' quodsi editor Anglus 'Scaligeri librum' ait 'a Putschio adhibitum esse, certis quibusdam indiciis deprehendimus', adiciendum est, ipsum Putschium et in auctorum syllabo narrare, ex Iosephi Scaligeri libro Graeca pleraque in libris *περὶ συντάξεως* esse restituta, et uberius in epistula ad Iacobum Bongarsium ipsi Prisciano suo praemissa [96] exponere, in ipsis his libris sibi inprimis usui fuisse, quae ex illustrissimi Scaligeri codice transcripta ad se miserit Cornelius van Dale, cognatus suus carissimus. conspirat collatio haec Scaligerana (*C*) plerumque cum codd. *RVM* lectionibus. paucis denique locis editor Anglus varias lectiones ab anonymo quodam excerptas addidit.

Sic etiam ad libros de constructione ad constantem optimorum librorum normam exigendos lectissimo codd. *RVMODLNS* (*PGC*) apparatu ornatus accessi.

Vix igitur quisquam harum rerum peritus vitio mihi vertet, quod largissima optimorum librorum supellectile fruens, editiones veteres eatenus tantum in usum vocaverim, ut, ubi quid citra libros mihi notos in iis emendatum viderem, id enotarem addito eius editionis titulo, ubi illam medellam scriptori primum invenirem adhibitam. non omnibus editionibus me uti potuisse, quarum plenus apud Schweigerum [97] extat catalogus, vix est quod doleam: sola fere ed. Romana s. l. et a. ab Vdalrico Hanio typis impressa et editione Iuntina aegre carui.

Ex altera codd. familia, cuius princeps nobis est *R*, priores editiones quotquot in notitiam meam pervenerunt fluxerunt omnes. ad manus vero beneficio praesertim et bibl. univ. Lipsiensis et bibl. reg. Berolinensis fuerunt hae:

1) ed. operum a. 1470 sine l. (Venet. ap. Vindelin. de Spira) fol., in qua instit. gramm. ex libro bono satis fideliter expressae sunt, Graecis tamen omissis (*1*).

2) editionem hanc presse plerumque sequitur Veneta altera a. 1472, (*2*) fol., ubi Graecorum magna pars ex libro satis bono, quamvis vitiosissime passim expresso, addita est. utramque Venetam commodavit bibl. Lipsiensis.

Haud longe certe ab iis recesserint edd. ibidem per proximos

96 grammat. Lat. auctores antiqui p. 53¹/₂   97 Handbuch der class. Bibliographie II 2, 822 sqq.

annos procuratae, ut primus Benedictus Brugnolus aliquam operam in emendandis institutionibus posuisse videatur, qui rursum Venetiis a. 1485 in fol. Prisciani opera edidit eademque addito Ioannis de Aingre commentario 'summo studio et ingenti cura emendavit recognovitque' a. 1488. ex hac ed. ea expressa dicitur, qua uti mihi licuit, 3) Veneta a. 1492 fol. (ϑ) et insequentes nonnullae: in universum haec haud longe ab antiquioribus Venetis recedit, alia emendata, alia pessumdata, Graeca passim iterum omissa sunt.

Quid praestiterit deinde ed. Mediolanensis a. 1503 equidem nescio. Venetae vero a. 1509 secundum ea, quae de hac editione memoriae tradita sunt, quin fidelem imaginem reddat 4) Mediolanensis a. 1511 fol. (μ), non dubito. atque harum quoque edd. a Daniele Caietano Cremonensi procuratarum tituli omnibus accuratissime emendatis gloriantur, modestius tamen in epistula ad Andream Mocenicum patricium Venetum data Caietanus 'ego vero' inquit 'hoc de me duntaxat polliceri possum loca graeca que minus intellecta esse perspexero pro mea portione enodare conabor.' et nonnulla revera haud imperite correcta invenies.

Alia haud pauca non sine libris emendavit 5) Parisiensis (π) 'maiore accuratione in edibus Ascensianis | Ad idus Septemb. M.D.XVI' (fol. CXLIXv) monitu Petri Rosseti impressa in fol. min.: omnino tamen ne haec quidem a textu eo usque recepto longe recedit.

Nec Neapolitanae editionis a. 1520 nec Florentinae per heredes Phil. Iuntae a. 1525 in 4 impressae usus mihi concessus fuit. in hac secundum indicem 'omnia primum acri indicio Nicolai [Angelii] Bucinensis castigata mox ab Antonio Francino [Varchiensi] iterum recognita cum restitutione locis suis graecarum dictionum, quae antehac nunquam excusae fuerunt nunc primum in lucem edita addito indice copioso' [98].

98 cf. Bandinii Iuntarum typograph. annales Lucae 1791 II 199 sqq.; ex Antonii Varchiensis ad studiosos epistula editioni praemissa (ap. Bandinium l. l. p. 201 sq.) elucet, Nicolaum Angelium olim Prisciani praeceptionibus castigandis auctore Bernardo Iunta operam navasse, Graeca tamen omnia et Latina nonnulla omisisse 'exemplariorum' ut videtur Antonio 'penuria'. id cum animadvertisset Iunta, 'paratis quotquot habere potuit exemplaribus, tum hactenus excusis' ipsi Antonio eas dedit recognoscendas. 'nos ergo', pergit ille 'collatis more nostro in unum his exemplaribus perlectisque multis et graecis et latinis exemplaribus quorum testimonio Priscianus utitur ad praecepta sua comprobanda in libris de octo partibus orationis, quamplurima, ne dicam omnia, tum graeca tum latina in pristinam integritatem restituimus, libros vero de Constructione, quos librarii fere omnes, omnesque excusores, nescio qua coniectura, vel potius errore Prisciani cuiusdam minoris esse voluerunt, adeo inversos, typisque tam foede excusos, ut a barbaris haud facile quis dignoscat, et ob id nullus antehac legere sit ausus, quia sensus inde nullus eliceretur, ad eam formam redegimus, ut facile omnes bonarum litterarum studiosi tam graecarum, quam latinarum,

At his promissis eos non stetisse indicare videtur opp. Prisciani editionum omnium nitidissima, quae duobus annis post prodiit 6) Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Asulani m. Maio a. 1527 in forma oct. impressa (α). ea enim singulis Prisciani operibus enumeratis addit haec: 'quibus omnibus ad suum decus restituendis quantam adhibuerimus diligentiam, facile cognosces, si hanc nostram editionem conferes non modo cum caeteris editionibus, sed etiam cum ea quae proxime Florentiae ante hanc nostram facta est. et omnes in primis locos ubi graecum quod deerat, restituimus. in illis enim, sed et in multis aliis tantam differentiam depraehendes inter hanc et illam, ut illud musicorum sis dicturus δὶς διαπασῶν. Vale.' atque hic revera membranarum optimarum fide cum Latina tum Graeca ex constanti artis norma emendata et haec praeterea saepius inde suppleta sunt. qua de re fusius agit editor praestantissimus Donatus Veronensis in epistula ad artis grammaticae studiosos data, quae folio ipsum titulum excipienti inserta est. 'magnam' ait 'mihi exemplarium veterum, quae conferre possem, copiam fecit Andreas Asulanus, cuius officina librorum, satis iam diu studiosis omnibus nota est. Ita illis conferendis nullā (sic) mihi maiori adiumento fuit quam quod olim e Gallia Aldus Manutius magno pretio redemptum attulerat. Tanta huius Codicis tamque egregia de octo partibus orationis deque earumdem constructione dumtaxat bonitas atque integritas extitit, et alterius item vetustissimi de duodecim Aeneidos primis librorum carminibus, ut horum collatione tria haec sperem me ita restituisse, ut vel ipsum Priscianum hoc tempore vix putem emendatiora daturum'. quae si nimis exaggerata videantur, nemo tamen negabit, Donatum optimarum membranarum pretio recte aestimato et textu ad earum fidem sinceriter expresso atque haud raro bene emendato inter omnes Prisciani editores palmam meruisse.

Iure igitur suo editores insequentes pedetemptim fere eius vestigia presserunt. ed. quidem Badii Parisinam a. 1527 exeuntis non novi; impudentissime vero factum est, quod 7) ed. Coloniensis (κ), quae ipso anno proximo aere et impensa Godofredi Hyttorpii excusa est ab Euchario Cervicorno (MDXXVIII fol.) in ipso titulo sic sese iactaret: 'Iis omnibus quantum operae, et id quidem potissimum in graecis, quae fere deerant, restituendis adhibitum sit, tum liquido cognosces, ubi diligentius omnia haec introspexeris'. maximam vero bilem movet editoris Ar. [noldi] Vef. [aliensis] praefatio, qui 'videbis' ait 'plane nitidum, qui multis iam annis foedo neglectu squaluit, animadvertes castigatum, quem bis mille erroribus,

quum in his usus latinus elegantissime graeco collatus sit, hinc maximam utilitatem percipere possint'. anno 1554 Prisciani opp., anno 1529 'libri duo postremi Prisciani de syntaxi a Nicolao Angelio Bucinensi castigati' in typographia Iuntina recusa sunt.

atque eo amplius misere dilaniatum doluisti, experieris integritati, quoad fieri potuit, diligenter restitutum: à quo, luxatis sententiis, violata orationis sutura partim Graecis expunctis, partim ignoto charactere obrutis, vel crassa inscitia temeratis, manco, mutilo, discerpto, confosso atque plane exangui hactenus abhorruisti.' quae omnia secure translata sunt in 8) ed. Basileensem a. 1545. 8 (β), quae saepius deinde repetita est.

Octoginta demum fere annis post editionem Aldinam 9) Helias Putschius grammaticorum Latinorum corpori concinnando intentus criticam Prisciano operam admovit [99]. qua in re praeter libros supra laudatos et ad nostram quoque editionem adhibitos, Gruterianum, Bongarsianum, Scaligeranum, cum aliis et Iani Gruteri et Iacobi Bongarsii tum Davidis Hoeschelii et Conradi Rittershusii libris adiutus est, quos tamen omnes illis inferiores fuisse, ex ipsis fere praefationis verbis apparet [100]. his subsidiis non ea, quam speres, constantia usus est Putschius et ipse Aldinae potissimum editioni innisus, quamquam haud pauca, praesertim Graeca, emendavit. excusandus tamen est adulescens indefesso studio opus amplissimum moliens, quod singula non eadem ubivis accuratione et acrimonia administravit.

Krehlio igitur theologo, qui, postquam per duo amplius saecula iacuit Priscianus, eius edendi provinciam sibi imponi passus est, haud immerito succenseas, quod severa et iniqua de Putschio iudicia plus semel protulerit [101]. cuius tamen superbiae satis superque poenas olim dedit vir reverendissimus. nam postquam 10) duobus voluminibus Lipsiae annis 1819 et 1820 Prisciani opera edidit, libris sat multis, bonis paucis, ea quae philologum decet diligentia nullo usus, censorem quidem nactus est clementissimum eundemque adversus I. G. Schneideri criminationes patronum in act. lit. Ienensibus a. 1822 [102], praeterea vero, quantum equidem scio, adversa-

99 Grammatici Latini auctores antiqui ... opera et studio Heliae Putschii Hanoviae 1605. 4 p. 529 sqq.; Prisciani inst. gramm. explent pagg. 533—1214 100 'Ex Iosephi Scaligeri libro graeca pleraque in libris περὶ συντάξεως sunt restituta, in quibusdam tamen nos magis iuvit liber clariss. Gruteri, reliqua sunt ex libris Bongarsianis. Quaedam tamen etiam ex clariss. Davidis Hoeshelii (sic) et Cunradi Rittershusii IC. libris emendata sunt. Lacunae aliquot restant, quas ut speramus ex P. Petavii Regio codice quem his excusis accepimus, in Notis explebimus'. Bongarsianos ipse Putschius Graecorum auctorum verbis carere queritur; alter, qui Bernae in bibl. publ. asservatur (n. 326 v. Sinnerum l. l. I 585 sq.) et mutilus est et nostro recentior; qui sint 'libri Cl. Gruteri', quos ibidem laudat, nescio: in praefatione certe de uno eoque nostro agit cf. p. XIII. notas quominus ederet praematura morte Putschium impeditum esse constat 101 Prisciani opp. I p. XV. 139. 157. 185. 283. 569 etc. 102 n. 234—236 p. 409—432, quae censura, literis D. E. signata, a Friderico Lindemanno profecta esse dicitur. atque id indiciis quidem nonnullis confirmatur cf. tamen n. 236 p. 426, ubi censor Lindemannianam aliquam coniecturam refu-

rios invenit multos eosdemque partim acerrimos, laudatorem nullum, patronum unum Reinholdum Klotzium [103]. ego quae de libris a Krehlio ad editionem suam adhibitis dicenda erant, supra dixi, ubi recte in glossis praesertim non sine acumine indagandis et extirpandis rem administrasse visus est, eum, uti par erat, laudavi, litem intendere seni, qui haec studia diu reliquit, nec dulce mihi visum est nec utile [104]. immo gratias ei agam, quod eius opera effectum est, ut Godofredi Hermanni de locis aliquot difficilioribus sententia cum orbe literato communicaretur.

At multo magis gratiae iis viris agendae sunt, qui vel iisdem vel similibus officiis in opere perficiendo mihi ipsi affuerunt. cuius suscipiendi cum ante hos undecim annos consilium agitarem, primum acerrimus suasor mihi extitit Carolus Lachmannus; tum cum aestate anni 1844 ad conferendum bibliothecae gymnasii codicem Halberstadium profecturus essem, literis commendaticiis ad Theodorum Schmidium datis humanissime me instruxit Ioannes Schulzius, qui studia mea per omnem hunc annorum decursum fovit et, ubicumque occasio offerebatur, adiuvit. literis autem illis viri summi traditis a Schmidio suavissimo hospitio exceptus sum, cuius gratissimam memoriam nec delevit tempus nec umquam delebit. per annos deinde 1845, 1846, 1847 patris dilectissimi beneficio mihi contigit, ut itinere per Germaniam, Hollandiam, Belgiam, Galliam, Italiam, Siciliam suscepto praestantissimas et ditissimas harum terrarum bibliothecas adirem. quarum praefecti ubivis fere summa cum liberalitate thesaurorum suorum indagationem atque usum mihi concesserunt. nemini tamen horum magis obstrictum me esse confiteor quam Iacobo Geelio et Carolo Benedicto Hasio, qui qua comitate me exceperint, quantopere labores meos sustentarint, iam plus semel grato animo publice testatus sum, debitis laudibus praedicare non valeo. quo modo deinde praeter Raumerum et Prokeschium, viros excellentissimos, Baehrius, Bernaysius, Bethmannus, Brunnius, Halmius, Heimsoethius, Heinius, Keilius, Linsmayerus, Presselius, Ribbeckius, Ritschelius libris mss. procurandis, conferendis, inspiciendis sibi me devinxerint, id supra indicatum est.

Ita largissima ad Priscianum recensendum supellectile praeditus id tamen in votis habebam, ut editione mea viris doctis simul de ea, qua ipse Priscianus usus esset, librorum penu iudicii ferendi facultatem praeberem. quamobrem locos scriptorum ab eo allatos cum ipsis eorum libris mss. ubicumque licebat ita conferre institui,

tare studet. nec variae lectiones a censore ad lib. VI § 20 allatae n. 235 p. 419 in collatione Lindemanniana adnotatae sunt 103 v. Archiv f. Philologie und Pädagogik VII 232 104 cf. quae humanissime hanc in rem dixit Spengelius l. l. p. 603 sq.

ut optimarum ex illis membranarum varias lectiones cum lectione Priscianea diligenter componerem [105]. quod uti in gravissimis saltem auctoribus plene efficere possem, inprimis mihi datum est beneficio Friderici Ritschelii et suorum: Alfredum Fleckeisenum dico, Henricum Keilium, Ottonem Ribbeckium, Guilelmum Steinhartum. quorum ipse Ritschelius praestantissimorum Terentii librorum, Bembini [106] et Basilicani, Calliopianae recensionis ducis alterius, varias lectiones excerpendas mihi transmisit, Keilius ceterorum grammaticorum lectiones, quibus et ob eandem rationem et ob alias saepe indigebam, ex scriniis suis rogatu meo prompsit, Ribbeckius, praeterquam quod comicorum suorum plagulas a prelo madidas mecum communicavit, lectissimi apparatus sui Vergiliani usum mihi concessit, ut accuratam optimorum codicum Palatini et Romani ac fragmentorum Vaticanorum (*Fr.*) et Veronensium (*Ver.*) notitiam ad Fogginianam Medicei memoriam adicere liceret, Steinhartus codd. Lucani Vossianorum *AB* [107] varietatem lectionis diligentissime a se exscriptam mihi commodavit, Fleckeisenus denique, ubiubi copiae Ritschelianae nondum reclusae erant, Plauti Palatinorum notitiam pleniorem, quam quae a Pareo olim publici iuris facta est, ex Schwarzmanni, quam possidet, collatione supplevit. at multo magis amicus integerrimus eo de opera mea meritus est, quod et, ut ante hos duos annos in Gellio, ita nunc etiam in Prisciano recensendo prudentibus consiliis et praeclaris emendationibus in veteris potissimum poesis Romanae reliquiis emaculandis mihi adfuit et plagularum a typothetae, sollertissimi ceterum hominis, mendis corrigendarum laborem molestissimum indefesso studio et subtilissima diligentia mecum communicavit.

Grata etiam memoria cum Augustus Nauckius et Gustavus Wolffius tum Mauricius Hauptius et Augustus Meinekius prosequendi sunt, qui quotienscumque per totum laboris longinqui decursum eos adii vel libros vel consilia petiturus, eadem semper sive amicitiae sive benivolentiae constantia votis meis satisfecerunt.

Studiis autem meis in Prisciano positis id efficere conatus sum, ut, quatenus liceret, illud institutionum grammaticarum exemplar restituerem, quod ex idiographo doctoris sui exemplo descripsisse videtur Theodorus. illud autem festinantius quam voluisset sibi edendum fuisse, ob eos 'qui alienis laboribus insidiantes furtimque

105 Locorum a Prisciano saepius commemoratorum, ubi primum singuli leguntur, variae lectiones additae sunt: ubi memorabile quid allatum erat, loco iterum citato, lectores annotatione mea illuc ablegavi; de rell. index consulendus 106 notandum est, a Bembino maiorem Andriae partem usque ad act. IIII scen. 4 v. 48 abesse 107 cf. Steinharti de emendatione Lucani comm. Bonnae a. 1854 editam

et quasi per latrocinia scripta aliis subripientes, unius nominis ad titulum pertinentis infanda mutatione, totius operis in se gloriam transferre conarentur' conquestus est Priscianus [108]. ipsum autem hoc opus 'doctoris urbis Romae Constantinopolitanae' ex scholis de arte grammatica ab eo habitis ita profectum esse arbitror, ut ea quae in schedis adnotata haberet componeret, concinnaret, explicaret, augeret. quibus fortasse inter describendum alia ex iis, quae per scholas a Prisciano habitas notando olim consecutus erat, addidit Theodorus. ita oratio saepe adnotationibus et additamentis incisa, qualia nos in inferiores paginarum margines solemus conicere. praeter haec autem in libris nostris haud raro alia interposita inveniuntur, quae ex proximorum saeculorum studiis Priscianeis orta videntur, orationis interpretamenta et amplificationes, saepe vel eo deprehendenda, quod in uno alterove codice aut omnino omissa sunt, ut in marginem inferiorem inter adnotationes ea conicere liceret, aut inter lineas addita aut tamquam 'glosae' notata uncinisve inclusa. haec igitur ut a genuinis segregarem uncis quadratis, adnotationes illas uncis rotundis induxi, haud ignarus, omnia haec tam lubrica esse, ut, utrum quid ipsius orationis tenori inserendum an circumcludendum, utrum a Prisciano et ipso saeculi sexti scholastico eiusve discipulo profectum an a proximae aetatis doctoribus additum sit, saepe sensu magis quodam quam firmo stabilique iudicio possit discerni.

Praeter glossas, quae mature in ipsa scriptoris verba irruperunt, aliae ab his seclusae vel inter lineas vel in marginibus codicum remanserunt. at in omnibus his, quotquot inspexi, genuinae solidaeque doctrinae vestigia nusquam fere apparent, ut nugis his librum per se satis spissum onerare noluerim. talium scholiorum corpus ex interpretamentis Scotorum, Donato, Servio, Paulo, Beda, aliis consarcinatum [109] extat in cod. monasterii Einsidlensis n. 32 saec. XI, membr., formae oct. tum in quaedam dicta Prisciani commentariolum ex Scotorum disciplina profectum laudatur auctore Sedulio Scoto, qui saeculi noni initio dicitur vixisse [110]. similium Ioannis Scoti studiorum memoriam supra p. XIIII excitavimus.

108 ep. ad Iulianum § 3 109 v. modo schol. lib. II §. 58 (cod. p. 28): 'Lacuna. altitudo tecti li̅ et lacuna dr̅ et contraria sunt lacui sic scotti. lacuna ·i· aq̅ a lacu diriuat quā alii lanā alii lustrā dicunt. sic paulus' (p. 117, 8 Muell.) 110 v. Baehrium Gesch. d. röm. Lit. im karoling. Zeitalter p. 365 sq. coll. tamen Waitzio Gött. gel. Anz. 1841 p. 949. extat hoc commentariolum in cod. Leid. Voss. F 67 ex bibl. Scobing. profecto (cf. catalogum bibl. Leid. saepius l. p. 373). in inventario quoque bibliothecae Sangallensis a. 1461 apud Weidmannum l. c. p. 421 laudatur idem commentariolum A 23 ac schedula eiusdem titulum continens agglutinata est tegumento cod. Turic. C 37/280 (cf. ann. 23) ex bibl. Sangallensi profecti: ipsum tamen codicem perlustrans in hoc opusculum non incidi. - flores Prisciani servat libellus, quod 'scalprum' dicitur v. cod. bibl. publ. Leid. n. 154 catalog. l. p. 331 etc.

Ne saeculis quidem proximis haec studia deferbuisse praeter ingentem ipsorum librorum mss. copiam docet Ioannis de Garlandia (saec. XI) carmen de orthographia ex Prisciano petitum et Petri Heliae, quem postea ad usum suum adhibuit Vincentius Bellovacensis, expositio et compendium metricum ex Prisciano ducta [111], quae et ipsa ad saec. XI pertinent. saeculo insequenti ex fonte Prisciano hortulos suos irrigavit auctor novi thesauri Latinitatis Vaticani apud Maium class. auct. tom. VIII. quae studia ut aliis quibusdam exemplis prosequi liceat, Wigo decanus Feuchtwangensis sub finem saec. X maiorem librum Prisciani petit a scholastico Augustano [112], saec. XI initio Fulbertus Carnotensis Boniperto episcopo Hungarico scribit: 'significavit autem nobis ... Hilduinus ... unum de nostris Priscianis te velle, quem et per eundem libenter mittimus' [113]. in universitate Parisiensi usque ad saec. XIII Priscianum studiose tractatum esse cum alii narraverunt tum Fabricius [114] ac Pragae Lipsiaeque exemplis satis probatur, eundem per Germaniam saeculis quoque insequentibus in scholasticae institutionis cursum fuisse receptum [115]. at Parisiis, ut eo revertamur, philosophiae studium illa aetate ita effloruit, ut artem grammaticam despicerent et contemnerent. iam igitur perspicuum est, cur in Henrici Andelitani, canonici Rotomagensis saec. XIII [116], pugna septem artium liberalium [117] Donatus et Priscianus pro schola Aurelianensi contra Parisiensium patronos Platonem et Aristotelem pugnent. apud alios quoque poetas scholasticos tamquam artis grammaticae princeps in ordinem ducitur Priscianus; sic in scriptorum principalium catalogo quodam ms. s. XII laudatur 'Priscianus primae artis restaurator strenuus [118], sic Goliae quae dicitur apocalypsis auctor [119], duce Pythagora in terram quandam pere-

111 v., ne multus sim, Fabricium bibl. Lat. III 399 sq. coll. p. 392. 398 ed. Ern. Leyserum hist. poet. med. aevi p. 340 coll. p. 311 sqq. et p. 2067 (1167) sq. 112 Pezii thes. anecd. VI 115, quem locum mihi indicavit Guilelmus Wattenbachius 113 Fulberti Carnot. ep. 5 v. Wattenbachii ad mon. Germ. script. XI 238 annot.; eiusdem vol. p. 582, 53 in annal. Farfens. ad ann. 1121 fit mentio Prisciani 'valde boni' 114 l. l. p. 400

115 v. Drobischium Berichte d. sächs. Gesellschaft d. Wissensch. ph. hist. Cl. II 1849 p. 72. 100. 101. 103. utrubique Priscianus minor (cf. Fabricium l. l.) in grammatica per duos menses pro duorum grossorum minervali tractabatur. 'pro Prisciano breviori 2 menses, Pastus 2 gr.' secundum additamentum statutorum facultatis Lipsiensis a. 1410 l. l. p. 103 116 cf. de la Rue essais sur les bardes, les jongleurs et les trouvères normands et anglonormands t. III Caen 1834 p. 33 sqq. 117 oeuvres de Rutebeuf recueillis par Jubinal Paris. 1839 II 415 sqq. 118 v. Ravaissonium rapport sur les bibliothèques des départ. de l'ouest p. 405 (Alençon)

119 est Gualterus ab Insula saec. XII poeta v. Giesebrechtium allg. Monatsschrift für Wissenschaft und Lit. a. 1853 m. April. p. 363 sq. cf. p. 345 sqq. et F. A. G. Müldeneri de vita mag. Philippi Gualtheri ab Insulis de Castellione diss. Gottingae a. 1854 editam

grinam delatus, una cum Cicerone, Ptolemaeo, Boethio, Euclide, Lucano, Vergilio, Statio, Ovidio, Terentio, Hippocrate conspicit Priscianum 'dantem palmis verbera' [120], sic saeculo XIII exeunte poeta Adolfus Vlricum, scholasticum Vindobonensem, his praeter alia extollit versibus:

Nunc es Aristoteles vel nunc [*add.* es] Paulus, Helias,
Priscicus et Cicero, nunc es Apollonius [121],

sic in Antonii Beccariensis, medici Ferrariensis, carmine circa annum 1343 confecto de obitu qui perhibebatur Petrarchae inter artes lugentes prima grammatica prodit eiusque comitum ordinem ducit Priscianus [122]. haud igitur mirum, etiam Italo eiusdem aetatis pictori sive Ioanni Campensi sive Iacobo Nipozzano, cum ecclesiae S. Mariae Novellae Florentinae capitulum Hispaniensium praeter alia multa quattuordecim virtutum et artium figuris exornaret iisque singulis singulos viros tamquam antistites adderet, iuri civili Iustinianum, arithmeticae Pythagoram, dialecticae Aristotelem, rhetoricae Ciceronem etc., Priscianum dignum visum esse, qui artis grammaticae vices ageret.

Sed missis his, quae augeri facile possunt, pauca de ipsa hac editione addenda sunt. cui praeter apparatum criticum amplos addere commentarios eo minus ex re visum est, quod ipsos reliquorum grammaticorum locos ad singulas materias a Prisciano tractatas spectantes indicabunt indices, quos singulis auctoribus per totum hoc grammaticorum Latinorum corpus addendos curabit Keilius,

120 v. the Latin poems commonly attributed to Walter Mapes ed. Th. Wrightius Londin. 1841 p. 3 cf. ibid. p. 171 carminis de concubinis sacerdotum circa annum 1215 compositi initium: Prisciani regula penitus cassatur, 'Sacerdos' per 'hic' et 'haec' olim declinabatur [*f.* declinatur]: Sed per 'hic' solummodo nunc articulatur, Cum per nostrum praesulem 'haec' amoveatur 121 Adolfus fabula XI ap. Leyserum hist. poet. med. aev. p. 2035 (1135), ubi pro 'Paulo, Helia' Petri Heliae nomen substituendum esse perspexit Guil. Giesebrechtius, cui huius loci notitiam debeo. idem me docuit Adolfi fabulas non ad annum 1315 pertinere, quae est sententia Leyseri p. 2007 et Büdingeri in comm. ex act. class. phil. hist. acad. Vindob. vol. XIII p. 314 sqq. seorsim expressa über einige Reste der Vagantenpoesie in Oesterreich, Vindob. 1854 p. 21, sed ad annum 1285. de Vlrico cf. eundem Büdingerum l. c. p. 22 sq., de Adolfo Leyserum p. 2007 sqq. Priscicus autem nemo est nisi Priscianus, qui alibi Priscius nominatur, veluti in Hugonis Trimbergensis registro multorum auctorum, ubi codicis periegesis Priscianeae mentione allata, Prisciani a fide Christiana defectio deploratur cf. Hauptium Berichte der preuss. Akademie der Wissensch. 1854 p. 147
122 v. le rime di F. Petrarcha ed. L. Carrerius Patavii 1837 II 691:

Grammatica era prima in questo pianto
E con lei Prisciano ed Vgoccione,
Papia, Grecismo e Dottrinale;
Dicendo: car figluol, tu amasti tanto
La mia scienza fin picciol garzone
Ch'io non trovai a te alcuno eguale etc.

ipsis his et reliquis Prisciani libris addet Guilelmus Hirschfelderus. ubicumque tamen vel critica quaedam difficultas vel quaestio quaedam ad literas spectans interpretationem aliquam grammaticam vel historicam exigebat, verbis non anxius peperci, sed Syrianae istius sententiae memor:

Semper vocis et silenti temperamentum tene

addidi, quae lectorum commodis prospectura esse putarem. quae de scriptoribus a Prisciano laudatis passim adicienda erant, primo quoque, quo singuli nominantur, loco attuli. ad notas criticas intellegendas ne Oedipo opus esset, sedulo cavi. monendum tamen est, cum asteriscos totidem literas vel deletas vel erasas notare, literas inductas illis postpositas eas, quae ante emendationem vel lituram adfuerint, tum notam codicis alicuius addita nota manus secundae eiusdem libri denotare, ea, quae in lectione allata ex emendatione profecta sint, alteri manui deberi, veluti 'ap^{o}posuit^{nere} *Rr*' significat, pr. m. cod. *R* lectionem 'apposuit' ab altera in 'opponere' mutatam esse, 'eius^{dem} *Rr*' pr. m. 'eius' praebere, alteram 'eidem' inde effecisse. ubi aptius videbatur, inprimis ubi alterutra manus cum aliis libris congruebat, discrepantes utriusqne manus lectiones separatas posui. sic etiam in librorum compendiis vel depingendis vel plenis literis exprimendis quod cuivis loco convenientissimum videretur repraesentandum curavi. ubicumque vero inter varias lectiones sola m. alicuius secundae nota comparet, prior cum lectione recepta congruit; ubi tamen illi vel 'ex corr.' vel 'in litura' additum est, quid pr. m. scriptum fuisset dignosci non potuit. uncini] nota post lectionem aliquam posita indicat, eam sic supra legi. quae lectio ita semper firmatur iis codd., quorum varia lectio addita non est, ut et literae v in codd. plerumque per u vocalem expressae et literarum initialium maiorum minorumve ibi indicandarum rationem non habuerim. id etiam addendum est, in libris meis omnibus Graeca literis maiusculis sine accentibus scripta esse. itidem in Latinis, ubi ex sensu Prisciani addendae erant, tacite addidi et quantitatis et accentuum notas, quarum vestigia in libris raro apparent. paragraphi Krehlianae servatae sunt, paginarum et Putschianarum et Krehlianarum numeris in superiore singularum paginarum margine adiectis: in ipso contextu hae simplici lineola | , illae duplici || distinctae.

Quod ad orthographiam denique attinet in scribendis locis scriptorum et a Prisciano ipso excerptis et ex aliorum grammaticorum artibus translatis orthographiae vetustioris vestigia, ubicumque ea offendebam, religiose servavi; per Prisciani verba regulas ab ipso satis plene propositas secutus sum, librorum varietate ubique indi-

cata. ubi tamen ille aut tacet aut sibi ipse non constat, ad optimarum et Priscianearum et reliquarum membranarum, quae illius aetatis usum scribendi repraesentant, fidem me applicavi, veluti vel tacite 'diminuo, diminutivum' scripsi propter lib. XIIII § 54, non 'dimminuo' propter lib. I § 41; 'abicio, inicio' etc. coll. lib. X § 3, non 'abiicio, iniicio' ob lib. IIII § 17; neque ab ipso Prisciani usu me recessisse, quod m ante q scripserim non n, censeo coll. lib. I § 38, ubi Plinii ratio consuetudini videtur opponi. nonnullas et vulgares et frequentes discrepantias hic annotasse sufficiet. sic 'litera' libris alteram scribendi rationem plerumque offerentibus dedi ob veriloquium lib. I § 3 XVII 2, 'Virgilius' illis fluctuantibus ex eadem ratiocinatione coll. lib. IIII § 31; tum semper scripsi 'Sallustius', 'Sulla', 'Titinius', 'neglego', 'intellego', 'epistula', 'quattuor', 'auctor', 'paene', 'paenultima', pro quo voc. codd. praesertim Scotici non tantum 'penultima', sed etiam 'peneultima' et 'peniultima' exhibent, variis lectionibus sollemnibus non minus notatis quam vel constanti aliquot librorum, inprimis *AD*, e pro ae usu vel codd. in vocabulis ad artem spectantibus sive rationibus sive erroribus sescentiens repetitis, quorum aliquotiens per initium exemplis propositis, tacite deinde exprimi iussi: 'diphthongus', 'patronymicus', 'syncope', 'apocope', 'synaeresis', 'synaloephe' 'elementum', 'syllaba', 'disyllabus', 'trisyllabus', 'genetivus', 'derivativus'. nec in ipsis Prisciani verbis codicum in praepositionibus per voces compositas sive integris servandis sive assimilandis inconstantiam nec Scoticorum inprimis librorum discrepantias in vocabulis aliquot frequentissimis per totum opus enotandas duxi, veluti 'dissino' ibi invenitur et 'disino', 'accussativus', 'ussus', 'divissio' etc., 'possesivus', 'pasivum' etc., 'mutta', 'motare', 'sopinum', 'commone' etc., 'bocolico', 'longua', 'iunguo' etc., 'verbialia', 'participalia', 'semplex'. at vel his ita profligatis vereor, ne nimis anxie res pusillas constanti accuratione prosecutus sim. sed malo diligentia peccare quam socordia.

Scr. Berolini d. III m. Maii a. MDCCCLV

SVBSIDIORVM CONSPECTVS

I codicum

1 per libros I—XVI v. p. X — XVIIII

R cod. bibl. imp. Paris. 7496
P „ „ „ „ 7530
B „ „ publ. Bambergensis
D „ „ publ. Bernensis, olim Bongarsianus
H „ „ gymn. Halberstadiensis, Lutherius Krehlii
A „ „ publ. Amienensis
G „ „ conventus Sangallensis
L „ „ publ. Lugd. Bat. olim Gruterianus
K „ „ Caroliruhensis 223

de codd. praeterea in auxilium vocatis cf. p. XX sq.

2 per libros XVII et XVIII v. p. XXI — XXIII

RPDGL v. supra
V cod. bibl. Lugd. Bat. olim Vossianus
M „ „ Monac. 280 A
O „ Parisinus 7499
N „ bibl. palat. Vind. CCCXLVIII
S „ „ „ „ CCCXLVII
C collatio Scaligerana

rpbdhaglkvmons eorundem librorum manus alteras significant.

II editionum v. p. XXIII—XXVII

1 ed. (Veneta) a. 1470
2 ed. Veneta a. 1472
3 ed. Veneta a. 1492
μ ed. Mediolan. a. 1511
π ed. Ascensiana Paris. a. 1516
α ed. Aldina Veneta a. 1527
κ ed. Coloniensis a. 1528
β ed. Basileensis a. 1545
Putsch. ed. Putschiana a. 1605
Krehl. ed. Krehliana a. 1819 sq.

de rell. notis ad comm. crit. adhibitis v. p. XXXII; de uncis et rotundis et quadratis p. XXVIIII; signa codd. eorum auctorum, quorum apud Priscianum mentio fit, ea elegi, quae a quovis harum rerum perito per se intellegi possent cf. p. XXVIII.

PRISCIANVS CAESARIENSIS GRAMMATICVS

IVLIANO CONSVLI AC PATRICIO.

Cum omnis eloquentiae doctrinam et omne studiorum genus sapientiae luce praefulgens a Graecorum fontibus derivatum Latinos proprio sermone invenio celebrasse et in omnibus illorum vestigia liberalibus consecutos artibus video, nec solum ea, quae emendate ab illis sunt prolata, sed etiam quosdam errores eorum amore doctorum deceptos imitari, in quibus maxime vetustissima grammatica ars arguitur peccasse, cuius | auctores, quanto sunt iuniores, tanto perspicaciores, et ingeniis floruisse et diligentia valuisse omnium iudicio confirmantur eruditissimorum — quid enim Herodiani artibus certius, quid Apollonii scrupulosis quaestionibus enucleatius possit inveniri? — cum igitur eos omnia fere vitia, quaecumque antiquorum Graecorum commentariis sunt relicta artis grammaticae, expurgasse comperio certisque rationis legibus emendasse, nostrorum autem neminem post illos imitatorem eorum extitisse, quippe in neglegentiam ca- 1 2

Institutio p̄sciani de arte incip̄ grām̄atica .. p̄scia caesariensis grām̄aticus iuliano consuli ac patricio *G* Incipit institutio p̄sciani uiri disertissimi caesariensis doctoris urbis romae constantinopolitane iuliano consuli ac patricio de arte grammatica . . . . ~ *K* Incip̄ prisciani uolum̄ maius *m. rec.* (*x*), *quae fol.* 1ª *conscripsit, in H. inscriptione carent A et, primo quaternione amisso, B, qui liber nunc inc. a verbis lib. I* § 36 *ov* corripientes uel magis *v* gramaticus *L*

1 aeloquentiae *D* 2 diriuatūm *ADGK et sic saepe libri* 3 caelebrasse *D* eorum *x* libralibus *GK* consequutos *D* 4 nec in his solum *GL* nec solum in his *K* ea *om. ADHGLK* emendata *in* emendatae *corr. L* prolata] *sic, in marg. add.* uel stricta *R* scripta *rell.* 5 etiam deceptos quosdam *K* amore graecorum doctorum *GLK* deceptos *om. K* 6 maxime] maxime graeca *GLK* maxime greca *d* uetustustissima *R* ars] arte *RAD* *num* arte arguitur peccatum esse? 7 perspicatiores *ADL* et diligentia ualuisse *h. l. om. GL* et diligentia — eruditissimorum *om. D* deligentia *K* diligencia *x* 8 inditio *A* confirmantur] *a* confirmatur *A* erudjitissimorum et diligentia ualuisse *GL, restituit ord. l* quid Hrodiani (*i. e.* quid enim rodiani) *ni fallor in loco valde detrito R* 9 Herodiani] *d* horodiani *D* cercius *H* appollonii *L* appollonii *G* appolonii *D* scrupulosis] scropulosis difficilibusque *K* scropulosis deficilibus *G* scropulosis deficilibusque *g* scropulosis deficilibus[q;] *L* 11 Graecorum *om. ADx* gramatice comperio expurgasse *x* 12 couperio *R* rationis *ex* rationibus *corr. H* 13 exstetisse *G* extetisse *LK*

dentibus studiis literarum propter inopiam scriptorum, quamvis audacter, sed non impudenter, ut puto, conatus sum pro viribus rem arduam quidem, sed officio professionis non indebitam, supra nominatorum praecepta virorum, quae congrua sunt visa, in Latinum transferre sermonem, collectis etiam omnibus fere, quaecumque necessaria nostrorum quoque inveniuntur artium commentariis grammaticorum, quod gratum fore credidi temperamentum, si ex utrinsque linguae moderatoribus elegantiora in unum co-
3 eant corpus meo labore faciente, quia nec vituperandum me esse credo, si eos imitor, qui principatum inter scri|ptores Graios artis grammaticae possident, cum veteres nostri in erroribus etiam, ut dictum est, Graecos aequiperantes maximam tamen laudem sunt consecuti.

Exemplum etiam proponere placuit, ne pigeat alios etiam a me vel ignorantia forte praetermissa vel vitiose dicta, — nihil enim ex omni parte perfectum in humanis inventionibus esse posse credo, — sua quoque industria ad communem literatoriae professionis utilitatem congrua rationis proportione vel addere vel mutare tractantes. namque festinantius quam volui hos edere me libros compulerunt, qui alienis laboribus insidiantes furtimque et quasi per latrocinia scripta aliis subripientes unius nominis ad titulum pertinentis infanda mutatione totius operis in se gloriam transferre
4 conantur. sed quoniam in tanta operis materia impossibile est aliquid perfectum breviter exponi, spatii quoque veniam peto, quamvis ad Herodiani scriptorum pelagus et ad eius patris Apollonii spatiosa volumina meorum compendiosa sunt existimanda scripta librorum.

Huius tamen operis te hortatorem sortitus iudicem quoque facio, Iuliane consul ac patricie, cui summos dignitatis gradus summa adquisivit in omni studio ingenii claritudo, non tantum accipiens ab excelsis gradibus honorum pretii, quantum illis decoris addens tui, cuius mentem tam Homeri credo quam Virgilii anima constare, quo|rum uterque arcem possederat musicae, te tertium ex utroque compositum esse confirmans, quippe non minus Graecorum quam Latinorum in omni doctrinae genere praefulgentem. || tibi ergo hoc opus devoveo, omnis eloquentiae

1 lytterarum *G* quā[uis] audaciter *R* 3 offitio *A* 4 uissa *A* 7 elegantiora] *d* eligantiora *AGDL* 8 quia *om. AL add. l* *a* perandum me esse *inc. fol.* 1ᵇ *et man. ant. in H* me *om. GL add. l* 9 imiter *L* graios *ex* gratios *corr. R* grecos *D* grammaticae artis *GL* 10 ueteris *A* 11 aequipperantes *H* sunt laudem *ADH*

12 etiam] quoque *AD* 13 [p]ignorantia *L* uel etiam uitiose *GL* nil *D* 14 credo esse inuentionibus posse *ADH* 15 profesionis *L* 16 motare *GK et sic saepe hi libri* festinatius *L* 17 aedere *G* libros me *GL* 18 latronicia *H* surripientes *GLK* nominis unius *K* 20 qñ *H* operis *add. l* materia] *l* materie *L* 21 erodiani *R* 22 pelages *in* pelagus *corr. D* paris *d* appollonii *DHGK* appollinii *k* 23 si[nt] *D* existimanda *in ras. l* 24 ortatorem *H*

25 adq̄ssiuit [c.] *G* adq̄siuit *L* adquesiuit *K* 26 [uel ac] excipiens *G* 27 p̄eii *R* praetii *A* praecii *H* 28 animo *GLK* 29 possederet *K* musicae, te tertium ex utroque] *r* musicae. Tertium in utroque *R* copossitum *G* esse ego *ALK* 31 genere *om. H add. h* opus hoc *H* *post* opus *add.* quasi ad deum *GL* quasi Deo

praesul, ut quantamcumque mihi deus annuerit suscepti laboris gloriam, te comite quasi sole quodam dilucidius crescat.

Titulos etiam universi operis per singulos supposui libros, quo facilius, quicquid ex his quaeratur, discretis possit locis inveniri.

Primus liber continet de voce et eius speciebus; de litera: quid sit 5 litera, de eius generibus et speciebus, de singularum potestate, quae in quas transeunt per declinationes vel compositiones partium orationis.

Secundus de syllaba: quid sit syllaba, quot literis constare potest et quo ordine et quo sono, de accidentibus singulis syllabis; de dictione: quid sit dictio, quae eius differentia ad syllabam; de | oratione: quid sit oratio, quot eius partes, de earum proprietate; de nomine: quid sit nomen, de accidentibus ei, quot sunt species propriorum nominum, quot appellativorum, quot adiectivorum, quot derivativorum; de patronymicis: quot eorum formae, quomodo derivantur, ex quibus primitivis; de diversis possessivorum terminationibus et eorum regulis.

Tertius de comparativis et superlativis et eorum diversis extremitatibus: ex quibus positivis et qua ratione formantur; de diminutivis: quot eorum species, ex quibus declinationibus nominum, quomodo formantur.

Quartus de denominativis et verbalibus et participialibus et adverbia- 6 libus: quot eorum species, ex quibus primitivis, quomodo nascuntur.

Quintus de generibus dinoscendis per singulas terminationes; de numeris; de figuris et earum compage; de casu. |

Sextus de nominativo casu per singulas extremitates omnium nominum, tam in vocales quam in consonantes desinentium, per ordinem; de genetivorum tam ultimis quam paenultimis syllabis.

Septimus de ceteris obliquis casibus, tam singularibus quam pluralibus.

K aeloquentiae presul *D* 1 quantumcumque *H* deus mihi *L* suscepti laboris] *h* susceptoris *H* 2 sole quodam] *l* quodam sole *GL* delucidius *GLK* 3 subposui *A* quo] quos *R* quo et [uel ut] *r* 4 *post* inueniri: finit prv. Incip cap *add. g* 5 huius *GL* eius peciebus *H* et quid *GL* 6 de huius *G* quae et in *GLK* 7 vel] et *K* 8 sillaba *L et sic saepe codd.* et quot *K* quot] quod *R* 9 ordine [et] quo sono *A* accedentibus *L* accentibus *RD* syllabis singulis *K* 10 defferentia *K* differentia [sit] ad *L* 11 quot] quod *R* quot sunt eius *K* et de *GLK* eorum *H* proprietate] propriaetate hoc est praenomen cognomen et agnomen, *add. gloss. ad voce. sqq.* quot sunt species propriorum nominum *pertinente, R* proprietate et ordinatione *DL* proprietate et de ordinatione *GK* 12 accedentibus *L* ei *om. G* eius *AL* quod *R* quod *R* apellatiuorum *A* 13 quod adietiuorum *R* quod *R* quot deriuatiuorum *om. H* diriuatorum *A* patronimicis *L* patronomicis *RADGKH et sic et similiter in libris saepissime est peccatum* quod *R* 14 et ex *AH* [et] ex *L* 15 et eorum] *sic in litura ni f. G* et de *g* 16 et superlatiuis *om. R* 17 possitiuis *G* firmantur *K* de diminutiuis] *h* Deminutiuis *H* dimminutiuis *GL ex* deminutiuis *corr. in L* quod *R* 18 speties *A* quibus primitiuis declinationibus *H* 19 de *om. R* uerbialibus *DH in* uerbalibus *corr. in H* aduerbialibi quod *R* 20 speties. *A* 21 denoscendis *K* dinocendis *D* 22 casu *om. R* 24 disinentium *G* 25 genitiuorum *RDGLK et sic persaepe singuli libri* peneultimis *G* peniultimis *in* penultimis *corr. L* 26 caeteris *L* oblicis *in* obliquis *corr. G* tam in *GK* quam in *GK*

Octavus de verbo et eius accidentibus..

Nonus de regulis generalibus omnium coniugationum.

Decimus de praeterito perfecto.

Vndecimus de participio.

Duodecimus et tertiusdecimus de pronomine.

Quartusdecimus de praepositione.

Quintusdecimus de adverbio et interiectione.

Sextusdecimus de coniunctione.

Septimusdecimus et octavusdecimus de constructione sive ordinatione partium orationis inter se. | ||

1 et de eius *H* accidentibus] *d* accedentibus *D* 3 *post* perfecto *add.* et praeterito perfecto primae et secundae coniugationis *h* 4 participatio *D* participio cum accidentibus *GL* 5 de pronomine et tertius decimus *R* 6 propositione *d* 7 interieccione *R* 9 ordinatione omnium partiom *K* (u *superscr.*) *post* inter se: explič titv̇ .. *g*

LIBER PRIMVS.

p. 537 P. p. 9 K.

DE VOCE.

Philosophi definiunt, vocem esse aerem tenuissimum ictum vel suum sensibile aurium, id est quod proprie auribus accidit. et est prior definitio a substantia sumpta, altera vero a notione, quam Graeci ἔννοιαν dicunt, hoc est ab accidentibus. accidit enim voci auditus, quantum in ipsa est. I 1

Vocis autem differentiae sunt quattuor: articulata, inarticulata, literata, illiterata. articulata est, quae coartata, hoc est copulata cum aliquo sensu mentis eius, qui loquitur, profertur. inarticulata est contraria, quae a nullo affectu proficiscitur mentis. literata est, quae scribi potest, illiterata, quae scribi non potest. inveniuntur igitur quaedam voces articulatae, quae possunt scribi et intellegi, ut:

Arma virumque cano,

quaedam, quae non possunt scribi, intelleguntur tamen, ut sibili hominum et gemitus: hae enim voces, quamvis sensum aliquem significent proferentis eas, scribi tamen non possunt. aliae autem sunt, quae, quamvis scribantur, 2
tamen inarticulatae dicuntur, cum nihil significent, ut 'coax', 'cra'. aliae |

DE VOCE *RH* INCIPIT LIBER PRIMVS. DE VOCE. *L* INCIPIT LIBER DE VOCE ET LITTERA *A* INCIP̄. ARS PRISCIANI GRĀMATICI CAESARIENSIS DE VOCE *D* incip̄ ars p̄sciā̄ ΓΡΑΜΜΑ. caesariensis λIBER primvs dE VOCE ... *G* incipit ars p̄sciani grammatici caesariensis liber primus de uoce. *K*

1 diffininnt *GLK* suum sensibile] *sic ex corr. l* sonum sensibilem *GK et, ni f., L* 2 proprie] *r* propriae *R* diffinitio *GLK* 3 notione] *l* notitione *G* notatione *LK* uel notatione *g* ENNOIAN *A* HNNOIAN *G* HNNOγAN *L* 4 accedentibus *L* enim *om. DL add. dl* uox auditui *ex corr. l* ipso *ex corr. l* ipsa est] *d* ipsa voce est *D* 5 diffirentiae *G* quatuor *G* 6 illiterata *om. R* inlitterata *Dr* 7 contraria uox quae *GL* 8 mentis proficiscitur *GL* Littera (ta) *H* quae] *d* que *D* Inlitterata *RD* Illitterata *r* est que scribi *D* 11 *Verg. Aen.* I 1

12 quedam que *D* quedam quae *d* scribi (et) intelliguntur *Ll* *post* tamen *add.* ab ipsis proferunt eas *R del. r* sibeli *g* 13 hae enim] *r* Haenim *R* enim] autem *G* significant *L* significaent *l* 14 sunt uoces quae *K* 15 inarticulatae] *r* inarticulae *RH* dicuntur] sunt *GL* significant *GL* coax cra] *g* corax cora *GL* cra] *Dl* uel crax *d* crax *K* *post* cra. *add.* eas enim uoces quanquam (quamquam *K*) intelligimus de quo sint uolucre (nolucre *l* nolucrae *L*) profectae tamen inarticulatae dicuntur. quia uox ut superius (·i· dixi *add. g* diximus *K*) inarticulata est quae a nullo affectu proficiscitur mentis *GL et in schedula quadam codici insuta,*

vero sunt inarticulatae et illiteratae, quae nec scribi possunt nec intellegi, ut crepitus, mugitus et similia. scire autem debemus, quod has quattuor species vocum perficiunt quattuor superio||res differentiae generaliter voci accidentes, binae per singulas invicem coeuntes. 'vox' autem dicta est vel a vocando, ut 'dux' a ducendo, vel ἀπὸ τοῦ βοῶ, ut quibusdam placet.

DE LITERA.

II 3 Litera est pars minima vocis compositae, hoc est quae constat compositione literarum, minima autem, quantum ad totam comprehensionem vocis literatae — ad hanc enim etiam productae vocales brevissimae partes inveniuntur — vel quod omnium est brevissimum eorum, quae dividi possunt, id quod dividi non potest. possumus et sic definire: litera est vox, quae scribi | potest individua.

Dicitur autem litera vel quasi legitera, quod legendi iter praebeat, vel a lituris, ut quibusdam placet, quod plerumque in ceratis tabulis anti-
4 qui scribere solebant. literas autem etiam elementorum vocabulo nuncupaverunt ad similitudinem mundi elementorum: sicut enim illa coeuntia omne perficiunt corpus, sic etiam haec coniuncta literalem vocem quasi corpus aliquod componunt vel magis vere corpus. nam si aer corpus est, et vox, quae ex aere icto constat, corpus esse ostenditur, quippe cum et tangit aurem et tripertito dividitur, quod est suum corporis, hoc est in altitudinem, latitudinem, longitudinem, unde ex omni quoque parte potest audiri. praeterea tamen singulae syllabae altitudinem quidem habent in tenore, crassitudinem vero vel latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore.

Litera igitur est || nota elementi et velut imago quaedam vocis literatae, quae cognoscitur ex qualitate et quantitate figurae linearum. hoc ergo interest inter elementa et literas, quod elementa proprie dicuntur ipsae pro-

add. nota m. aequalis sed in libro romano non habetur *K* aliae] *r* alia *R* 1 et *add. l* illitterate *R* inlitternte *D* inlitteratae *d* que *D* quâe *d et sic saepe* e *in codd. RD in* ae *corr. rd* 2 ut strepitus *GLh* et mugitus *Gr* has] *r* as *R* quatuor *GK* 3 proficiunt *G* quatuor *GK* diffirentiae *G* accedentes *L* 5 a ducendo] *r* adducendo *R* quidam *A* 6 DE LITERA *om. H* Lyttera *G* Lytera *g* conpositae *D* compossitae *G* constat ex *A* conpositione *D* 7 minima est autem *L* ad totam *add. g* conprehensionem *D* adprehensionem *G* apprehensionem *g* 9 est *om. GL add. l* quae] qui *D* que *d* 10 non *add. k* diffinire *GLK* 12 uel *om. RA add. a* legitera] *k* legittera *R* ligitera *K* legendi] *g* legentibus *GL* prebeat *R* 13 antiqui in ceratis tabulis *DHr* caeratis *RALG* coeratis *K* 14 solebant] *g* uolebant *G* solebant litteras. Litteras *Dr* litteras *del. d* autem *om. G* ylementorum *G* uel elimentorum *g* elimentorum *K et in ras. L* uocabulo *ex* uocabula *corr. G* noncupauerunt *GL* noncvpauerunt *K* 15 ylementorum *G* elimentorum *LK et sic saepe in hoc voc. peccatum est in libris* enim *add. l* 16 hae coniunctae *DHGLK* 17 aliquid *A* conponunt *DH* uere (*ex* aere *corr.*) corpus est *G* est *om. L* 18 icto] *r* hicto *R* et *add. r* tanguit *K* 20 longnitudinem *LK* longitudinem *G* quoque *om. ADH* 22 crasitudinem *L* uero *om. D* longritudinem *GLK* 23 est igitur *GL* nota est *K* elimenti *LK* ylementi *G* uelud *H* uelut quedam *D* quedam imago *d* 25 et] uel *GL* proprie] *rd* propriae *RDK* pronuutiationes] *d* pronnuciationes *D*

nuntiationes, notae autem earum literae. abusive tamen et elementa pro literis et literae pro elementis vocantur. cum enim dicimus non posse con- 5
stare in eadem syllaba r ante p, non de literis dicimus, sed de pronuntiatione earum: nam quantum ad scripturam possunt coniungi, non tamen etiam enuntiari, nisi postposita r.

Sunt igitur figurae literarum quibus | nos utimur viginti tres, ipsae vero pronuntiationes earum multo ampliores, quippe cum singulae vocales denos inveniantur sonos habentes vel plures, ut puta a litera brevis quattuor habet soni differentias, cum habet aspirationem et acuitur vel gravatur, et rursus cum sine aspiratione acuitur vel gravatur, ut 'hábeo hàbemus', 'ábeo àbimus'. longa vero eadem sex modis sonat: cum habet aspirationem et acuitur vel gravatur vel circumflectitur et rursus cum sine aspiratione acuitur vel gravatur vel circumflectitur, ut 'hámis hàmorum hâmus', 'árae àrarum âra'. similiter aliae vocales possunt proferri.

Praeterea tamen i et u vocales, quando mediae sunt, alternos inter 6
H literam non esse ostendimus, sed notam aspirationis, quam Graecorum antiquissimi similiter ut Latini in versu scribebant: nunc autem diviserunt et dextram eius partem supra literam ponentes psiles notam habent, quam Remmius Palaemon exilem, Grillius vero ad Virgi-

na•ctus (n) *B* paciscor pactus nascor natus] *om. GL* nascor natus paciscor pactus *BH* paciscor pactus *suo loco*, nascor natus *ante* nanciscor *add. l* 1 DE D. *inscr. A* aggero] *r* aggeo *R* 3 ad. ar. frequenter *GL* ponebant ar *L* 4 arfari — adfari] adfari *R in* arfari *mut.*, dicentes — adfari *add. r* dicentes *om. K* 6 artio *H* verbo] *a* uerbum *A* acci° *B* actio *H* 7 et cio compositum] *b* •••• *B* compossitum *G* conpositum *H* 8 assideo *ex* assidio *corr. K* rasi *ex* rassi *corr. G* suadeo suassi rado rassi *K* quoque *add. sup. lin. K* 9 fodior *b* attingo] *g* attinguo *GL* 10 frequenter tamen *K* interponitur frequenter *GL* in compositis *K* conpositis *H* 11 etiam consequens *A* 13 DE F. *inscr. A* aspiratione ponitur quae similiter mutta (muta *g*) accipitur *GLK* 14 diximus superius *GL* 15 Aeolis] *r* aeoles *RAK* eoles *GL* 16 quoque ipsi *GL* maximae *K* recusabant] *g* recussabant *GLK* 17 in latino proferre *GLK* •autem litera (*F ni f.*) *H* *F sup. lin. add. A ad marg. h* haec f litera *om. K ad mg. add. k* 18 antiqui] *r* antiqui romanorum *R* af] *r* •• *R* 19 id] hoc *K* 20 mutata est .*F*. in .B. *B* sifil•um (i?) *R* quoque *om. GL* *post* sibilum: dicebant *erasum in B* 21 *Non. Marc. s. v. sifilare p.* 531, 2 *M.* dicebant *suo l. extat in B* 22 ut spargo *Ar* 23 pinguo *L* pinguor *L* pinctus *in* pictus *corr. K* 24 DE H. *inscr. A* 25 similiter *om. K* autem] eam *G* 26 dexteram *AHGLK* partem eius *B* supra .s. litteram *B* ⊣ *sup. lin. add. a, ibidem et ad mg. b* 27 qua *A* rennius *L* palemon *B* palēmon *A. de Remmio v. Suet. de ill. gr. c.* 23 *coll. Baehrio in Pauly encycl.* V 1068, *Graefenhanio in hist. phil.* IIII 72 *sq.* Grillius] *cf. Suringarium hist. schol. Lat.* II 230 *sq. Graefenhanium l. l. p.* 131, *qui*

lium de accentibus scribens levem nominat, sinistram autem contrariae aspirationis, quam Grillius flatilem vocat.

K supervacua est, ut supra diximus: quae quamvis scribatur, nullam aliam vim habet quam c.

48 De q quoque sufficienter supra tractatum est, quae nisi eandem vim haberet quam c, numquam in principiis infinitorum vel interrogativorum quorundam nominum posita per obliquos casus in illam transiret, ut 'quis cuius cui'. similiter a verbis q habentibus in quibusdam participiis in c transfertur, ut 'sequor secutus', 'loquor locutus'. transit in s, ut 'torqueo torsi', sicut et c, 'parco parsi'. similiter abicit u in praeterito, 'linquo liqui', | ut 'vinco vici'. transit etiam in x, ut 'coquo coxi', ut 'duco duxi'. apud antiquos frequentissime loco 'cu' syllabae 'quu' ponebatur et e contrario, ut 'arquus', 'coquus', 'oqulus' pro 'arcus', 'cocus', 'oculus', 'quum' pro 'cum', 'quur' pro 'cur'.

49 T transit in s: 'verto versus', 'concutio concussus', 'ὀστᾶ' Graecum 'ossa'; c vero antecedente || in x: 'pecto pexui', 'flecto flexi'.

Y et z in Graecis tantummodo ponuntur dictionibus, quamvis in multis veteres haec quoque mutasse inveniantur et pro υ u, pro ζ vero, quod pro sd coniunctis accipitur, s vel ss vel d posuisse, ut 'fuga', 'murra' pro 'φυγή', 'μύρρα', 'Saguntum', 'massa' pro 'Ζάκυνθος', 'μᾶζα', 'odor' quoque ἀπὸ τοῦ 'ὄζειν', 'Sethus' pro 'Ζῆθος' dicentes et 'Medentius' pro 'Mezentius'. ergo 'corylus' et 'lympha' ex ipsa scriptura a Graecis sumpta non est dubium, cum per υ scribantur, ἀπὸ τοῦ 'καρύον' καὶ

praeceptorem Vergilii Grillium fuisse in animum sibi induxit. eiusdem in Cic. de invent. libros commentum in cod. quodam bibl. Bambergensis nuper repperit Halmius, cf. Linsmayerum in Halmii anal. Tull. II *p.* 1, *quae erit* 'Rethorica Grilli', *qua in expositione in Valerium Maximum conscribenda usus est Fr. Dionysius de Burgo, v. Endlicherum catal. codd. Lat. bibl. Vind. n.* CLXXVII gryllius *H*

1 accentibus] *r* accidentibus *RALK* accedentibus *H* sinistram] ˧ *sup. lin. add. A sup. lin. et ad mg. b* contrariae illi aspirationis dasiam quam *edd. ab α ad Putschium* 2 fatilem *Rr* 3 DE K. ET Q. *A* 4 uim aliam *G* 5 DE Q. Q quoque *A* tractum *H* est *add. k* quae] *r* qud *R* eundem *G* 6 principio *H* infinitiuorum *AH* 7 quorumdam *G* illam c. *A* 8 cui qui *K* 10 ut parco *GLK* *post* parsi: et peperci *Kl* abiicit *GLK* sicut et c *post* praeterito *repetit B* 11 ut linquo *GLK* ut *om. HK* vici] *r* uinci *R* ut *om. H* sicut *K* ut c. coquo *BA* 12 quu loco cu sillabae *G* ponebatur loco cu sillabae quu *L* quu] qu *R* q. u. *A* Q *H* q & u *B* 13 et ex *L* ut arqu• acus u coquus oculus *Rr* (qv) oqulus *B* 14 qum *R* quom *BL* qur *Rr* quor *B* cur dicebant *K* 15 DE T. *A* ut uerto *GLK* uerte *H* concusus *LK* ocθe *in* ocθa *corr. R* 16 antecedente t in *R* antecedente transit in *B* ut pecto *GLK* flexui *L* 17 DE Y ET Z. *A* 18 inueniantur *ex* inueniuntur *corr. A* inueniuntur *L* et] ut *L* 19 pro *om. G* pro sd uel ss *L* uel ss] *r om. R rell.* possuisse *K* 20 ΦΥΓΑ *AHr* sacuntum *GL* ZAKINΘOC *G* 21 ΑΝΠΟ *B* τοῦ] ΤΟΙ *G* ΟΖΘΙΝ *H* ZEΘOC *GLK* medientius *RHK* 22 pro ΜΕΖΕΝΤΙΟC *G* pro ΜΕΖΕΝΤΙUS *K* pro mezentius *L* corylus] *rb* cyrillus *R* corillus *G* coryllus *Bg* cyrylus *K* a *om. GL* 23 sumpa *G* scribantur *ex* scribuntur *corr. B*

p. 361 P. p. 45—47 K.

τοῦ '*νύμφη*'. solebant enim vetustissimi Graecorum l pro n scribere, unde 'quinquaginta' quoque numeri signum, quod illi per n scribunt, nos per l more illorum antiquissimo scribimus.

DE ORDINE LITERARVM.

Ordo quoque accidit literis, qui quamvis in syllabis dinoscitur, ta- VIIII 50
men, quia coniunctus esse videtur | cum potestate elementorum, non absurdum puto ei nunc illum subiungere.

Sunt igitur vocales praepositivae aliis vocalibus subsequentibus in eisdem syllabis a e o, subiunctivae e u, ut ae au eu oe. i quoque apud antiquos post e ponebatur et ei diphthongum faciebat, quam pro omni i longa scribebant more antiquo Graecorum. invenitur haec eadem i post *υ* in Graecis nominibus, ut '*Ἅρπυια*': nam *υι* diphthongus est.

Sunt igitur diphthongi, quibus nunc utimur, quattuor. diphthongi autem dicuntur, quod binos phthongos, hoc est voces, comprehendunt. nam singulae vocales suas voces habent et ae, quando a poetis per diaeresin profertur, secundum Graecos per a et i scribitur, ut 'aulai', 'pictai' pro 'aulae' et 'pictae'. Virgilius in III:

Aulai medio libabant pocula Bacchi,

idem in VIIII:

Dives equum, dives pictai vestis et auri.

in Graecis vero, quotiens huiuscemodi fiat apud nos diaeresis paenultimae | syllabae, i pro duplici consonante accipitur, ut '*Μαῖα* Maia', '*Αἴας*

τοῦ] r τογογ *R* *καρύον*] *om.* *A* κορυογ *R* καργαογ *r* καργ^ογ *K* καργα[oc] *L* καριωc *G* καργωc *g* κορυνοc *H* *καὶ*] απο *in litura H* 1 νιμφιι *K* νιμφυ *G* νυμφυ *g* ueteres *K* l] λ *L* λ pro ν *K* 2 quinquagenta *G* per u *K* 3 nos per] *r* nos quoque per *RGL* more] *r* mere *R* antiquissimo*(s) *B* 4 DE ORDINE LITTERARVM SED PRIMVM DE PREPOSITIVIS VOCALIBVS *A* 5 qui *in mg. add. h* dinoscitur in syllabis *R* dignoscitur *A* 6 absordum *GK* 7 illum ordinem subiungere *GL* subiungire *K* 8 praepositae *K* sequentibus *A* eisdem] *r* hisdem *RGL* isdem *K* 9 subiunctatiuae *K* e u *om. A* e et u *B* ae. oe. eu. au. *G* ae. au. eu. oe. eu. *A* eu. co. ei *R* eu. oe. (ei *del. et ascr.:* alter non habuit) *r* ae. oe. au. ei. *L* 10 antiquos] latinorum *sup. lin. add. r* dyptongon *H* faciebat *L* 11 longua i *K* longua *GL* longam *B* scribebant] ponebant *GLK* antiquorum *K* gregorum *B* Invenitur] *r* Inuentor *R* 12 arpia *R* αρργια *B* 13 quattuor] .u. *GK* quinque *BL* 14 pthongos *RBAHK* ptongos *GL* conphendunt *AH* conprehendunt *B* 15 ae diptongus *GLK* per diarisin profertur a poetis *GL* a poetis per diarisin profertur *l* per] p *R* diheresin *B* dieeresin *H* diarisin *K* 16 secundum]. Sed *A* aulae et pictae] *b* aulae pictae *BG LK* 17 *Verg. Aen.* III 354 (*deficit Rom.*) in III] *om. H* in *sup. lin. add. h* in m lī *K* 18 aulai in medio *Rbh Krehlii nonnulli* aulai medio *r cum rell.*, *Med. Pal. cf. lib.* VII § 3 *lib.* XVII § 8 pocula] *r* procula *R* bachi *RBHLK* 19 *Verg. Aen.* VIIII 26 VIII *BG* 20 equum] *r* eaqum *R* *equum (a) *B* equm *G* ecum *Pal.* picta *Med.* picta* (i) *Pal.* picta *Rom.* 21 qttiens *G* quotiens in huiuscemodi *k* aput *H* diheresis *RBA* diarisis *GL* diarissis *K* peneultimae *GH* penultimae *ex* peniultimae *corr. L* 22 *Μαῖα* Maia *Αἴας* Aiax] *l* μαηα maia αηαc aiax *L* μαηα. maias. αηαξ. aiax *G* maia maia[s] αιαc aiax *K* maia· ma·i·a aia

51 Aiax'. transit in i productam, ut 'quaero inquīro, exquīro' - quamvis 'exquaero' **Plautus** dixit in **aulularia**:

I intro, exquaere, sitne ita ut ego praedico -

'laedo illīdo', 'caedo occīdo'. ponitur pro e longa, ut 'scaena' pro || 'σκηνή', et pro a, ut 'Aesculapius' pro 'Ἀσκληπιός', in quo Aeolis sequimur: illi enim 'νύμφαις' pro 'νύμφας' et 'φαῖσιν' pro 'φασίν' dicunt. invenitur tamen haec diphthongus in media dictione correpta tunc, quando compositae dictionis antecedentis in fine est sequente vocali, ut 'praeustus'. **Virgilius** in VII.:

Stipitibus duris agitur sudibusve praeustis.

Homerus:

Ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι.

sic etiam longae vocales solent corripi, ut 'dehisco'. **Virgilius** in V.:

Infindunt pariter sulcos totumque dehiscit
Convulsum remis rostrisque † stridentibus aequor.

52 Oe quoque idem patitur apud Graecos. **Aeschylus:**

Ἴστρος τοιαύτας παρθένους λοχεύεται.

unde quidam non sine ratione | unum semis singulas eas habere tempus dicunt, ideoque, si consequatur consonans, quae dimidium tempus habet, omni modo producuntur.

Au quoque videtur quasi pati divisionem, cum i post u addita transit

a·i·a aias *B* ΜΑΝΙΑ ΜΑΙΑC ΑΙΑ ΑΙΑC *R* ΜΑΙΑ ΜΑΙΑC ΑΙΑC ΑΙΑΧ *r* maia ΜΑΙΑC. aia. aiax. *A* maia maiac aiax aiac *H* 1 exquiro *add. l* 2 Plautus] *r* plauti is *R* planitis *H* *Plaut. aul.* IIII 10, 70 aularia *KL* 3 I] primo *L* i *l* ••••• (primo?) id *G* exquaere] *sic Plauti libri aliquot dett.* exquire *Vet.* 4 longua *GL et sic saepe GLK* ut *add. r* scaena pro CΚΗΝΑ *G* CΚΗΝΗ pro scaena *RAL* CΚΗΝΗ pro *B* CΚΗΝΗ scena *H* pro CΚΗΝΗ scaena *h* pro *in litura K* 5 ΑCΚΛΗΠΥΟC *R* ΑCΚΛΗΡΙΟC *A* ΑCΚΛΑΠΙΟC *K* Aeolis] *r* aeoles *RH* eoles *GLK* 6 ΝΙΜΦΑΕC *G* ΝΥΜΦΑΕC *K* ΝΙΜΦΑC *G* nymfas *R* nimphas *H* *φαῖσιν*] ΦΑΕCΙΝ *K* ΦΗCΙΝ *L* ΦΑCΙΝ pro ΦΑΙCΙΝ *R* ΦΑΥCΙΝ pro ΦΑCΙΝ *r* faesin pro fassin *G* ΦΑΥCΙΝ pro phami *H* 7 haec *om. G* diphtongus haec *K* 8 conpositae *H* dictionis] *a* dictiones *A* sequenti *H* praeustus] *r* praeustis *RGLK* 9 *Verg. Aen.* VII 524 in VII.] *om. H* in *sup. lin.* VII *ad mg. add. h* 10 stipidibus *A* 11 *Hom. Il.* XVI 235 12 ΑΝΙΠΤΟΠΟΔΗC *R* ΑΝΝΙΤΤΟΤΙΟ ΛΕC *B* ΑΝΙΠΟΤΟΠΟΛΕC *GK* ΑΝΙΠΤΟΠΟΛΕC *A* ΑΝΥΠΤΟΠΟΛΕC *H* ΑΝ•Τ•Ι•ΠΟΔΕC ΧΑΜΑΙΕΙΝΑΙ *L corr. ab l* ΧΑΜΑΙΝΙΝΑΙ *G* ΧΑΛΛΙΕΥΝΑΥC *H* ΧѠΜΑΙΕΥΙΝΑΙ *K* 13 etiam] enim *L* *Verg. Aen.* V 142 *sq.* in *om. H* 14 infundunt *Med.* 15 remis — aequor *om. A* postrisque *L* plostrisque *l* stridentibus *etiam Rom. et m. alt. Fr.* tridentibus *Vergilius* 16 ΔΕ ΟΕ. *A* aput *H* Aeschylus — *λοχεύεται om. GL in mg. add. l, infra* § 59 *inseruit G* oes.chyllus (o *del. r*) *R* oeyschylus *A* aescylus *H* aescilus *K* aeschilus *l* *Aesch. fragm.* 161 *t.* I *p.* 352 *Herm. Niob. fr.* II *p.* 74 *Wgnr., ex Niobe petitum teste Hephaest. p.* 7 *Gaisf. cf. Eustath.* 1665, 38 *et fragm. gramm. ad calcem lib.* V *positum* 17 ΙCΤΟΥ ΑΥΤΑC ΙΤΑΡΟΕΝΟΥC ΑΟΧΕΥCΤΑΙ *R* ΙCΤΡΟC ΤΟ ΤΑΥΤΑC ΠΑΡΕΟΝΟΥC ΛΟΧΕΙΕΤΑΙ *r* *om.* 1. 2 *Ἴστρος*] *sic etiam Heph. codd. CMN Eustath.* *οἶστρος* 3α *cum aliquot Heph. codd. et H infra l. l., praefert Hermannus* ΤΟΥΑΥΤΑC *B* ΤΟΙΤΑΥΤΑC *L* ΤΟΙΑΙ.ΤΑC *K* *τοιαύτης παρθένου aliquot Heph. codd.* ΠΑΡΟΕΝΟΥC *B* ΠΑΡΘΕΝΟΙC *A* ΠΑΡΘΕΝΥC *H* ΠΑΡΘΗΝΟΥC *K* ΛΟΧΕΥΕΤ.ΑΤ *H* ΔΟΧΕΝΟΙΕΤΑC *l* *μνηστεύεται Eustathius, prob. Herm.* ister flū tales uirgines accepit suspectas *interpret. l* 18 et semis *GLK* 19 dimedium *L* demedium *GK* dimi-

eadem u in consonantium potestatem, ut 'gaudeo gavisus' et '*ναύτης* navita', '*ναῦς* navis'; transit tamen etiam in b, ut 'aufero abstuli ablatus'. et sciendum, quod pro 'ab' praepositione au ponitur in his verbis: 'aufugio' et 'aufero'. ex contrario quoque frequenter solet fieri, ut antecedente a et u loco consonantis sequente, si abiciatur vocalis posita post eam [id est post u consonantem], au diphthongus fiat u redeunte in vocalem, ut 'lavor lautus', 'faveo fautor', 'avis anceps, augurium, augustus'. transit in o productam more antiquo, ut 'lōtus' pro 'lautus', 'plōstrum' pro 'plaustrum', 'cōtes' pro 'cautes'; sicut etiam contra pro o au, ut 'austrum' pro 'ostrum', 'ausculum' pro 'osculum', frequentissimeque hoc faciebant antiqui. in u quoque longam transit: 'fraudo defrūdo', 'claudo inclūdo'.

Eu transit in e longam, ut 'Achillēs' pro 'Achilleus', 'Vlixēs' pro 53
'Vlixeus', quod ostenditur ex genetivo 'Vlixei'. | **Horatius in carminum primo:**

Nec cursus duplices per mare Vlixei.

in u etiam mutatur: 'fugio' pro '*φεύγω*'.

Oe est quando per diaeresin profertur in Graecis nominibus et Graecam servat scripturam. per o enim et i ponitur, quae tamen, sicut supra dictum est, locum duplicis ob||tinet consonantis, ut 'Troia' pro '*Τροία*', 'Maia' pro '*Μαῖα*'. in hoc quoque Aeolis sequimur; sic enim illi dividentes diphthongum *κόϊλον* pro *κοῖλον* dicunt. apud Graecos tamen quoque i sequente producere licet antecedentem brevem, ut **Homerus** in hoc versu:

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης.

tium *B* 1 ΝΑΥΘΗϹ *R* ΝΑΥΤΕϹ *AGL* *in* nauita *desinit A, inc. iterum ab initio libri quarti* 2 et ΝΑΥϹ *BHGLK* tamen *om. GL* 3 sciendum est *G* aufero aufugio *GL* 4 et *in litura R* ex] E *Brhl* fieri frequenter solet *G* solet fieri frequenter *L* 5 si *om. GL add. l* abiiciatur *GK* 6 post consonantem *BHGLK* 7 augorium *L* augorium *G* agurium *R* 8 plostrum] postix *in* plostix *corr. H* 9 contra] e contrario *l* au *ex* u *corr. h* 10 frequentissime (que *om.*) *L* 11 hoc *add. h* longum *B* ut fraudo *K* 13 longum *BH* achiles *GLK* achileus *LK* 14 Vlixeus] ulixes *L* ulyxei *H* Horatius — Vlixei *post* Vlixei *om. R in mg. add. r* *Hor. carm.* I 6, 7 libro primo *G* primo libro *L* 16 currus *GL* duplices *libri Prisc. et hic et lib.* VI § 92 *cum parte codd. Hor.* duplicis *libri Cruquiani* duplicis *Horatius* per ma**re (na) *H* 17 pro *sup. lin. add. k* φεύγω] *l* ΦΕΥΓΟ *GL* ΦΕΥΓΙΩ ΟΕ | Est quando *B* 18 diheresin *RBH* diacrisin *L* diarisin *G* dierissin *K* 19 seruant *K* per] pro *RG* 20 optinet *L* ΤΡΟΙΑ pro troia *R* troia pro troea *corr. m. al., haud r* *Τροία*] troea *GL* ΤΡΟΙΑ *sed* ι *in litura K* 21 ΜΑΙΑ pro maia *R* *Μαῖα*] *in litura K* maea (moea *g*) *GL* Aeolis] *r* aeoles *R* eoles *GLK* enim] etiam *GL* 22 ΚΟΛΟΝ *B* ΚΟΙΑ** (ΚΟΙΛΟΝ *r*) pro ΚΟΕΙΛΟΝ (e *del. et* eanum sonus *sup. lin. ascr. r*) *R* ΚΑΙΛΟΝ pro ΚΑΘΛΩΝ *K* pro *om. L* pro ΚΟΕΛΟΝ *GH* quoque tamen *G* ** tamen (o quoque) *L* quoque] * o(h) quoque *R* *o* quoque (h-c) *B* hoc quoque *K* 23 breuem. aeschilus ΚΙΡΟϹ ΤΟΤΑΝ. ΤΑϹ ΠΑΡΘΕΝ. ΙϹΙΛΟΧΕΙΕΤΑΙ. ut homerus *G cf. p.* 38, 16 ut] teste *B* homero *ex* homerus *corr. B* *Hom. Il.* XIIII 1 24 ΝΕϹΤΟΡΑ ΛΟΥΚ ΘΕΙΑΧΗ ΠΙΝΟΝΤΕΡΕΜΤΕϹ *R* ΝΕϹΤΟΡΑ ΛΟΥΚ ΕΛΑΦΕΝ ΙΑΧΗ ΠΙΝΟΝΤΑΜΡΕΜΡΝΕϹ *r* ΝΗΡΤΟΡΑΛΗΙ. ϹΚΛΑΘΕΝΙΑ. ΧΕΠΙΝΟΝ. ΤΑΠΕΡ. ΘΜΠΡΕϹ. *G versum ab L omissum, adi. interpret.* nestorem uelis latere bache

aufertur ei [id est oe diphthongo] altera vocalis sequente e longa more Attico, ut 'poēta' pro 'ποιητής' et 'poēma' pro 'ποίημα', nec non pro ῳ diphthongo Graeca nos hanc [id est oe] ponimus, ut 'κωμῳδία comoedia', 'τραγῳδία tragoedia' dicentes: nec mirum, cum pro ω quoque habemus o et pro i e in diphthongo accipimus. hoc tamen quoque ad imitationem Boeotorum solemus facere. transit in u longam, ut 'Phoenices
54 Pūnices', 'phoeniceon pūniceum', 'poena pūnio'. numquam diphthongus in praeterito per|fecto mutatur, ut 'haereo haesi', 'audio audivi', 'moenio moenivi', excepto 'caedo cecidi'.

Ei diphthongo nunc non utimur, sed loco eius in Graecis nominibus e vel i productas ponimus. et in priore sequimur Aeolis: illi enim τῷ 'Δημοσθένη' dicunt pro 'Δημοσθένει' et 'ἦπον' pro 'εἶπον'. et nos plerumque, cum ei apud Graecos sit pura paenultima, in illis maxime femininis, quae per adiectionem assumunt a apud Graecos, mutamus ει in e productam, ut 'Δηϊόπη Δηϊόπεια Deiopēa', 'Καλλιόπη Καλλιόπεια Calliopēa'. nam in illis, quae in ia solum desinunt apud Graecos, raro fit hoc, ut 'Argia', 'Alexandria', 'Nicomedia', 'Langia', 'Lampia'. Statius in IIII:

Candensque iugis Lampia nivosis.

bibentē tenebras *add. l* δ' οὐκ *etc.*] ΥΟΥϹΚΟΙΛΑΘΕΝΙΑΧΕ *K* ΠΙΝΟΗΤΑ *B* ep *l* ἔμπης] ΕΜΠΕϹ *H* ΕΜΝΗϹ *K* 1 ei] ·i· *G* i *L* uocali•(s) *L* uocali *BG* 2 attice] *g* antiquo *G* ποιητής] 2 ΠΟΙΗΤΑ *BHGL* ΠΟΙΕΤΑ *R* ΠΟΕΗΤΑ *K* et *om. K* ΠΟΕΗΜΑ *K* ωι *m. tert. in litura R* ΟΙ *K* 3 ut *add. k* ΚΟΜΟΙΔΙΑ *RK* ΚΩΝΩΙΔ a *L* ΚΑΜΩΙΔΑ *G* pro comoedia *B* commoedia *R* comedia *K* 4 ΘΡΑΤΩΙΔΙΑ *R* ΤΡΑΓΩΙΔΑ *G* ΤΡΑΓΩΙΔ a *L* ΤΡΑΓΟΙΔΙΑ trogoedia *K* pro tragoedia *B* 5 accepimus *H* 6 emitationem *GK* boetorum *RHGL* boetarum *h* Phoenices] ΠΟΕΝΙΚΕϹ *GL* 7 poenices poeniceon *K* ΠΟΕΝΙΚΙΟΝ · punicium *G* phoenicion punicium *L* phoeniceon punicheum *H* 9 moenivi] *r* monui *R* cicidi *GLKr* 10 dipthongo *B* 11 Aeolis] *r* aeoles *R* eoles *GLK* ΤΩΥ ΔΗΜΟϹΘΗΝΗ *R* ΤΟΙ ΛΕΜΩϹΟΕΝΗ *G* ΤΩΙ ΔΗΜΟϹΘΗΝΗ *H* ΤΟΥ ΛΕΜΟϹΘΗΝΗ *K* ΤΟΙ ΔΗΜΩϹΤΕΝΗ *L* *de ι subscr. in Δημοσθένη om. cf. Ahrensium dial. Aeol. p.* 99 12 dicunt] *r* ducunt *R* ΔΗΜΟϹΤΗΝΗΙ *R* ΔΗΜΟϹ.ΘΝΕΙ *H* ΛΕΜΟϹΤΗΝΕΙ *K* demosthenei *G* demostenei *L* Η•ΟΝ *R* ΕΠΟΝ *B* eipon *L* ei *Hh* pon *et sqq. usque ad* paenultima *om. H add. h* et *om. GL* 13 feminis *Rr* 14 adsumunt *BH* 15 ΔΗΙΟΠΗ••••••• *R* ΔΗΙΟΠΗΙ ΔΗΙΟΠΗΙΑ deiopea *r* ΔΗ ΟΠΕ · ΔΗΙΟΠΕΙΑ · ΔΗΙΟΠΙΑ · *B* ΔΗΙΟΠΗΙ ΔΗΙΟΠΕΙΑ ΔΗΙΟΠΕΑ *L* ΔΗΙΟ · ΠΗΔΙΟΠΗΙΑ ΔΗΙΟΠΗΑ *H* ΔΕΙΟΠΗ. ΔΗΙΟΠΕΙΑ. ΔΗΙΟΠΗΑ. *G* ΔΕΙΟΠΗΙ ΔΕΙΟΠΗΙΑ ΔΕΙΟΠΕΑ *K* ΚΑΛΛΙΟΠΗΙ ΚΑΛΛ•ΟΠΗΑ calliopea ϹΑΛΛΙΟΠΗΙΑ ϹΑΛΛΙΟΠΕΑ *Rr* ΚΑΛΛΙΟΠΕ. ΚΑΛΛΙΟΠΕΙΑ. Kalliopea *B* ΚΑΛΙΟΠΗ. ΚΑΛΙΟΠΕΙΑ. ΚΑΛΙΟΠΗΑ. *G* ΚΑΛΛΙΟΠΕ. ΚΑΛΛΙΟΠΕΙΑ. ΚΑΛΛΙΟΠΕΑ. *H* ΚΑΛΙΟΠΕΙΑ ΚΑΛΙΟΠΕΙΑ ΚΑΛΙΟΠΕΑ *K* ΤΑΛΛΙΟΠΕΙ ΚΑΛΙΟΠΕΙΑ caliopea *L* 16 ia] *rh* ι *RH* 17 alaxandria *GK* alexandria. dia nicomoedia *B* Nicomedia] *r* nichomedia *R* nicomidia *GL* laugnia *GL* 18 *Stat. Theb.* IIII 290 VII *K* thebaidos *post* IIII *add. rh* carminum *B* 19 candensque] *r* cadensque *RBK* iugnis *L* niuoris *L*

idem in eodem:

Haec quoque secreta nutrit Langia sub umbra.

idem in II:

Tunc donis Argia nitet vilesque sororis
Ornatus sacro praeculta supervenit auro.

'raro' autem diximus propter 'Medeam', 'Plateam'. nam quod Virgilius

Qui tela Typhoëa temnis

e correptam protulit, Doricum est: illi enim solent ei diphthongo abicere i. in Latinis autem dictionibus difficile invenies i longam ante vocalem positam, nisi in genetivis in ius desinentibus, ut 'illius', 'solius', 'ullius', quae tamen licet et corripere, et in verbo 'fiam fias fiat', quod ipsum quoque contra aliorum e||iusdem coniugationis fit regulam verborum.

In masculinis quoque ei pura in e longam convertitur: ''Ἀχίλλειος X 55 Achillēus', ''Ἀλφειός Alphēus', 'σπονδεῖος spondēus'. non sine ratione tamen hoc fit, sed quia i pura paenultima ante us vel a vel um per nominativos non invenitur producta in Latinis dictioni|bus nisi in disyllabis et ipsis Graecis. nam in Graecis saepe invenimus, ut 'Chīus' et 'dia' et in uno trisyllabo, quod apud Statium legi, 'Lycīus'. Statius in X Thebaidos:

At patrias si quando domos optataque, Paean,
Templa, Lycie, dabis tot ditia dona sacratis
Postibus et totidem voti memor exige tauros.

in aliis vero consonante sequente pro ei diphthongo longam i ponimus, ut 'Νεῖλος Nilus'.

In semivocalibus similiter sunt aliae praepositivae aliis semivocalibus 56 in eadem syllaba, ut m sequente n, ut 'Mnestheus', 'amnis', s quoque

1 idem *ex* id est *corr. R* *Stat. Theb.* IIII 717 2 nutrix *B* languia *GL* 3 *Stat. Theb.* II 297 *sq.* 4 Tum *Stat. Cass. al.* 5 preculta *r* proculto *R* perculta *tert. m. in R* *post* auro: Virgī. dia camilla (*Aen.* XI 657) *add. B* 6 autem ut *G* niceam *post* plateam *add. GL et m. tert. in R* *Verg. Aen.* I 665 7 tifoea *R* tiphoea *L* typhoia *ex* typhoea *corr. Fr. lacuna in Pal.* tem^p^nis *Rr* tempnis *B* 8 correpta *GL* abiicere *G* abiicire *K* 9 autem] uero *GL* deficile *LK* inu^e^nis *Rr* inuenis *BH* 10 solius ullius] *add. r* ullius solius *GL* 11 ipsum ∼ quoque *L* 12 aliorum contra *GL* coniugationis regulam uerborum sit. *G* fit *om. L* regula *B* 13 puram *B* conuertitur ut *BHGK* καλλιοπεια pro kalliopea *ante* 'Ἀχίλλειος *add. B.* αχιλειος achileus *GK* 14 achileus *L* αλπheιοc *K* αλpheιοc *G* alpheios *L* alfeios alf..us (αλφειος) *Rr* alfeus *H* cπονλιοc (δε) *Rr* spondeios *GL* 16 dysillabis *G* desyllabis *K* disillabis *L* dissyllabis *RBH* 17 Chius] dius *GL* dia.. (et) ...... perchius arius. Statius *L* 18 in uno trisyllabo] in paucis trisyllabis sperchius arius *K* in uno — legi] *om. G* lycius quod apud statium legi *K* aput *H* legimus *B* lichius *R* licius perchius arius. *G* Statius *om. K* *Stat. Theb.* X 343 *sqq.* 19 tebaidos *K* 20 At] Ad *RBH* Et *GL* quando se domos obtataque *B* 21 lyciae *B* lyciae *H* (h)chiae *R* licie *GL Stat. Cass.* dicia *H* 22 Hostibus *Cass.* exiget auro *G* 23 longam] *b* longum *B* ut neilos *L* 24 pro nilus *G* 25 Quae de semiuocalibus aliis praeponatur *ad mg. L* uero similiter *GL* 26 n Mnestheus *GL* Mnestheus] *h* mnesteus *RH*

sequente m, ut 'Smyrna', 'smaragdus': nam vitium faciunt, qui zm scribunt; numquam enim duplex in capite syllabae posita potest cum alia iungi consonante. Lucanus quoque hoc ostendit in X:

Terga sedent, crebro maculas distincta smaragdo.

nam nisi esset s ante m, subtrahi in metro minime posset nec staret versus; s enim in metro saepe vim consonantis amittit. in fine autem syllabae omnes liquidae solent ante s poni, ut 'puls', 'hiems', 'mons', 'ars'; similiter ante x, excepta m, ut 'falx', 'lanx', 'arx'. in mutis praeponuntur b et g sequente d, ut 'βδελυρός', 'bdellium', 'Abdera', 'abdomen', 'Mygdonides'. c vero et p praeponuntur sequente t, ut 'actus', 'lectus', 'aptus', 'diphthongus'. semivocalis nulla praeponitur mutis nisi s sequente b, ut 'asbestus', 'Asbustes', c vel q: 'scutum, 'squalor', p, ut 'spes', 'sphaera', t: 'status', 'Sthenius', ante aliam autem nullam mu-
57 tarum. mutae vero semivocalibus praeponuntur liquidis absque m omnes paene omnibus: bl, ut 'blandus'; cl: 'clarus'; dl, ut 'Abodlas', nomen barbarum; gl: 'gladius', 'Glabrio'; tl: 'Tlepolemus', 'Atlas'; pl: | 'planus'; fl: 'flavus'; bn: 'abnuo', sed b magis superioris est syllabae; cn: 'Cnidus'; dn: 'Cydnus', 'Ariadne'; gn: 'Gneus'; tn: 'Aetna'; pn: 'Therapnae', 'Siphnus'; br: 'Brennus', 'umbrae'; cr: 'creber'; dr: 'Drances'; gr: 'gratus'; || fr: 'frater'; pr: 'pratum'; tr: 'tractus'. ante m autem inveniuntur c d g t, ut 'Pyracmon', 'Alcmene', 'drachma', 'Dmois', 'Admetus', 'agmen', 'Tmolus', 'Isthmos'. tres autem consonantes non aliter possunt iungi in principio syllabae, nisi sit prima s vel c vel p,

1 ut *om.* *GL* smirna *HGLK* z ante m *GLKh* z. et m. *B* 2 potest duplex in capite syllabae posita *GL* iungi[i] *G* 3 *Luc. Phars.* X 121 hoc *add.* *r* in X hoc ostendit *GL* 4 sedent] *l* sedente *GL* maculas] *sic etiam libri Luc. fere omnes cum utroque Voss.* maculae *RBH* maculis *codd. quidam Luc.* zmaragdo *Luc. Voss.* *B* 5 **si (ni) *B* s] z *b* stare[l] *Rr* 6 s — amittit *in mg. add.* *g* 7 ante s *om.* *G* mons *sup. lin. add.* *L* ars mons *K* 8 excepto *B* De mutis ante alias mutas *in mg.* *L* 9 ΒΟΗΛΙΡΟϹ (Λ above) *Rr* ΒΛΕΛΙΡΟϹ *BHK* bdelyros *L* bdiellium *G* genus lapidis *post* bdellium *libri: est gloss. ad* abdira *pertinens* (*sic enim libri*, ΑΒΔΙΡΑ *H*), *quod pro* abdir *habuerunt, cum sit* Abdera, *quod restitui. Priscianus ubique scribit* abaddir *vel* abaddier *v. lib.* II § 6. V 18. VI 45. VII 32 10 migdonides *BHGL* praeponuntur mutis (muttis *L*) *GL* 11 semiuocales *in* semiuocalis *corr.* *BHG* 12 ut *om.* *H* asbestus *add.* *r* asbutes *RBHK* uel *add.* *r* ut scutum *B* p spes *GL* 13 sphera *RB* spera *HGLKr* Sthenius] *Putschius cf. lib.* II § 50. 55 sthennius *RBGK* stennius *HL* 14 uero **** semiuocalibus *B* 15 pene omnibus absque m (*om.* omnes) *GL* penae *H* bl blandus *GL* ut clarus *K* ut *ante* Abodlas *om.* *BGL* 16 tl ut tleptolemus (*sic*) *post* clarus *posuit* *K* tleptolemus *G* atlas *om.* *K* 17 fl. flauus *supra post* barbarum *exhibet* *H* abnuo *ex* abuno *corr.* *R* est *om.* *GL* 18 cn cuius *B* *cf. p.* 57, 20 dn: Cydnus *om.* *L* cyd**nus (us) *R* quidnus *K* hariadne *B* haridne (a above) *H* aethna *R* ethna *r* 19 terapnae *r* therapne (n above) *B* terapne *HGL* thaerapnae *K* siphnus *H Heidelb.* sipnus *rell.* brenus *L* brenns *G* crebrum *L* dranges *L* 20 tractū *B* m autem *add.* *h* 21 antem *sup. lin.* *k* piracmon *BGLK* drachma] *Schneiderus Elementarlehre* I 239 dracma *RH* dragma *BGL.* *h. l. om.* *K* Dmois] *r* admois *R* 22 Admetus] admeais *L* admetus dragma agmen *K* istmos *HGLK* De tribus consonantibus pariter in eodem de consonantibus in quibus dictiones finiuntur *inscr.* *L* 23 posunt *L* iungi in principio *add.* *g*

secunda post s quidem c vel t vel p, post c autem aut p principales secunda t, tertia l vel r, sed l in solis illis quae ab s incipiunt, ut 'Asclepiodotus', 'scriba', 'stloppus', 'stratus', 'splendidus', 'spretus', 'victrix', 'sceptrum'. nam post pt vel ct simul iunctas l non invenitur, ut ostendimus, ipsa soni natura prohibente. in fine vero dictionis contra invenimus 58
primam liquidam, sequen|tem mutam, postremam s, ut 'urbs', 'stirps'. sin autem in duas desinit consonantes dictio, necesse est priorem liquidam esse et || sequentem s vel x, ut supra ostendimus, vel c vel t antecedente n, ut 'hinc', 'dicunt', 'amant', 'hunc', vel loco ψ Graecae bs vel ps scribere pro ratione genetivi, ut 'Arabs Arabis', 'Pelops Pelopis', 'caelebs caelibis', 'princeps principis'. quibusdam tamen, ut supra docuimus, non aliter videtur ψ Graeca nisi per ps scribenda. quamquam enim ratio genetivi supra dictam exigat scripturam, tamen cognationem soni ad hoc procliviorem esse aiunt. hoc tamen sciendum, quod principium syllabae omni modo pro ψ ps debet habere, ut 'psittacus', 'pseudulus', 'ipse'; 'nubo' quoque 'nupsi', 'scribo' 'scripsi' faciunt, quamvis analogia per b cogit scribere, sed euphonia superat, quae etiam 'nuptam', non 'nubtam', et 'scriptum', non 'scribtum', compellit per p, non per b, dicere et scribere. | ||

1 secundae *K* post s ut asclepiodotus stratus spretus quidem *B subducta a b, quae infra lin. repetiit* post s quidem post s *R post* t uel p *in marg.* ut asdepiodotus stratus spretus *add. r, eadem in litura h,* ut asclepiodotus *add. LG, cui sup. lin.* stratus spretus *adiunxit g* 2 asclepiodo•tus(c) *B* 3 stlopus *BGK* st'opus *L* stratus] ✕ *prob. O. Jahnio ann. crit. ad Pers. sat.* 5, 13, *h. l. a libris omissum, qui inter* spretus (spretus *B*) *et* uictrix *exhibent gloss. ad sententiam* secunda quidem post s c uel t uel p *pertinens:* in graecis etiam (autem *B*) φ secunda (secundo *R*) ponitur (secunda ponitur φ *H*), quam nos per ph plerumque scribimus, σφραγίς (cφparis *Rr* cφPATIC *G* cφPAIC *H*) 4 iuncta. sl. *B* ostenditur *R in mg.* at. ostendimus *r* 7 desinat *B* dissinat *GK* consonantes *L* 9 hunc amant *GL* 10 celeps *H* celebs *h* celebis *B* celibis *b* 11 quibus *H* uidetur non aliter *GL* 12 per *add. r* p. et. s *B* 14 sciendum est *BHGLK* 15 psittacus] *r* psittactus *R* psitacus *HGLK* psedulus *L* 16 et scribo *r* 17 scribere *om. L* non nubtam *om. R add. r* non nuptam *B* 18 non scriptum *B* compellat *B*

de littera
EXPLICIT LIBER PRIMVS. INCIPIT LIBER II DE SYLLABA. *Rr* EXPLĪ LIB̄. I PRISCIANI GRAMMATICI CAESARIENSIS DE LITTERA. INCIP̄. LIB̄. II DE SYLLABA *B* lib. II *custodis, ut vocant, loco H* EXPλICVIT. λIBER. PRIMVS. DE. λITTEPA ...., | INCIPIT λIBEP ·II· DE SYλλABA .. *G* explicit liber primus de littera incipit seds de syllaba *L* finit .. ∾ | secundus liber de syllaba *K*

LIBER SECVNDVS.

DE SYLLABA.

I 1 Syllaba est comprehensio literarum consequens sub uno accentu et uno spiritu prolata; abusive tamen etiam singularum vocalium sonos syllabas nominamus. possumus tamen et sic definire syllabam: syllaba est vox literalis, quae sub uno accentu et uno spiritu indistanter profertur. a singulis tamen incipiens, non plus quam ad sex literas procedere syllaba potest in Latino sermone, ut: 'a', 'ab', 'arx', 'mars', 'stans', 'stirps'.

Et sciendum, quod syllabae, quae ex singulis constant literis, non plures sunt quam ipsae vocales, ex quibus fiunt, quae autem ex amplioribus literis, paene innumerabiles. nulla syllaba tres vocales habet, unde u et i non aliter iunguntur diphthongis nisi loco positae con|sonantium, u tamen etiam tum iungi potest diphthongo, cum amittit vim lite||rae, ut
2 'quae', 'linguae'. saepe inveniuntur pro duabus vocalibus iunctis, hoc est pro diphthongo, singulae vocales positae, ut 'plostrum' pro 'plaustrum' et 'inquiro' pro 'inquaero' et ubique pro ei diphthongo e producta vel i, sicut supra dictum est; pro *ου* autem u in Graecis dictionibus ponimus, ut '*σπονδεῖος* spondeus', '*Νεῖλος* Nilus', '*μοῦσα* musa'. quae singularum literarum sunt syllabae ex vocalibus, ut dictum est, constant, ut 'a', 'e', quae autem ex duabus constant, vel a vocalibus fiunt et invenitur diphthongus, ut 'au', 'oe', vel a vocali consonante antecedente vel sequente: antecedente, ut 'da', sequente, ut 'ad'. non plus tamen quam tres consonantes antecedere nec rursus consequi nisi tres possunt. sed tamen hoc

2 conprehensio *B* conp̄hensio *K* lytterarum *R* 3 etiam ** singularum (in) *B* 4 diffinire *GLK* 5 quae *ex* q̄q. *corr. L* indistanter] *b* ind*st**anter (*ex* indestinanter *ni f. corr.*) *B* Quot litteris sillaba constare potest *ad marg. L* a] *k* ab *HLK* 7 arx] ars *GL* stirps] *r* strips *R* 8 exingulis *Bb* constant] *r* constent *R* constat *B* 9 uocales sunt ex *H* quae autem quac ex *Bb* 10 innumerabiles sunt. *b* tres *add. r* i et u *GL* 11 ingnntur *R* 12 etiam *om. H* tum *om. G* tunc *L* amittit] *r* ammittit *R* amitit *G* 13 quae et linguae *b* sepae *R* 15 productam *RBK* 16 sicut] ut *GL* pro ʏ *L* ponimus in graecis dictionibus *G* poninus dictionibus *BHL* 17 cπoɴᴅᴇιoc *RK* spondeios *GL* ɴειλωc *K* neilos *GL* ᴍωʏca *R* ᴍoιca *H* moysa *GL* 18 sunt litterarum *L* 19 autem a duabus *GL* inueni**tur (un) *B* 20 oe] *r* eo *R* vocali] uocali et *HGLK* uocale et *B* antecedente uel sequente *om. GL* uel et *K* 21 De consonantibus quot praecedere uel consequi possunt in eadem sillaba uocalem *in mg. L* consonantes tres *K* 22 antecedere] antecedere uocalem *RLK* antecedentes uocalem *G* uocalem antecedere *h*

notandum est, quod, si antecedant tres consonantes, non possunt nisi duae consequi vocalem, ut 'monstrans', nec iterum, si consequantur tres, possunt antecedere nisi duae, ut 'stirps'.

Si antecedens syllaba terminet in consonantem, necesse est etiam sequen||tem a consonante incipere, ut 'artus', 'ille', 'arduus', nisi sit compositum, ut 'abeo', 'adeo', 'pereo'. Herodianus tamen de orthographia ostendit, rationabilius esse sonoriusque quantum | ad ipsam vocis prolationem, in compositis quoque simplicium regulam in ordinandis syllabarum literis servare. 3 obicitur tamen huic illud, quod oportet ergo 'oblitus', 'oblatus', 'obruo', 'abrado' et similia, si b transit in secundam syllabam more simplicium dictionum, primam communem habere in metris, ut possit etiam corripi: sed hoc nusquam invenitur. praeterea 'circumeo' et 'circumago' et similia non paterentur elisionem m in pronuntiatione, si transiret in sequentem syllabam m, nec in 'perhibeo', 'exhibeo', 'inhumatus', 'anhelo', 'inhibeo', 'adhuc', 'abhinc' et similibus secundae syllabae principalis aspiraretur vocalis, si terminalis consonans praepositionis in eam transiret, quomodo in 'istic', 'istaec', 'istuc'. si in media dictione syllaba a vocali incipit, necesse est antecedentem quoque, nisi sit composita, in vocalem terminari, ut 'pietas', 'curialis', 'pareo', 'ruo', 'munio'. est tamen quando in compositis etiam subtrahitur consonans, ut 'coeo, cois'.

Principales syllabae, hoc est in principio dictionum positae, ab omnibus incipere literis, desinere tamen non in omnes possunt, sed in has: 4 vocales quidem omnes, a quacumque consonante incipiat sequens syllaba, ut 'mare', 'genus', 'filius', 'votum', 'ludus'; in consonantes vero, si sequens syllaba a vocali incipiat, non possunt desinere, nisi, sicut supra dictum est, in dictionibus, quae ex praepositionibus in consonantes desi-

1 no tandum (no *suprascr.*) *Rr* 2 ut] et (ut *suprascr.*) *K* si consequuntur *R* tres consequantur *GK* tres consequuntur *L* 3 stirps] *r* strips *R* 4 De litteris praecedentibus ac sequentibus inter sillabas. *in mg. L* antecaedens *H* etiam consequentem *L* 5 incipire (e *suprascr.*) *Rr* arcus (t *suprascr.*) *Rr* compossitum *R* conpositum *H* 6 pereo peroro *B* Herodianus de orthographia] *cf. Graefenhanium hist. phil.* III 91 ortographia *GK* ortagraphia *L* 7 quantum quan *H* 8 prolationem (pertinet *suprascr.*) *Bb* conpositis *H* simplicium] *g* semplicium *GK* ordinandis] *g* ornandis *GL* 9 obiicitur *GLK* ergo *om. GL* 10 oblatus] ablatus ablatus *R* abruo *K* obrado *G* syllabam transit secundam *corr. in* secundam syllabam transit *G* 11 habere communem *G* 12 nunquam *L* circueo *GK* 13 circuago *GK* elisionem] abscisionem *GL* abscissionem *g* pronunciatione (t *suprascr.*) *Rr* 14 transisset *G* prohibeo *H* 15 inhibeo] adhibeo *GL* 16 aspiretur (ra *suprascr.*) *H* cosonans *H* 17 in ea *B* istic] *r* histic *R* isthic *K* istaec] *r* isthaec *K* istac *RGL* isthuc *H* 18 nisi] ni (si *suprascr.*) *K* 19 pietas] *r* piaetas *R* 20 consonans] consonans. n. *k* 22 De litteris quibus principales sillabae incipiunt et de illis in quas desinunt. *inscr. L* 25 in consonantibus uero *L* 26 nec possunt *GLK* possunt desinere (syllabe *suprascr.*) *Bb* dissinire *L* superius *GL*

nentibus vel aliis partibus orationis sint | compositae, ut 'abutor', 'oboedio', 'subeo', 'aduro', 'ineo', 'exacuo', 'intereo', 'perago', 'transeo', 'praetereo', 'alterutrum'. nec tamen, si sequens a consonante incipit, licet an-
5 tecedenti in quamcumque consonantem desinere; ergo per singulas consonantes, ut potero, id tractare conabor.

In b invenitur syllaba desinens, si sequens quoque ab eodem incipiat, ut 'Sabburra', 'sabbata', 'gibbus', 'gibberosus', 'gibber', 'obba'. composita quoque sunt a praepositionibus in b desinentibus et aliis dictionibus a b incipien||tibus, ut 'subbibo'. quae tamen consonans c sequente solet plerumque in eam mutari, ut 'occido', 'occumbo', 'succino', 'succido'. in quibusdam tamen pro 'ab' 'abs' praepositio cum dictionibus a c incipientibus componitur, ut 'abscondo', 'abscedo', 'abscido'. 'ob' quoque est quando assumit s, cum componitur cum dictione a c incipiente, ut 'obscurus', 'obscenus'. f etiam sequente in eandem convertitur b vel in u vocalem, ut 'officio', 'offundo', 'sufficio', 'suffero', 'suffio', similiter 'aufero', 'aufugio', ne, si 'affero', 'affugio' dicamus, pro 'adfero' et 'adfugio' accipiantur. g quoque sequente in eam transit b, ut 'suggero', 'oggannio', nec non etiam m, ut 'summitto'. praeterea 'omitto' dicimus pro 'ommitto'. Terentius in adelphis:

Omitte mulierem.

Horatius in secundo sermonum:

Aut spem deponas aut partem inlusus omittas.

6 idem patitur p sequente, ut 'oppono', 'suppono'. r quoque sequente plerumque in eam converti|tur, ut 'arripio', 'surripio'; in quibusdam autem manet immutabilis, ut 'abrogo', 'abrado', et puto differentiae causa, ne, si 'arrogo' et 'arrado' dicamus, dubium sit, 'ab' an 'ad' praepositio sit, quae mutavit suam consonantem in r. aliis autem quibuscumque literis sequentibus integra manet b, ut 'abdo', 'obdo', 'subdolus', 'abhinc', 'ab-

1 sunt *R* oboedio] obaudio. oboedio *B* abaudio *in lit. k* uel obaudio *add. g* 2 alterutrum transeo praetereo. *H* 3 De consonantibus antecedentibus atque sequentibus inter sillabas. sed primum de B dicendum est *in mg. L* incipiet *GL* incipiat *k* antecedenti] *r* antecedente *R* 4 quancunque *GL* quacumque *H* 5 potuero *GL* 6 eadem *BG* incipiat. hoc tamen in barbaris nominibus ut *B* 7 sabirae (u a *supra*) *Hh* gibber gibberosus *LKg* gibber *om. G* obba] *ex* abba *corr. K* uel abba *add. g* obba. In latinis uero si qua inueniantur composita quoque *B* 8 sunt *om. H* praepossitionibus *K* 9 in eam solet mutari plerumque *L* solet in eam motari plerunque *G* 13 adsumit *B* cum praeponitur *G* 14 obscenus (s *supra*) *B* eadem *Rr* in *ante* u *add. bh* 15 afficio *B* suffitio *H* sufferro *R* 17 oggannco *in* oggannio *corr. R* 18 in m *HK* summito *L* *post* omitto *octo fere lit. ras. in B* pro ommitto dicimus *BHGL* 19 *Ter. ad.* II 1, 18 21 oratius *K* *Hor. serm.* II 5, 26 in .n. (u *supra*) *K* sermonem *R* 22 partem] artem *g Caroliruh. alter cum Horatio* illusus *RGLK* 23 oppono pro obpono suppono pro subpono *R utrique additamento* glosa *supscr. r* plerunque sequente *K* 24 conuertitur b consonans *R*: *sed* b consonans *praeposito* ·i·(*id est*) *glossema esse indicavit uncisque inclusit r* autem] tamen *rb* 25 inmutabilis *BH* abrado] abrodo *B* causa *add. k* 26 et arrodo *B* an ab an ad *R* 28 abluo *ex* subluo *corr. K*

luo', 'sublatus', 'obloquor', 'abnego', 'obnitor', 'subnixus'. ergo nulla, nisi praepositio cogat, antecedens syllaba in b potest desinere, nisi consequens quoque a b incipiat, ut in supra dictis nominibus ostendimus.

In c quoque nulla syllaba superior desinit, nisi sequens quoque a c vel a q incipiat, ut 'bacca', 'bucca', 'soccus', 'ecquis', 'quicquam'. atque ex hoc quoque ostenditur, eandem vim habere c et q.

In d pariter nulla potest syllaba desinere praepositiva, nisi sequens quoque ab eadem incipiat in simplicibus dictionibus et in plerisque compositis, ut 'abaddir' vel 'abaddier', 'addo', 'reddo', 'redduco', quod etiam 'reduco' dicitur.

Virgilius in VIII:

Reddidit una boum vocem.

Terentius in Phormione:

Sectari, in ludum ducere ac redducere.

Horatius in epodo:

Deus haec fortasse benigna
Reducet in sedem vice.

Virgilius in IIII: |

Eiectam classem, socios a morte reduxi.

haec tamen ipsa conso||nans in 'ad' praepositione mutatur sequente c vel g 7
vel p vel t, ut 'accumbo', 'accido', 'aggero', 'applico', 'appello', 'attingo', 'attinet'; f quoque sequente rationabilius: 'affectus'; l: 'allido'; r: 'arrideo'; n: 'annuo'; s: 'assiduus'. subtrahitur etiam in quibusdam, cum sequens dictio a gn vel sp vel sc incipit, ut 'agnitus', 'aspectus', 'ascendo'. aliis enim sequentibus literis integra manet in compositione, ut 'adbibo', 'adhaereo', 'admitto', 'adquiro', 'advoco'. frequenter tamen invenimus f vel l vel n vel r vel s sequentibus d scriptam, ut 'adfatur', 'adludo', 'adrideo', 'adnitor', 'adsisto', 'adsumo'. errore tamen scriptorum hoc fieri puto quam ratione: nam quae sit differentia euphoniae,

1 obnego (a *sup.*) *Rr* nulla prae***positio (nisi *sup.*) *Bb* 2 nisi cum sequens *L* 3 quoque (syllaba *sup.*) .A.B. incipiat *Bb* ab b *K* in *om. BH add. h* 7 syllaba (sillaba *L*) potest *GLK* 8 ab eadem] ab eodem *r* ab ea*dem (n) *B* simplicibus] *g* semplicibus *G* in plerisque] *r* implerisque *RBH* 9 uel abaddier *om. GL* 10 reduco (d *sup.*) *R* 11 *Verg. Aen.* VIII 217 VIII] *r* VIIII. *RBHGK* IX. *L* 12 boum *k Pal.* uocem * (q.) *Pal.* 13 *Ter. Phorm.* I 2, 36 formione *RGK* 14 ludum canes ducere *B* ac] et *Terentius* redducere] *rg Schneiderus Elementarlehre p.* 621 reducere *RGh Ter. Bemb. Bas.* redu*cere (c) *L* 15 Horatius—vice. *om. GL add. g* oratius *K Hor. epod.* 13, 7 *sq.* 17 redduc** (er) *R* redducet *r Schneiderus l. l.* sedeuice *g* vice] *r* uice* (m) *B* uiceret *R* 18 *Verg. Aen.* IIII 375 19 Eiectam *ex v.* 373 eiectum litore *petitum est* lectam *GL* amissam *Vergilius* classem] *g* clasem *GL* classam *H* socios *ex* socius *corr. B* sociosq. *G* reduxit *LK* 20 Quibus litteris sequentibus ad mutetur uel integra maneat *L* praepositionē *b* 21 aggero accido *R* 22 rationabilibus *B* ut affectus *rk* 24 cum consequens *B* cum subsequens *H* 25 intigra *G* 26 adbibo adhibeo adhereo *L* admitto] *g* admito *G* adquiro *om. GL* 27 uel r uel n *K* ut *om. GL* 28 adsisto *om. RBH* adsumuo *R* 29 nam quae sit defferentia *r* namque sit defferentiae *R* eufoniae *K*

ut, cum eadem consonans sit sequens, in aliis transferatur d, in aliis non, scire non possum, ut, cum dicam 'affectus', 'allido' et 'assiduus', bene sonet, cum autem 'affatur', 'alludo', 'assisto', male.

8 In f nulla desinit syllaba, nisi loco b vel d vel x vel s in praepositionibus posita, cum sequens dictio ab eadem incipit consonante, ut 'officio', 'sufficio', 'affectus', 'efficio', 'difficilis', 'diffundo'. et ex hoc quoque muta esse ostenditur, quod, cum omnes | semivocales simplices solent in mediis dictionibus geminari, haec non geminatur nec terminat eas sicut illae nisi in suo nomine. sed et praeponitur liquidis l et r more mutarum.

G apud Latinos nullius syllabae est terminalis, nisi cum loco d vel b ponitur in 'ad' vel 'sub' vel 'ob' praepositione, ut supra diximus, ut 'aggero', 'agger', 'suggero', 'oggannio'. Graeci tamen solent loco n ante γ vel κ vel χ positae hanc ponere, ut 'ἄγγελος', 'Λογγῖνος', 'ἄγκιστρον', 'Ἀγχίσης'; apud Latinos tamen servatur n, ut 'Longinus', 'Anchises'. est quando n principalis syllabae ante se assumit g, ut 'natus gnatus', 'notus gnotus' antique, unde 'ignotus', 'nosco gnosco', 'novi gnovi', et post se tamen c saepe positam in g convertit, ut in numeris: 'quadringenti' pro 'quadrincenti' a 'centum', 'quingenti', 'septingenti', 'octingenti'; adeo enim n praeposita facit c in g converti, quod in quibus ea non est numeris servatur c: 'ducenti', 'trecenti', 'sescenti'.

II 9 In h, quae est no||ta aspirationis, non potest terminari syllaba. invenio tamen in 'vah' et 'ah' interiectionibus terminalem videri syllabae h, sed magis puto, ut superius dictum | est, per apocopam hoc solere fieri, cum perfecta 'vaha' et 'aha' sint, vel quod abscondita voce solent interiectiones et huiuscemodi voces proferri, ut etiam 'ha ha', 'he he'.

2 scire tamen non *G* Scire tamen non *L* adfectus *rk* adlido *rk* et *om. G* adsiduus *rk* 3 assisto] *g* asisto *G* assumo *in litura H* 4 syllaba *om. H* d uel b *B* s sit in *G* 7 ostenditur muta (mutta *L*) esse *GLK* omnis (e) *Rr* seminocalis (e) *Rr* 9 sed] f *b* 11 terminalis est *GL* b uel d *L* 13 oggannio] *g* ogannio *G* ante g uel c positi (k uel x ae) *Rr* ante g uel c positae *BH* 14 Λογγῖνος] *add. h* ΑΓΚΙCΤΡΗC *G* ΑΓΚΙCΤΡΟΗC *L* 15 ΑΓΧΙCΕC *RGL* (o) u ut angelus ut longinus *B* longuinus *L* 16 adsumit *H* 18 positam *ex* positum *corr. K* quadrigenti pro quadricenti (N) *R* quadringenti octog•••• pro quadrin••••••••••••• a centum *in loco fere evanido B* 19 cadrincenti *K* 20 enim] autem *G* uel enim *add. g* praeposita n. *GLK* est in numeris *GL* 21 triceuti *GLK* sescenti id sexcenti *R* id sexcenti *uncis inclusit r* sescenti id est sexcenti *L* sexcenti *BH* 22 h quoque quae *GL* h (quoque) quae *K* nota est *GL* 23 ua•h (c) *L* ah] *r cf. lib.* I § 25 oh *RH* ah et oh *BGLK* syllabam *K* 24 ut] ut et *BHr* apogopam *GLK* 25 aha] *r* oha *R* hoha *H* aha et oha *GK* aha et ohe *L* aha et oho *B* 26 et] ut *GL* huiuscemodi] *g* huinsmodi *G* ut etiam āh. āh. ēh. ēh *in litura b* (a) ha ha *Rr* ha ha he he] (*H?*) ah ••. eh ••. *h* he he] (e) ha *K* he *L*

K nullius syllabae potest esse terminalis.

L quacumque consonante sequente potest antecedentem terminare syllabam, ut 'albus', 'ulcus', 'soldum', 'valde', 'Alfenus', 'algeo', 'illud', 'ulmus', 'alnus', 'culpa', 'fulsit', 'altus', 'silva', 'mulxi'. q et r solis sequentibus non inveni antecedentem l; nam h et k nec possunt post hanc inveniri.

In m invenitur syllaba desinens in media dictione, quando sequens a b vel p vel altera m incipit, ut 'Cambyses', 'ambo', 'imperium', 'comparo', 'summus', 'Hammon'.

In n terminatur antecedens syllaba sequentibus c vel d vel f vel g vel altera n vel q vel r, ut quibusdam placet, vel s vel t vel i vel u etiam pro consonantibus positis vel x, ut 'concinnus', 'mancus', 'conduco', 'pondus', 'confiteor', 'infundo', 'congius', 'angulus', 'annus', 'inquiro', 'conquiro', 'linquo', 'inrumpo', 'inruo'. in multis tamen invenio r sequente n in r converti, ut 'corruo', 'corrumpo', et paene ubicumque 'con' praepositio ante dictionem ab r incipien|tem componitur, hoc idem patitur: 'corruo', 'corrigo'. nec mirum, cum apud Graecos auctores artium hoc idem soleat fieri, ut 'συρρέω', 'συρράπτω', 'συρρήσσω', 'συρρήγνυμι'. ergo 'onabilius esse videtur, 'in' quoque, cum in quibusdam mutet n in r, 'irrito', 'irriguus', in reliquis quoque euphonia hoc exigente servare t 'irruo', 'irrumpo' dicere, cum nec in simplicibus inveniatur dictionibus n ante r. s quoque sequente vel t vel i vel u loco consonantium vel x integra manet, ut 'consitus', 'sponsus', 'tonsus', 'Antonius', 'Mantua', 'coniungo', 'converto', 'anxius', b autem sequente vel p in m convertitur, l vero vel m, in eas commutatur, ut 'imbuo', 'impius', 'combibo', 'compitum', 'collido', 'illudo', 'illido', 'immunis', 'communis'.

P nullam terminat syllabam, nisi sequente quoque ab ea incipiente, ut 'lippus', 'apparet', 'Hippocoon'.

4 alnus *om.* *H* q uel r *GL* 5 h. k. *H* nec] non *G* 8 altera m] *r* alteram m *R* cambises *GL* 9 ammon *GL* 10 terminant *R* 11 quidam *H* quibusdam *h* quidam *iterum m. rec.* 12 concinus *GLK* man••cus *K* 13 pundus confetear *L* congius] congilius *B* tongilius *GLK* 14 inrumpo *sed* r *post eraso Hh*. irrumpo *in* inrumpo *corr.* *L* tamen *om.* *L* 15 pene *H* 16 praepossitio *K* conponitur *H* hoc • idem *R* 17 corruo] *r* corrugo *RGLK* ut corruo *h* ut corrugo *B* artium *om.* *GL* 18 CYPPEω CYPPANTω EPPECCω CYPPNΓHYMI *Br* CYPPEωCCYPPAΠTO HPPECCOCYPPHΓNYMI *B* CYPPEω *reliquis omissis* *L* CYPPANTω CYPPECω CYPPETNOYMI *ad mg. add., adi. interpretamento:* confluxerunt confluam confluo. CYPPEΓNAYMI deriuatur a uerbo CYPPEω in una significatione. *l* CIPPHΓω *rell. om.* *G* συρράπτω] CYPPωΠTO *K* συρρήσσω] EPPECCω *HK* CYPPHΓHYMI *H* CYPPHΓENYMI *K* 19 in quoque] hic quoque *LK* cum *add. g* 20 mutat *L* irrido *B* hoc exigente seruare euphonia *G* 21 irrumpho *K* et irrumpo *H* dictionibus inueniatur *GL* 23 inligra *G* 24 coniugo *H* coniugo *GL* 25 conuertitur *ex* conuertuntur *corr.* *H* commutatur — combibo *om.* *L* 26 coupitum *B* competum *L* illido illudo *GL* 28 terminat *in* terminet *corr.* *L* quoque *om.* *GL add. g* 29 ippo-

R qua||cumque consonante sequente (excepta k) potest terminare priorem syllabam, ut 'morbus', 'parcus', 'ordo', 'perficio', 'Corfinium', 'margo', 'perhibeo', 'perlego', 'perluceo', 'interlita', 'interlunium', 'carmen', 'Sarnus', 'corpus', 'arquitenens', 'currus', 'morsus', 'artus', 'periurus', 'corvus', 'Xerxes'. in compositis tamen quibusdam invenio r in l converti, ut 'intellego' et 'pellicio' pro 'interlego' et 'perlicio', 'pellego' pro 'perlego', 'pelluceo' pro 'perluceo'. Plautus in asinaria:

Agedum istum ostende quem †conscripsisti syngraphum
Inter me et amicam et lenam, leges pellege!
Nam tu poeta es prorsus ad eam rem unicus.

idem in eadem:

Ita †. pellucet quasi lanterna Punica.

S terminante antecedentem syllabam hae solae inveniuntur consonantes assequentes: c in compositis, ut 'abscondo', 'obs|curus', quia s terminalis est praepositionis, nam in simplicibus dictionibus necesse est s et c eiusdem esse syllabae, ut 'pascua', 'luscus'. m quoque sequente vel p vel t in simplicibus dictionibus, si antecedat s, eiusdem est syllabae, ut 'Cosmus', 'prospera', 'testis'; similiter terminat altera s sequente, ut 'cassis', 'cossus', i quoque loco consonantis in compositis sequente, ut 'disiectus', c etiam sequente vel p vel t, praepositione in s desinente anteposita, ut 'discutio', 'displicet', 'disterminat', 'absterreo', 'distuli', 'asporto' pro 'absporto'.

11 T si superiorem finit syllabam, necesse est sequentem quoque ab ea incipere, ut 'mitto', 'Cotta', 'attinet', 'Atticus'.

coon *RHK* $\overset{o}{\text{hippocon}}$ *G* 1 excepta k *om. RHK et fortasse ipse Priscianus* et potest *B* 2 perfitio *H* Corfinium] *k* cornifium *K* 3 perlego] *om. GL* perligo *K* 4 sarnus *ex* sarnum *corr. B* 5 corvus] curnus *GLK* inuenio ••• ••• *L* 6 pro interlego et perlicio *om.*, pro interligo et perlicio et *in mg. add. K* perlicio *ex* perliceo *corr. L* pellego] pelligo *GK* 7 $\overset{\text{lego}}{\text{per}}$ *Rr* perligo *K* pelluceo pro perluceo] pellucio *B* *Plaut. asin.* IIII 1, 1 (746) *sqq.* assinaria *BK* 8 age•dum (u) *K* conscripsisti] *sic etiam libri Plaut. et Non.* 225 16 *M.: l.* conscripsti (et above) singraphum *RHGL* 10 et lenam leges *B* lenam leges. Pellege *R* pellige *GK* 11 es istum prorsus *LK* eam] *r* eandem *R* unicum *GL* 12 in eadem] *immo in aulul.* III 6, 30 13 ita is pellucet *Plautus* lanterna] *sic etiam Vet.* laterna *R et vel sic vel* lacerna *cett. codd. Plaut.* 15 adsequentes (s above) *Rr* adsequentes *BK* $\overset{d}{\text{assequentes}}$ *L* sequentes *Dresd. Lips. 2 Krehlii* obscurus] *h* obscurum *H* 16 in *add. r* dictionibus *om. R add. r* s *add. r* 18 s si antecedat *GL* 19 altera s] *r* altera s syllabam *R* s syllabam altera s *Gk* s sillabam alteram s *L* 20 casis casus cosus *G* cassis cassus cossus *Lg* cassis $\overset{\text{cossus}}{\text{cassus}}$ *Kk* cōpositis *B* sequente *om. G* sequente ut *om. L* 21 disiunctus *GL* etiam ut supra dictum est sequente *GL* etiam ut supradictum sequente *K* praepositione in s desinente] etiam dis praepositione *GL* 22 abstergo *GLK* distuli absterreo *B* 23 $\overset{a}{\text{obsporto}}$ *Rr* 24 T — incipere *in mg. add. h* syllabam finit *K* quoque *om. GLh* 25 mitto] mutta *GLK* Cotta] gutta *GL*

In 'er' igitur desinentia positiva cum sint adiectiva sive secundae seu 19 tertiae declinationis, accepta 'rimus' faciunt superlativum, ut 'pulcher pulcherrimus', 'miser miserrimus', 'pauper pauperrimus', 'acer acerrimus'. excipitur 'dextimus' et 'sinistimus' pro 'dexterrimus' et 'sinisterrimus'. Sallustius in Iugurthino: Sulla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte Mallius cum funditoribus.

In 'us' vero terminantia secundae declinationis assumunt genetivo s et 'simus' et fa||ciunt superlativum, ut 'clarus clari | clarissimus', 'doctus docti doctissimus', 'perditus perditi perditissimus', exceptis anomalis, id est inaequalibus, quae sunt 'bonus optimus', 'malus pessimus', 'magnus maximus', 'parvus minimus', 'multus plurimus'.

Excipitur etiam 'maturrimus', cuius cum positivus 'maturus' sit, tamen, quasi a nominativo 'matur', qui nunc in usu non est, nascatur, in 'er' desinentium regulam servavit, id est in 'rimus' terminatur. invenitur tamen etiam 'maturissimus' secundum analogiam in 'us' terminantium. Cicero ad Herennium libro V: quibus virtutibus omnem tueri vitam possint, eas in aetate maturissima velint comparare.

'Nuperrimus' etiam proferebant antiquissimi, unde adverbium posuit 20 Cicero in tertio ad Herennium: et quoniam nuperrime dictum

1 DE RIMVS. *D* ER. *L* igitur] *l om. GL* secunde *P* declinationis seu tertiae *GL* 2 superlatiua *R* ut pulchre *R* 3 miser miserrimus *om. P* miserrimus] *r* miserimus *R* acer acerrimus miser miserrimus pauper pauperrimus *GL* pauperimus *R* acer acerrimus *om. P* acerimus *R* 4 Excipiuntur *RBDH* senistimus *K* dexterrimus] *r* dexterimus *R* sinisterrimus] *r* sinisterimus *R* 5 Sallustius] *r et sic fere constanter*, Salustius *hic et plerumque vett. equidem ubique illam scribendi rationem secutus sum* Sallustius — funditoribus *om. P* *Sall. Iug.* 100, 2 in iugurthino *add. gl* Iugurthino] *r* iugurtino *R* sylla *RBDHK* silla *G* aequitatu *HK* eaquitatu *Rr* dextinos *D* dextros, extremos, extimos *vv. ll. codd. Sall.* 6 senistra *K* partre *L* Mallius] *sic etiam* § 22 malleus *K* A. Manlius *Sallustius* com *H* fundatoribus *G* fundiatoribus *L* 7 DE SIMVS. *D* VS. *L* uero *add. gl* assumunt] *r* adsumunt *PRBH* genetivo s et] *r* genetinos et *R* 8 simus faciunt *PGL* clari clarissimus clarus *P* doctus docti doctissimus *om. P* 10 DE INAEQVALIBVS *DL* obtimus *R* 11 minimus] *d* minus *D* plurimus. haec enim inaequalia sunt. DE RIMVS ITERVM. *D* De rimus iterum *L* 12 Excipi**tur (un) *B* maturimus *G* cuius cum — in us terminantium *in litura d* cum *add. r* sit] fit *GL* 13 quasi] *k* quia quasi *GLK* nunc *om. GL* usu] ·su· *P* u*su (s) *G* nascitur *GL* uel nascatur *l* in R. *PK* in *r (e) *B* 14 seruabit *R* rimis *Hh* 15 etiam tamen *GL* maturrissimus *B* maturism; secum. l. analogiam *P* ut cicero dicit ad *K* ut cicero dicit in aetate maturissima. Nuperrimus (Nuperimus *G*) *GL* ad Herennium — eas *in marg. add. l* Cicero — comparare *om. P* *rhet. ad Herenn.* IIII 17, 25. *Priscianus huius operis in sex libros divisione utitur, cf. praef. ed. Kayserianae p.* XII *sq.* 16 Herennium] *d* herentium *D* in *Dd* uitam tueri *libri rhet. ad Her.* 17 possint *K* eatate *K* maturis comparare *Rr* compare *K* 18 Nuperrimus] *r* Nuperimus *R* etiam superlatiuum proferebant *B* etiam a nuper aduerbio proferebant antiqui ut cicero quoniam nuperrime dictum est facile *GL* (ad Herennium lib. III. Et *post* cicero *add. l*) antiquissimi proferebant. Vnde cicero aduerbium protulit nuperrime *P* antiquisssimi (*sic*) a nuper aduerbio, posuit *K* Vnde aduerbium *add. k* 19 *rhet. ad Her.* III 10, 18 ad Herennium *add. k* et *om. rhet. libri Par.*

facile memoriae mandatur, qui superlativus magis ab adverbio in 'er' desinente videtur nasci. nomen enim positivum in 'us' | desinit, ut Capro videtur, 'nuperus', cuius accusativum Plautus profert in captivis:

Recens captum hominem, nuperum et novicium.

et bene: ut 'super superus', sic 'nuper nuperus' debet esse. Livius in Odyssea:

Inferus an superus tibi fert deus funera, Vlixes?

Tertiae vero declinationis nomina, quae habent superlativum, absque in 'er' desinentibus, de quibus supra dictum est, cetera genetivo assumunt 'simus', ut 'locuples locupletis locupletissimus', 'vilis vilis vilissimus', 'sapiens sapientis sapientissimus', 'iners inertis inertissimus', 'concors concordis concordissimus', 'audax audacis audacissimus'.

Excipiuntur haec: 'facillimus', 'difficillimus', 'gracillimus', 'humillimus', 'simillimus', 'dissimillimus', 'agillimus', quorum, cum in 'is' desinunt,
21 positivi abiecta 'is' et assumpta 'limus' faciunt superlativos. excipiuntur etiam in 'bris' desinentia: 'ris' enim in 'er' mutant et accepta 'rimus' faciunt superlati|vum, 'salubris saluberrimus', 'celebris celeberrimus'. Cicero in II ad Herennium: locus quaeritur celebris an desertus. Ovidius tamen 'saluber' dixit et 'celeber' in IIII || fastorum:

7714 *Herbip. m. pr.* dictum est *k* reliqua *s.* reliquum *ante* quoniam *add. iidem codd. rhet. praestantissimi cum aliis* 1 facillime *Erf. Leid.* 3 *librorum ad Her. cf. Halmium ad Cic. de imp. Pomp. or. p.* 210 *anal. Tull.* 1 *p.* 25 memoria *GL* 2 nasci nidetur *P* positum *P* Capro] *cf. lib.* XIIII § 38 *Osannum de Fl. Capro p.* 12 3 uide**tur (ba) *R* accusitium (a) *R* *Plaut. capt.* III 5, 60 (*v.* 718) profert dicens captum hominem *GL* 4 nup|erum *P* nuper *Plaut. Vet.* et *om. Non. p.* 143, 15 *M.* n***cium (u) *P* nonitium *RDH* nobicium *Kk* 5 bene dixit. ut *K* esse *add. k* Livius] *r* Liu* (s) *R* Libius *BHGLK* Laeuius *Osannus anal. crit. p.* 38 *cf. p.* 33 *sqq.* 6 in *om. P* odissea *P* odissia *R* odyssia *BHLd* odyssa *D* odisia *G* odysia *K* 7 an *add. r* ulyxes *H* *versum Saturnium constituit Corssenius origg. poes. Rom. p.* 202. *idem metrum agnoverat God. Hermannus elem. doctr. metr. p.* 624, *qui comparat Hom. Od.* X 64; *ad Od.* XI 135 *versum refert Düntzerus de versu Sat. p.* 45. *heroum esse post Merulam ad Enn. p.* LXXXVIII *sq. censuerunt alii, partim cum Merula ad ipsum Livium referentes (Bothius poet. scen. lat.* V 1 *p.* 14 *sq.), partim ad Laevium (Osannus l. l. Eggerus serm. Lat. vet. rell. p.* 121). *cf. etiam lib.* VII § 57 *lib.* VIII § 60 8 DE SIMVS ITERVM. *DL* 9 . Cetera uero genitiuo *B* adsumunt *RBH* 10 lociples locipletis locipletissimos (v) *ex* locuples *etc. corr. K* locuplex (s) *H* lopcupletissimus *H* locupletissimus uilis uilissimus *PR BDH* 11 inerti *P* 12 audax audacis audacissimus *om. P* audicissimus (a) *G* 13 DE LIMVS. *DL* gragillimus simillimus difficillimus *K* homillimus *in marg. add. k* 14 dissimillimus] *g om. GLK* disimillimus *l* cum *add. h* quorum — abiecta is *in litura D* in i desinunt *P* desinunt *om. R, post* cum *add. r* 15 adiecta *P* is] *r* his *R* adsumpta *P* addita *rell.* 16 etiam *om. P* DE RIMVS ITERVM. *D* accepta *K* 17 ut salubris *G* saluberrimos *P* celeberrimos *P* celeberimus *R* Cicero — desertus *om. P* 18 *rhet. ad Her.* II 4, 7 in II *add. k* ad Herennium *om. GL add. l* disertus *G* 19 celiber *K* in IIII — deorum *om. P* in IIII fastorum *tolerari quidem h. l. potest, equidem tamen crediderim haec verba vel post* et *p.* 97, 2 *transponenda vel tamquam insiticia uncis includenda esse* factorum *H* *Ovid. remed. am.* 704

Phoebe saluber ades

et:

Circus erit pompa celeber numeroque deorum.

ergo magis secundum analogiam in 'er' terminantium faciunt superlativum. Etiam 'veterrimus' notandum, quod, cum in 'us' desinat eius positivus, tamen formam in 'er' terminantium servat in superlativo, 'veterrimus' quasi a 'veter' positivo, quod Capri quoque approbat auctoritas et usus antiquissimorum. Ennius:

Cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.

cuius etiam comparativum 'veterior' protulit Plautus in Bacchidibus:

Senem †tibi dedo illum veteriorem, lepide ut lenitum reddas.

In 'ximus' duo desinunt: unum anomalum a positivo in 'us' desinente IIII secundae declinationis, 'magnus maior maximus', alterum ab adverbio, 'prope propior proximus', quod tamen quando | pro 'cognato' accipitur, positivi significationem habet ideoque a legis latoribus etiam comparative profertur, apud quos saepe invenitur 'proximiores [id est propiores] cognati', ut Vlpianus libro XLVI ad edictum: si quis proximior cognatus nasceretur. Vegetius Renatus rei militaris libro primo: sed latera eorum subducantur ab hostibus, ne possint vulnus accipere, et proximior dextra sit, quae plagam possit inferre. nec mirum, cum apud Graecos quoque inveniuntur

1 Phoebe] *r* foebe *R* phoephe *K* ades et] adesses *K* 3 *Ovid. fast.* IIII 391 celiber *K* celebris *libri aliquot Ovid.* 4 superlatiuum faciunt *P* 5 veterrimus] *k* uiterrimus *K* *post* ueterrimus: notandum — ueterrimus *om. G add. g* desinunt *P* 6 terminantium in er *K* serua[t] *Rr* seruant *P* euterrimus *P* uiterrimus *K* 7 positiuo ueter *GL* Capri] *cf. lib.* VI § 80. *ad opus de dubiis generibus utrumque l. refert Osannus de Fl. Capro p.* 11 adprobat *PBRH* auctoritas approbat *GL* 8 antiquisimorum *K* Ennius] *r* enius *R* *Enn. ann.* I 23 *E. S.* I 12 *Ilbg.* I xvi *p.* 6 *cf. p.* XXIV *Vahl.* 9 uter *P* [o] accubuit *K* Pelasgo] *d* pelasco *D* phelargo *L* 10 cuius] *g* cum *GL* uterior *P* ueterrior *H* Platus *B* *Plaut. Bacch.* V 2, 30 (*v.* 1150) bachidibus *RBDGLK* 11 Senem tibi dedo illum veteriorem] *sic libri Plautini ex Prisc. interpolati cf. lib.* VI § 80 senem illum tibi dedo ulteriorem *Plauti libri opt.* lepide] *bd, Plautus* lapide *PBD* lapide* (m) *R* lapidem *GL* lapidum *K* liuitum *B* 13 DE XIMVS. *L* 14 aduerbium *P* 15 propior] *r* proprior *R* quod tamen — sit superlativus *p.* 98, 2 *om. P* quando *om. G* 16 comparative] *d* comparatiuae *BD* 17 quos] *b* uos *B* propiores] *r* propriores *R* 18 Vlpianus — nasceretur *om. GL add. l* *Vlpiani verba a Prisciano laudata extant etiam in dig.* XXXVIII 8, 1, 8, *inter Vlpiani fragmenta ea posuit Dirksenius fragm. ICtorum Rom. p.* 107 ut p̄ *R* uulpianus *r* ulpi[anus] *D* ulp *H* ianus *in mg. add. h* plinius *l* XLVI] *Putschius cum dig. l. l., quem numerum recte se habere docuit Dirksenius l. l. ann.* 30. XXV ut *RDKl* XXVI *B* XXV *H* aedictum *K* si quis] sicque *K* 19 nasceretur] nasci speretur *Vlpianus dig. l. l., et sic f. ipse Priscianus* Vegetius] *rh* Vegitius *R* negetus *GL* Vegitus *H* Vigitus *K* Vegicius senatus *B* *Veg. de re mil.* I 20 *extr.* primo libro *GL* 20 sed] ut et *Vegetius* ut *codd. Veg. M et N ap. Stewechium* 21 et] ut *RH* dextera *G* dextra sit *add. r* quae] *rb* quam *RBD* plaga *B* 22 infere *L* cum *om. G*

huiuscemodi, ut Aristoteles ἀπὸ τοῦ 'ἔσχατος' 'ἐσχατώτατος' dixit, cum 'ἔσχατος' [id est 'extremus'] sit superlativus.

22 In 'timus' desinit unum anomalum, 'optimus', et ab adverbiis sive praepositionibus derivata haec: 'intra interior intimus', 'ultra ulterior ultimus', 'citra citerior citimus' - Cicero de re publica VI: ex quibus erat ea minima, quae ultima a caelo, citima terris, luce lucebat aliena. Afranius tamen etiam positivum eius 'citer' protulit in patella teste Aruntio - | et praeterea 'dextimus' et 'sinistimus'. 'extimus' quoque pro 'extremus' dicebant antiqui. Varro περὶ αἱρέσεων: porro inde ab uno quoque compito ternae viae oriuntur, e quibus singulae exitum ac τέλος habent proprium. a primo compito dextimam viam munit Epicurus. Caelius in primo historiarum: dextimos in dextris scuta iubet habere. Sal-|| lustius in Iugurthino, ut supra diximus: Sulla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte Mallius cum funditoribus. Plinius in VI naturalis historiae: Dyrrachium, Cannsium, Apuliae extima.

1 huiuscemodi *om. K, post* quoque *p. 97, 22 add. k* aristot^e^lis *Rr* aristotiles *H* Aristoteles] ἐσχατώτατα *iam dictum est a Xenophonte hist. Gr.* II 3, 49; *in Aristotelis scriptis, quae nunc servata sunt,* ἐσχατώτατος *non legitur:* ἐσχατώτερον *dixit in metaph.* VIIII 4 ἀπὸ — ἐσχατώτατος *om. H add. h* αροθου *h* ἔσχατος *om. RDG add. r* εcχατοτατοc *libri* dicit *LK* 2 ἔσχατος id est *om.*, εχατοc *in marg. add. H* id est cum extremus *K* 3 DE TIMVS. *D* TIMVS. *L* unum anomalum desinit (disinit *G*) *GL* obtimus *R* adverbiis] *g* aduerbis *G* 4 propositionibus *P* 5 ciciterior *R* Cicero — Aruntio et *om. P* *Cic. de re p.* VI 16, 16 (*somn. Scip.* 3) re puplica *GK* rep.•••• VI *R* in VI *D* ·UI· libro *G* VI •• (II) libro *L* ·VI· *K* ·VI·^lī^ *k* 6 ultima a caelo] *r* ultima caelo *R cum somnii Bamberg. al.* citimū^uel s^ a *GK* citimum a *L* citim^a^um a *Dd* 7 afranus *K* affranius *G* *Afranius in patella: p.* 181 *Roth. Neukirch. de fab. tog. p.* 233 *Pateliae fr.* IV *p.* 165 *Ribb.* 8 patellea *BDHGk* patellèa *d* patellia *L* Patelia *Ribbeckius l. l.* patelle. ^actra^ atesa teste *R* Aruntio] arruntio *BD, quae forma nominis plerumque a lapidibus usurpatur: at* Aruntio *praebent inscrr. ap. Manutium orthogr. p.* 78, 5 (*inscr. Neap.* 475) *et* 6, *Neap.* 4357 *al. grammaticus h. l. laudatus est* Arruntius *s.* Aruntius Celsus, *cuius testimonio plerumque cognomine adiecto utitur Priscianus, cf. ind. de quo homine v. Graefenhanium Gesch. d. Philologie* IIII 166 *et* 307 *sq. quosque laudat p.* 307 *n.* 150: *ad locum nostrum spectat Ritschelius parerg.* I 368 .Praeterea *P* dextimus] *r* diximus *R* sinystimus *P* senistimus *K* 9 quoque *om. G* pro *om. H* extremo *P* Varro — Apuliae extima *om. P* *Varro* περὶ αἱρέσεων: *p.* 300 *ed. Bip. sat.* LXVII 1 *p.* 188 *Oehl; versibus senariis h. l. describere conatus est Roeperus in philologo* VIIII 251 *in hunc modum:* porro índe ab unoquóque compitó viae | ternae éxoriuntur, é quibu' singulae éxitum ac | telós habent proprium. a prímo compitó viam | munit Epicurus déxtimam .... ΠΗΡΙ *R* περὶ αἱρέσεων] *om. H* ΠΗΡΙ ΑΙΙΙCEON *B* ΠΗΡΙ ΑΙΠΕCΕωΝ *K* ΑΕΡΙCΕΟΝ *GL* 10 quoque ab uno *K* uiae *om. GL add. l* uice *K* 11 ex *HLK* extume ad caelos *codd. Nonii* 94, 29 ad caelos *k* ac telos *K rell.* 12 competo *K* munit. Epicurus caelius (coelius *K*) *RDHK* *Caelius in* I *hist. p.* 191 *Kr. fr.* 20 *p.* 316 *Roth. Epicurium Caelium historicum ex h. l. elicuit Falsterus mem. obsc. p.* 52! 13 dextimos in *add. k* *Sallustius in Iugurthino* 100, 2: *v. supra* § 19 14 eugurthino *G* sylla *RBDHK* silla *GL* aequitatu *HK* 15 malleus *K* fundatoribus *G* 16 *Plin. n. h.* VI 34, 39, 217 VII. *b* Dyrrachium] *r* dyrichium *R* dyrachium *H* dirrachium *BDGL* dyrracheum conuseum *K* 17 extimam *RBD* dextimam *G*

In 'remus' - quae sola forma e habuit longam in paenultima, cum omnis forma superlativi i correptam habeat ante 'mus', ut 'pulcherrĭmus', 'doctissĭmus', 'sapientissĭmus', 'maxĭmus', 'ultĭmus' - ab adverbiis sive praepo- 23 sitionibus venientia desinunt haec: 'extra exterior extrēmus', 'supra superior suprēmus', 'post posterior postrēmus'. ex quo apparet, neque a 'supero' neque a 'postero' fieri comparativos sive superlativos, sicut neque ab 'infero' 'infimus', quod solum in 'fimus' desinit, sed ab adverbio 'infra' 'inferior infimus'. nam si essent a [nomine] 'supero', 'postero', 'infero', servassent regulam in 'us' terminantium secundae declinationis, quae in 'simus' faciunt superlativum.

In 'nimus' unum anomalum desinit, 'parvus minor minimus'.

In 'rimus' a verbo unum invenitur, 'detero deterior deterrimus' et unum anomalum, 'plurimus'.

In 'simus' etiam unum anomalum invenitur, 'pessimus'. nam 'novis- 24 simus' videtur | [secundum analogiam] a 'novo' factum. ab eo autem, quod est 'ante anterior', superlativum [in usu] non inveni. a 'paene' autem adverbio superlativum in 'simus' protulit Plautus in mustellaria:

Ita mea consilia pervortit paenissime.

item ab eo, quod est 'penitus' adverbium, superlativo usus est idem in Persa:

Furtivam adductam ex Arabia penitissima.

sciendum tamen, quod etiam nomen invenitur, 'hic penitus, huius peniti', ex quo magis superlativus gradus nascitur. Plautus in asinaria:

Etiamne? - Age quaeso hercle usque ex penitis faucibus.

1 DE REMVS *D* renus *R* lo^{m}gam *H* penultima syllaba communis (cum omnis *b*) forma *B* 2 formas perlatiui *P* habeat correptam *P* ut *om. RHGLK* 3 sapientimus *G* sapientissimus maximus ultimus *om. P* sine praepositionibus *add. r* 4 venientia] desinentia *P* desinunt haec supremus extremus postremus. ab aduerbiis supra extra post. Ex quo *D* superior *add. h* 5 post] prae *P* 6 sive] uel *DGL* nec *GL* 7 DE FIMVS. *D* quod] quando *D* solum infimus *H* 8 nomine *om. P* inferos *P* 9 seruasent *K* diclinationis *G* 10 faciunt] *P* proferunt *rell.* *post* superlatiuum: et facerent superissimus inferissimus *add. H* et facerent superissimus inferissimus et cetera *RBGK* et facerent superissimus et inferissimus et cetera *d* et facerent superissimus inferissimus et caetera *L* 11 DE NIMVS ET ANOMALIS. *D* nimus *inscr. L* 12 rimus *inscr. L* a verbo] *h* aduerbio *H* unum a uerbo inuenitur *K* unum inuenitur a uerbo *GL* uno *P* deterimus *K* 14 simus *inscr. L* pe^{s}simus *K* noui^{s}simus *K* 15 uidetur *post* factum *collocat K* secundum analogiam *om. P* 16 ante *add. d* in usu *om. P* non inueni in usu *K* inuenimus *GL* poene *HK* 17 aduerbium *P* in simus *add. r* *Plaut. mustell.* III 1, 127 (*v.* 656) *cf. lib.* XV § 9 in mustellaria *om. P* in mustillaria *K* 18 pervortit] *d et sic lib.* XV *l. l.* peruertit *DGL* perturbat *Plautus* penissimae *D* plenissime *libri Plautini* 19 item] *l* idem *GL* poenitus *H* aduerbio *RGLK* idem] *r* Item *RHKl* *om. L* *Plaut. Pers.* IIII 3, 53 (*v.* 522) idem in Persa *om. P* idem usus est in ipsa fortiuam *BG* impersa *K* 21 furtivam] *h* fortiuam *HLK* adductam *Prisc. cum plerisque codd. Plautinis* AB . . . TAM *Plaut. Ambros.* aduectam *Vet.* penitisima *K* penetissima *G* 22 paenitus huius.ti *K* poeniti *H* 23 magis] *r* maius *R* *Plaut. asin.* I 1, 28 (*v.* 42) assinaria *G* asenaria *K* 24 quaesso *L* quesso *G* quaesso *K* hercle] *P cum Plaut. Vet.* hercule *RBDHGL* ercule *K* peniti *B*

Illud quoque sciendum, quod omnia et comparativa et superlativa duarum excedunt numerum syllabarum exceptis 'prior' et 'primus' et anomalis his: 'minor' et 'maior' et 'peior' et 'plus'. nec mirum, cum positiva quoque, ex quibus nascuntur, bisyllaba || sint vel eo plus [per genetivos] et vel unam vel duas assumentia syllabas faciant supra dictos gradus: 'ditis ditior ditissimus', 'clari clarior clarissimus', 'nigri nigrior nigerrimus', 'utilis utilior utilissimus', 'similis similior simillimus', 'infra inferior infimus'. superlativus vero comparativum est quando superat una syllaba, ut quando in 'simus' finitur, 'iustior iustissimus', et quando in 'rimus', si positivi nominativus et genetivus pares habeant syllabas, ut 'taeter taetri taetrior taeterrimus', 'acer acris acrior acerrimus'; est quando par est, ut in 'limus' terminans, 'agilior agillimus', 'facilior facillimus'; est quando una vincitur syllaba, ut | quando in 'fimus' vel 'timus' vel 'remus' desinit, ut 'inferior infimus', 'ulterior ultimus', 'exterior extremus' vel 'extimus'. Varro in chorographia:

> Ergo inter solis stationem et sidera septem
> Exporrecta iacet tellus. huic extima fluctu
> Oceani, interior Neptuno cingitur ora.

Plautus in truculento:

1 DE NVMERO SYLLABARVM. *D* De numero sillabarum *L* quoq; •••• (quoq:) *B* sciendum] *P* notaud *B* notandum *rell.* omnia est comparatiua *K* 2 excepti *P* exceptis his prior *D* et anomalis — et plus *om. P* 3 mirum compositiua *G* 4 nascuntur comparatiua et superlatiua *RBDHl* bissyllaba *PBH* bissillaba *RGL* (i) byssyllaba *Dd* bisillaba *r* bysylla *K* vel] *l* et *L* per genetiuos *om. P* genitiuos *d* nominatiuos *D* 5 duas sumentia *P* adsumentia (s) *Rr* adsumentia *BH* faciant *scripsi* faciunt *libri* supradicto *P* ut ditis *D* 6 clarus *R et in* clari *corr. G* nigerrimus] errimus (errimus) nigrissimus (nigrissimus *igitur archetypus*) *P* 7 similior *add. l* simillimus] *l* similissimus *PBL* simillissimus *G* 8 uero *om. GL add. l* est quando comparatiuum *D* ut] *r et in litura b* aut *R* et *GK* ut (ê) *in litura l* 9 finitur ut iustior *D* rimus superlatiuus finitur si *RBHGLKd* 10 nominatiui (us) *Rr* genitiui (us) *Rr* partes *R* habent *P* eter eteri eterior eterrimus *P* (t)aeter taetri taetrior taeterrimus *Rr* 11 acri *B* accerrimus *L* est quando — facillimus *add. r* par est] pares *PD* pares *r* (at par est) 12 terminans ut agilior *D* facillior *B* uicitur una *K* 13 quando imfimus *H* timus] *b* in timus *PBD* remus] *b* in remus *B* in rimus *D* ut *om. HGLK del. b* 14 uterior (l) *Rr* 15 Varro — a nobis *om. P* chorographia] *mg. D* (*v. infra*) π *Putschius. Burmannus anth. Lat.* II *p.* 336 *prob. Wernsdorfio poet. Lat. min.* V 3 *p.* 1405 *Meyero anthol. Lat.* I *n.* 78 corographia *Erl* 2 *Krehlii* cosmographia *Zwicc.* 2 *et pro v. l., ab ipsa m. pr. profecta teste Lind., Heidelb., Merkelius prolus. ad Ibin p.* 361 *Ritschelius quaest. Varron. p.* 24 *mus. phil.* VI *p.* 494. *inter utrumque titulum dubius haeret Wuellnerus de Varr. Atac. vita et scriptis p.* 24. 26. ortographia *RBGL et Heidelb. teste Lind.* hortografia *K* orthogratia *H* orthographia *D cuius margini m. rec. adscriptum:* leg. Chorographia et est Varro Atacinus *cf. v. l. ad lib.* VI § 83: *ipsi versus inter Varronis reliquias leguntur apud Burmannum. Wernsdorfium p.* 1404 *sqq. Wuellnerum p.* 22. *Meyerum ll. ll.* 16 Ergo inter] *k* inter ergo *K* septem] *r* semptem *R* 17 extimi (a) *Rr* 18 cingitu (r) hora *Rr* 19 Plautus] *r* Plaustus *R* *Plaut. trucul.*

p. 609. 10 P. p. 122. 23 K.

Bona perdidi, mala repperi, factus sum extimus a vobis.

DE DIMINVTIVO.

Diminutivum est, quod diminutionem primitivi sui absolute demonstrat: V 26
'rex regulus', id est 'parvus rex'. ideo autem positum est absolute, quia comparativa quoque non solum augent, sed etiam est quando minuunt vim primitivorum, sed non absolute. ad aliquid enim [omnimodo] fit comparatio, ut 'brevior' dicitur ad brevem [et] 'angustior' ad angustum. unde, quamvis in his quoque [comparativis] inveniantur quaedam diminutiva apud Latinos, ut superius docuimus, non possunt tamen esse absoluta, cum a comparativis sint derivata et ipsa quoque comparationem significent, ut 'plusculus', 'maiusculus', 'minusculus': necesse est enim, ad aliquid ea comparari, ut Terentius in eunucho:

Thais quam ego sum maiuscula est,

id est 'parvo maior quam ego'. || alia autem diminutiva, id est omnia, quae non a comparativis derivantur, ex sese habent diminutionem et nulli comparantur, ut 'regulus', 'tantulus'.

Solent autem diminutiva vel necessariae significationis causa proferri - ut Sallustius in Iugurthino: postquam reguli in unum | convenere, id est 'parvi reges', - vel urbanitatis - ut Iuvenalis in saturarum IIII:

Vnde fit, ut malim fraterculus esse gigantum -

vel adulationis, et maxime puerorum, ut 'Catulaster', 'Antoniaster', 'pa-

fragm. p. 432 *Both.* (*vg. trucul.* I 2, 61) 1 existimus *L* a uobis extumus *Bothius* 2 DE DVMINVTIVO *Rr* DE DIMMINVTIVO *G* INCIPIT DE DIMINVTIVO *L* DE DIMINVTIVIS *PBK* DE DEMINVTIVIS INCIPIT. *D inscr. om. H?* 3 diminutione *P* monstrat *P* 4 ut rex *BDL* id est rex id est paruus rex *Rr* rex paruus *K* *post* absolute: quia — absolute *om. R add. r* 5 est etiam *P* minuit *B* 6 absolute ***. ut maiusculus paruo maior quam ille. Ad aliquid *D* omnimodo *om. P* 7 et *om. P* 8 quoque in his *r* comparatiuis *om. P* 9 posunt *G* tamen possunt *P* 10 sunt *Rr* conparatione *P* ut maiusculus paruo maior quam ille maiusculus *Gg* 11 plusculus *P* plus cuius *B om. rell.* enim est *K* ea ad aliquid *G* 12 *Ter. eun.* III 3, 21 in innucho (*sic*) *add. k* eunocho *G* 13 maiuscula'st *Ter. Bemb.* 14 paru** maior (or) *B* alia] *r* Aliam *R* 15 non a *om. B* ex] quae ex *K* diminutionem habent *P* 16 ut regulus tantulus *om. P* 17 necessaria *L* 18 salustius *etiam P* *Sall. Iug.* 11, 2: postquam illi more regio iusta magnifice fecerant, reguli in unum conuenere (*al.* conuenerunt) iugurtino *B* eugurthino *G* ingurthino *P* postquam autem reguli *R* uno *P* conuenire *PK* conueniere *L* 19 id]. Reguli id *RDHK* reguli. Id *B* reges parui *K* urbanitates *Rr* urbanitatis causa ut *D* *Iuv. sat.* I 4, 98 in saturarum IIII *om. P* saturarum *Gg* satyrarum *R* satirarum *H* sat*rarum *Dd* sagittarum *B* 20 III *BHGLK* tertio *D num* I? 21 malum *Rr* gigantum *Prisc. cum codd. Iuv. interpolatis* Igigantum *P* gigantium *Dd* gigantis *Iuv. cod. Pith. et schol. ant.* 22 et] ut *P* puerorum ut] puerum aut *P* catulaster id est a catulus *Dd* patrociolus *H*

27 triciolus', 'Sergiolus'. derivantur igitur pleraque ab appellativis, pauca etiam a propriis, et servant genera primitivorum plerumque et saepe inveniuntur diminutivorum diminutiva in diversas desinentia formas, ut 'homo, homuncio, homunculus, homullus, homullulus'.

Sunt igitur formae diminutivorum masculini generis hae: 'culus', 'ulus' absque c, 'olus', 'ellus', 'xillus', 'illus' absque x, 'ullus', 'cio', 'aster', 'leus', 'tulus': 'culus', ut 'igniculus'; 'ulus' absque c, 'tantulus'; 'olus', 'Sergiolus', 'capreolus'; 'ellus', 'agellus'; 'illus' x antecedente, 'paxillus', absque x, 'codicillus'; 'ullus', 'homullus'; 'cio', 'homuncio'; 'aster', 'parasitaster'; 'leus', 'eculeus', 'aculeus'; 'tulus', 'nepotulus'. Plautus in milite glorioso:

Si te salvum hinc †amittimus Venerium nepotulum.

feminini autem generis hae: 'cula', 'ula' absque c, 'ola', 'ella', 'xilla', 'illa' absque x, 'ulla', ut 'anicula', 'silvula', 'unciola', 'capella', 'maxilla', 'anguilla', 'una' 'ulla'. neutrorum quoque sunt formae hae: 'culum', 'ulum' sine c, 'olum', 'ellum', 'illum' cum x et sine eo, 'ullum', ut 'corpusculum', 'corculum' - Plautus in Casina:

Meum corculum, melculum, verculum-,

sine c, 'capitulum', 'laureolum', 'lucellum', 'villum', 'vexillum', 'ullum'.

28 Et sciendum, quod nomina tertiae vel quartae vel quintae declinationis ple|raque, non tamen omnia, ut quidam putaverunt, diminutivorum masculina in 'culus', feminina in 'cula', neutra in 'culum' terminant, a primae vero vel secundae declinationis nominibus nullum invenitur dimi-

1 deriuantur — propriis] Pauca etiam a propriis pleraque ab appellatiuis deriuantur *D* igitur] autem *K* 2 a *om. P* inueniuntur sepe (c *supra*) *P* 4 homuntio *Rr* homuntio *DH* homuncius *P* homulus *G* homolus *P* homollulus *P* 5 DE VNDECIM FORMIS MASCVLINORVM AC DE SEPTEM FEMININORVM AC DE SEPTEM SIMILITER NEVTRORVM. *D* De undecim formis masculinorum et de septem femininorum et de septem neutrorum. *L* masculi *K* heae *P* 6 absque c *om. P* absque x *om. P post* absque x: ullus — absque x *om. R add. r* 7 ut *add. k* 8 illus] xillus *r* x antecedente *om. P* pauxillus *GLr* 9 absque x *om. P* codicilus *P* homullus] *d* homulus *PD* homuntio *Hd* 10 eculeus] *r* etuleus *R* acculeus *H* equuleus *L* equleus (u *supra*) *Gg* aculeus equleus *K* aculeus *om. PG* neptulus *P* 11 Plautus — nepotulum *om. P* *Plaut. mil. gl.* V 1, 20 (*v.* 1413) in milite] similit *B* 12 amittimus *libri* mittimus *libri Plautini* amittemus *Plautus ex emend. Bothii et sic, teste Krehlio, cod. Prisc. Dresdensis* 13 autem *om. G* heae *P* cula] cla *P* absque c *om. P* olla *K* ella xilla ella ut anicula *P* 14 ulla] u*la (l) *Gg* cula *d* a*nicula (uel n) *Gg* a*nicula (n) *L* 15 anguila *L* una *om. HL* una ulla *om. P* formae sunt *GL* heae *P* culum. ulum. ollum. ellum. | ellum. illum. cum. xulum. ut *P* 16 siue *Rr* illum *Rr* ullum] ulum *R* 17 corculum] corculum (corcolum *P*) melculum uerculum *PGLK* *Plaut. Cas.* IIII 4, 14 *sq.* casina melculum corculum uerculum. *GL* 18 corculum et melculum et uerculum. *K* melliculum *libri Plaut.* melculum uerculum sine c *om. P* verculum] ferculum *D* ferculum uerculum *B* 19 laure*lum (o) *Rr* lauriolum *K* uexillum uillum *PD* ullum] *om. K* uelum ullum unum *B del. b* 20 nomina *ex* omnia *corr. K* 21 putaverunt] *r* putant *R* deminitiuorum *L* 22 femina *L* neutrum *RB HG* 23 uel *add. k* omnibus *P*

nutivum in has desinens formas, nisi si a primitivo habeat c, ut 'Graecus Graeculus', 'furca furcula'. earum igitur [quoque] formarum, ut possim, regulas || coner exponere.

Monosyllaba in s desinentia vocali antecedente, cuiuscumque sint generis, et in 'er' omnia, quae sunt tertiae declinationis, et in 'us' neutra nominativo assumunt in masculino 'culus', in feminino 'cula', in neutro 'culum', ut 'flos flosculus', 'mas masculus', 'mus musculus', 'plus plusculus', 'os osculum', quod quamvis sit formae diminutivae, tamen, quia aliam habuit significationem, fecit ex sese aliud diminutivum 'oscillum'.

Similiter faciunt in 'er' terminantia diminutivum: 'frater fraterculus', 29
| 'pater paterculus', quod et proprium invenitur, 'mulier muliercula', 'pauper pauperculus paupercula pauperculum', 'mater matercula'. **Plautus in cistellaria:**

Tunc tu igitur mea matercula.

excipitur 'venter ventriculus'. **Lucanus in tertio:**

Qua iam non medius descendit in ilia venter.

Iuvenalis in primo:

Infra ventriculum tenui distantia rima.

sic etiam in 'us' neutra: 'munus munusculum', 'corpus corpusculum', 'opus opusculum', 'crus crusculum'. **Plautus in cistellaria:**

Cum extortis talis, cum todinis crusculis.

1 in ^{h}as *Rr* inaus *P* si *om. RBDHGLK add. r* habeant *B* 2 forca (u superscr.) forcula *Kk* DE CVLVS ET CVLA ET CVLVM A TERTIA (tercia *L*) DECLINATIONE SED PRIMVM A MONOSYLLABIS. (monosillabis *L*) *DL* earum] *d* Eum *D* quoque *om. PG* formarum] regularum *P* possum *h* posim *K* 3 regulas *om. P* conabor *h* 4 sunt *K* 5 sunt] *h* sint *H* 6 assumunt] *r* adsumunt *PRBH* colum *P* 7 ut *om. GL* plus plusculus *om. PD add. d* plusculũ *h* plusculus. la. lum. opus opusculum os *GL* 8 oscolum *P* alia abuit *P* habuit aliam *D* 9 oscillum] *k* oscellum *K* 10 AB ER. *DL* in er terminantia faciunt *G* in er •• terminantia faciunt (de) *L* terminantium *r* ut frater *GLK* 11 ut pater paterculus quod et proprium inuenitur frater fraterculus mulier *D* 12 paupercula pauperculus *P* Plautus — matercula *om. H add. h* Plautus — distantia rima *om. P* *Plaut. cist. fragm. ab editoribus Plauti ex coni. Scaligeri perperam ad clitellariam relatum, (astrabae s. clitellariae fr.* 19 *p.* 434 *Both.), quam nullam fuisse demonstrarunt Ritschelius parerg.* I 159 *sqq. et Ladewigius mus. phil.* III 525 *sqq., qui ad h. v. respicit ibidem p.* 530 13 cistellaria *ex* cistillaria *corr. B* 14 Tum tu *Dr* tun', tu ne *a f.* tunc, tu Lucanus — venter *om. GL add. l* 15 *Luc. Phars.* III 724 16 Quia *H* discendit *K* discedit *libri aliquot Luc.* 17 *Iuv. sat.* I 3, 97 prima (o superscr.) *Rr* 18 et tenui *Iuvenalis indeque Prisc. Caroliruh. alter* distantia] *r* descen••tia (*non* deu) *R* 19 AB VS NEVTRALI. *DL* sic in us terminata neutra *P* ut munus *GL* minũs minusculum *P* corpus *add. r* corpus corpusculum *om. GL add. g* opus opusculum *om. GL* 20 crusculus *G* Plautus] *r* Vt plaustus *R* Et plautus *BH* Hec tamen et plautus *K* Plautus — similiter *om. P* *Plaut. cist. fragm. et ipsum perperam ad clitellariam relatum, v. supra; Both. astrabae s. clit. fr.* 7 *l. l. p.* 433. *ad Syrum (Both. l. l. p.* 441) *refert Festus p.* 301. 352 (*cf. p.* 329 *sq. Paul. p.* 52. 353) *M., quod alterum clitellariae nomen fuisse assecutus est Ladewigius l. l. p.* 527, *assentiente Ritschelio parerg.* I 164 *coll.* 206, *qui de ipso hoc versu cf. ibid. p.* 175 *sq.* 21 ... talis cum sodellis cr... *cod. Festi p.* 301 *s. v. succrotilla* cum extritis ..... *p.* 330 *s. v. schoeniculas* ...tis talis cum todellis crus... *p.* 352 *s. v.*

similiter 'tus tusculum'. idem in aulularia:

Nunc tusculum emi hoc et coronas floreas.

Nec non et comparativa eiusdem generis et eiusdem terminationis similiter faciunt diminutiva, sed mobilia: 'maius maiusculus maiuscula maiusculum', 'grandius grandiusculus grandiuscula grandiusculum', 'celerius celeriusculus celeriuscula celeriusculum', unde Cicero adver|bium 'celeriuscule' protulit ad Herennium tertio libro artis rhetoricae: strenue quod volumus ostendere factum, celeriuscule dicemus, sicut a 'saepius' comparativo 'saepiuscule' Plautus in Casina:

ut nubat mihi,
Illud quidem volebam: nostro vilico. - †Saepiuscule peccas.

'plus' quoque, quamvis a masculino vel feminino comparativo non veniat, facit tamen [ut superius ostendimus] 'plusculus pluscula plusculum', unde Terentius in hecyra:

primum dies complusculos,

et in Phormione:

tum pluscula
Supellectile opus est.

'lepus' quoque, quod || solum in 'us' masculinum sive epicoenum disyllabum [Latinum] tertiae est declinationis, assumit nominativo 'culus' et facit dimi-

todi. Cum extortis talis cum todillis crusculis *Paulus sub eodem voc. p.* 353 Extortis talis cum crocotillis crusculis *idem p.* 52 *s. v. crocotillum* cum extortis *om. GLl* todinis] *r* totinis *RBl* todonis *D* totimis *K* tortis *in litura h* donis *G et in litura, ni f., L* 1 simi^liter^tus *Rr* idem] Vt cicero *P* *Plaut. aulul.* II 8, 15 aulularia *P* aularia *HGK* 2 emi et hasce coronas *libri Plautini* foreas *P* 3 AB VS COMPARATIVO. *D* Nec non *om. K* comparatiba *B* terminationis et eiusdem generis *K* simi^liter^ faciunt *Rr* 4 monilia id est masculina. fem̄. neū. ut maius *P* mobilia id est masculini et feminini (femini *K*) et neutri generis. maius *rell.* maiusculum. similiter et his similia. Vnde nascuntur aduerbia ut grandiusculus. grandiusculae. celeriusculus. celeriuscule. Vnde cicero in libro de arte rethorica streune *P* 5 grandius] graudis *B* celerius] *om. R* celer *superscr. r* caelerius *B* 6 caeleriusculum *B* *rhet. ad Her.* III 14, 24 7 protulit ut strennue *GL* aderennium *post* protulit *add. l* in tertio libro artis rethoricae ad herennium *D* III in libro artis rethoricae *HK* rethoricae *R* rethorice *B* 8 strennae *R* strennuae *K* celeriuscule] *sic etiam lexicographus Vatic.* (*Mai class. auct.* VIII 117: ostendere celeriuscule statim dicemus) *et libri rhet. fere omnes* celerius *cod. rhet. Herbipolit.* 9 a *om. P* saepiuscule] *rd* saepiusculae *PRD* Plautus — peccas *om. P* *Plaut. Cas.* III 5, 58 *sq.* cassina *BH* 11 quidem] quid me *D* cum *post* uolebam *add. PRHG*, non sed *libri Plaut.* saepiuscule] *sic etiam gloss. Plaut. ad calcem lib.* XIIII *expressum* saepicule *libri Plautini* pecas *K* 12 vel] *k* et *K* compara^v^tiuus *R* comparatiuos *H* 13 ut superius ostendimus *om. PD* plusculum. ideo enim mobile est quod et plus comparatiuum est. multi. multum. plus. unde *D* unde] ut *GL* unde — opus est *om. P* 14 *Ter. hec.* I 2, 102 he^h^c^ra^y. *Rr* haecyra *D* hechyra *G* hercyra *H* hechī *L* echyra *K* echira *B* 15 primos dies cumplusculos *Bemb.* 16 *Ter. Phorm.* IIII 3, 60 *sq.* formione *RHGK* 17 tum *ex* tom *corr. B* tum autem pluscula *Bas.* 18 suppellectule *R* suppellectile *DHG Bas.* subpellectile *K* 19 masculinum siue epicoenum in us *P* epicoenum] *om. H* epicenum *R^v^GL* epicoenon *D* epichenon *h* epikoenum (u *in* o *mut. m. pr. ni f.*) *B* dissyllabam *P* 20 Latinum *om. P* assumit] *r* adsumit *PRBH* famcit dimi-

p. 612 P. p. 126. 27 K.

nutivum, ut 'lepus lepusculus'. Cicero de signis: si minus eiusmodi quippiam venari potuerant, illa quidem certe pro lepusculis capiebantur.

Ad hanc formam etiam positiva in 'or' desinentia mutant 'or' in 'us' et 30 accepta 'culus' faciunt diminutiva, ut 'rumor rumusculus': Cicero pro Cluentio: qui imperitorum hominum rumusculos au|cupant, vel assumunt 'culus' vel 'cula', ut 'amator amatorculus', 'soror sororcula'. Plautus in Poenulo:

Vix aegreque amatorculos invenimus.

idem in cistellaria:

germana mea sororcula.

In 'is' vero vel in e desinentia omnia vel in 'ns' monosyllaba vel in 'rs' dativo corripientia i assumunt supra dictas syllabas et faciunt diminutivum, ut 'ignis [igni] igniculus', 'testis [testi] testiculus', 'navis [navi] navicula', 'cutis [cuti] cuticula', 'avis [avi] avicula', 'clavis [clavi] clavicula', 'rete [reti] reticulum', 'fons [fonti] fonticulus', 'mons [monti] monticulus', 'pons [ponti] ponticulus', 'lens [lenti] lenticula', 'pars [parti] particula', 'dulcis [dulci] dulciculus' et 'dulcicula dulciculum', 'securis [securi] securicula'. Plautus in rudente:

Post altrinsecus est securicula ancipes.

Cicero in III Tusculanarum: dulciculae potionis aliquid videamus. similiter 'fidis [fidi] fidicula'. idem in II de natura deorum: si platani fidiculas ferrent numerosa sonantes. nam si

nutiuo (v) *H* 1 ut *om. B* Cicero — capiebantur *om. P* *Cic. in Verr.* II 4, 21, 47 huiusmodi *K* 2 uen**ari (er) *D* 4 AB OR *DL* 5 ut *om. RHGLK* romusculus (v) *Gg* Cicero — aucupant *om. P* Cicero — culus *post* rumusculus *om. G add. g* *Cic. p. Cluent.* 38, 105 6 imperitorum *ex* imperatorum *corr. B* romusculos *g* aucupa*t (u) *B* aucipiant *in* aucipant *corr. K* aucupati *Cicero* 7 assumunt] *r* adsumunt *PRB* ut *om. RDHGLK* 8 Plautus — sororcula *om. P* *Plaut. Poen.* I 2, 27 penulo *RDGLK* 9 egrique *GL* egr** *K* 10 *Plaut. cistell. fragm.: astrubae s. clitell. fr.* 20 *p.* 434 *Both. cf. ann. ad* § 29 *et Ladewigium l. ibi l. p.* 530 cystellaria *K* 12 AB IS ET E ET NS ET RS MONOSYLLABIS. *D* is] *r* his *R* *ns *P* uel rs *P* 13 i *add. r* assumunt] *r* adsumunt *PRBH* supradicta *P* diminutiua *P* 14 igni *om. P* testi *om. PR* naui *om. P* 15 c*utis (a) *K* cutis cuti cuticula *om. PD add. d* cuti *om. R* aui *om. P* clavis clavi clavicula *om. P* *post* clauicula: dulcis — dulciculum. cicero in tertio tusculanorum (a) — uideamus *add. eademque infra om. D* 16 retis (e) *Ll* restis. ti. resticulum (uel rete) *Gg* rete. reticula. dulcis. dulciculus. dulcicula. dulciculum. fons. fonticulus. lens. lenticula. pars. particula. securis. securicula. *P* 18 dulciculus dulcicula *l. l. D* dulcicala (u) *H* dulcicula et dulciculum *GL* 19 Plautus — sed fidecula *p.* 106, 2 *om. P* *Plaut. rud.* IIII 4, 114 (*v.* 1158) 20 abstrinsecus *GL* est] * *H* ancipes (uel anceps) *Dd* ancipies *H* 21 *Cic. Tusc.* III 19, 46 aliquid *add. gl* uidemus *K* 22 idem] Plauctus *spscr. m. rec. in H* *Cic. de nat. deor.* II 8, 22 23 pla*tani (n) *D* plantani *B* pantani *H* plantam *GLK* fidiculas] *r* fidiculus *RB* ferrent] *r* terent *R* terrent *BDHGLK* nemorosa *K* numerose *Cicero*

esset 'fides' in hac quoque significatione, quomodo Servio placet, non
31 'fidi|cula' fecisset, sed 'fidecula'. et cum omnia huiuscemodi diminutiva tam paenultimam quam antepaenultimam corripiunt, 'cuticula' i antepaenultimam producit. Iuvenalis:

Combibet aestivum contracta cuticula solem,

quod eum facere metri necessitas compulit: quattuor enim breves habens dictio in heroico poni aliter non poterat, quamvis Virgilius huiuscemodi nomina soleat procelensmaticos ponere, ut

labat ariete crebro.

excipitur 'lapis', quod 'lapillus' facit diminutivum; etiam 'anguis' 'an||guilla', 'unguis' quoque 'ungula' facit, quae tametsi formam videantur habere diminutivi, significatione tamen non sunt diminutiva.

VI 32 Secundum supra dictam formam quartae quoque declinationis nomina faciunt diminutivum. 'us' enim vel u nominativi in i convertunt correptam et accipiunt 'culus' in masculino, in feminino 'cula', in neutro 'culum', ut 'currus curriculus' - dicitur tamen et 'hoc curriculum' -, 'versus versiculus', 'artus articulus', 'fluctus flucticulus', 'anus anicula', 'cornu corniculum', 'genu geniculum'. excipitur ab acu 'aculeus'.

In x omnia vel in | 'ns' supra syllabam vel in t desinentia genetivi extremam terminationem, id est 'is', in u convertunt et accepta 'lus la lum' faciunt diminutiva, ut 'rex regis regulus', 'codex codicis codiculus' et ex

1 *v. Servium ad Verg. Aen.* VI 120 non fid(i)ucula *H* 2 fidecula *ex* fidicula *corr. B* ALITER. *inscr. D* 3 pene ultimam *P* ut cuticula *B* 4 iubenalis *P* *Iuv. sat.* IIII 11, 203: Nostra bibat uernum contracta cuticula solem 5 conbibet *PD* cū bibet *d* c̄ bibet *K* aestivum] *om. PK add. k* aesti(v)um *Rr* contra tacutilia *P* coticula *K* 6 metri necesitas facere *G* fec(a)ere *Rr* conpulit *P* habent *P* 7 aeroico *G* pone *P* non aliter poni *K* non aliter *DHGLr* potuit *P* huiuscemodi nomina] *sic P* in huiuscemodi nominibus id est quattuor breues habentibus *RBDHGLK* 8 proceleumaticos *PBHL* procelehumaticos *R* pro(c)clematicos *G* procleumaticos *Dd* ut genua labant (*Verg. Aen.* V 432 XII 905) et labat *D* *Verg. Aen.* II 492 9 ariaete *PR* 10 lapis lapillus quod lapidiculus facere debuit diminutiuum *D* lapillos *P* etiam *om. K* a(n)gis a(n)gilla ungis *Kk* unguis ungula. anguis anguilla. quae tamen etsi *D* anguila *L* 11 quoque *om. K* ungu•la *H* facit *om. K* faciunt *GLk* tamen si *PR* tamen etsi *BGLK* *post* formam *duodecim fere litt. litura in D* videantur] *P* uidentur *rell.* habere uidentur *D* diminutini et significationem. *B* 12 tamen significatione *D* diminutina secundum supradicta formam *P* 13 A QVARTA DECLINATIONE. *D* De quarta declinatione. *L* quarteque declinationis *P* 14 diminutiua *P* u] o *P* conuertunt in i *G* 15 accipiunt cuiuscula. cuiusculum. faciunt diminutina. ut fluctus. flucticulus. uersus. uersiculus. anus. anicula. corni. corniculum. artus. articulus. genu *P* in masculino culus *D* 16 hoc *om. D* 17 artus] *d* arcus *D* *post* articulus: domus domunculū *in litura B* a•nus a•nicula (u-n) *B* ·a•niculus (n) *G* anicula *ex* aniculus (uel la) *corr. L* 18 *post* excipitur: a domo domuncula *add. r* domus domuncula *DGLK* 19 DE VLVS ET VLA ET VLVM AB X ET NS ET T. *DL* uel us *P* supra•••••• (dictam) *B* syllaba *P* in t] ti *P* genetiui •• *H* 20 is *sup. lin. B* conuertunt *in marg. add. L* 21 diminutiuum *P* codex] *b* codix *B* et ex eo codicillus *add. g*

eo 'codicillus', 'haec fornax fornacis fornacula', 'fax facis facula', 'cervix cervicis cervicula', 'adulescens adulescentis adulescentulus', 'caput capitis capitulum'.

In 'es' productam desinentia [feminina] tertiae declinationis vel quintae 33
abiecta s et assumpta 'cula' faciunt diminutiva et servant e productam, ut 'vulpēs vulpēcula', 'nubēs nubēcula', 'diēs diēcula', 'rēs rēcula' - Plautus in cistellaria:

Siquidem imperes pro copia, pro recula -,

'veprēs veprēcula'. Cicero pro Sestio: vepreculis extracta nitedula. excipiuntur 'mercēs', cuius 'is' genetivi in 'ula' conversa facit diminutivum 'mercēdula' - Cicero de oratore primo: infidi homines mercedula adducti ministros se praebent in iudiciis oratoribus - et 'apēs', cuius diminutivum pro e longa i habet 'apicula'. Plautus in Curculione:

Ego †nam apicularum opera congestum non feram?

In 'us' terminans unum tertiae declinationis commune trium generum 34
| abiecta s assumit 'lus' in diminutivo, ut 'vetus vetulus', femininum 'vetula', neutrum 'vetulum'. Persius:

Tun, vetule, auriculis alienis colligis escam?

Iuvenalis in primo:

vetulae vesica beatae.

1 codicillus] cudiculus *R* codi•cillus *H* haec fornax fornacis fornacula *om.*, fornax fornacula *post* facula *add.* *P* fasx *P* ceruix ceruicis cernicula fax facis facula *GLK* facis *add.* *r* facu••la *B* ceruis *P* 2 cervicis *om.* *P* adolesceus adolescen- . .centulus tis adoles. *Rr* aduliscens aduliscentis aduliscentulus *L* caput *ex* capud *corr.* *R* 4 DE CVLA AB ES PRODVCTA FEMININA TERTIAE ET QVINTAE (tercie et quinte *L*) DECLI- in NATIONIS. *DL* producta *P* feminina *om.* *P* femina *Rr* uel quinte declinationis *P* 5 abiecta] *sic ni f. B* et uel abiecta *in litura b* et adsumta cula] *P* assumunt (adsumunt *RB*) cula et faciunt *rell.* servant] *r* seruent *R* 6 vulpes vulpecula] *g* uolpes uolpecula *G* uulpicula *B* nunes nuuecula *P* recola *P* *Plaut. cist. fragm. cf.* § 29 (*astrabae s. clitell. fr.* 21 *p.* 434 *Both.*) 7 cistellaria] *bl* cistillaria *K* cist••laria *B* pistillaria *G* pistellaria *L* 8 siquidem] *ex* sequidem *corr.* *K* si quid *PD* imperes] *k* iuperes *H* impares *K* 9 *Cic. pro Sest. or.* 33, 72 DE setio *GL* uepreculis *b* extracta. ALITER DE VLA ET VLVS VLA VLVM. ∴ Nitedula animal est quod in siluis inuenitur sicut ignis effulgens quod apud grecos ΛΑΜΠΥΡΥC dicitur et non est diminutiuum. Excipiuntur *D* extracta nitedula. DE VLVS VLA VLVM. Excipitur *d* nite•dula (n) *K* 10 Excipitur *RBDHL* his *Rr* 11 Cicero — oratoribus *om.* *P* *Cic. de or.* I 45, 198 oratiore *K* infimi *Cicero* 12 iudic•••is *Rr* inditiis *H* horatoribus *B* 13 i breue habuit *h* habet] *P* habuit *rell.* Plautus — feram? *om.* *P* *Plaut. Curc.* I 1, 10 (*v.* 10) 14 corculione *K* 15 ego non *k* ego nomen *D* egon *libri Plaut.* congestum opera *Fleckeisenus* congestam *h* coniestam (conistam? *nam dignosci nequit, utrum* ge *an solam* g *supscr.* i *deleverit r*) *r* 16 IN VS *L* commune *P* 17 s *add.* *r* assumit] *r* adsumit *RBH* sumit *P* uetuslus *K* feminum *L* 18 Persius — beatae *om.* *P* Persius] *dh* perseus *DK* per••sius *H* *Pers. sat.* 1, 22 19 tun *Caroliruh. alter h*, *Persius* tunc *Pers. cod. Vat.* tune *BDGLK* tun• *H* uetulae *HK* auriculis] *r* auriculus *R* aescam *G* aescas *K* escas *Heidelb. Krehlii, Persius* 20 *Iuv. sat.* I 1, 39 21 uessica *G* uesica• (e) *D* uensica *K* beatae] *d* baetae *D*

'sus' quoque commune abiecta s et assumpta 'cula' facit diminutivum 'sucula'. Plautus in rudente:

† Sucula. - Quin tu dierecta cum sucula et porculis.

in o desinentia si faciunt diminutiva, convertunt o in 'un' || et accipiunt 'culus' vel 'cula', ut 'tiro tirunculus' - Iuvenalis in IIII:

Nec frustum caprae subducere nec latus Afrae
Novit avis noster, tirunculus ac rudis omni
Tempore -,

'latro latrunculus', 'carbo carbunculus' - Cicero ad Herennium IIII: aut si Prometheus, cum mortalibus ignem dividere vellet, ipse a vicinis testula ambulans carbunculos corrogaret -, 'pedo pedunculus', 'curculio cur|culiunculus' - Plautus in rudente:

curculiunculos minutos fabulare -,

'virgo virguncula' - Iuvenalis in V:

tunc cum virguncula Iuno -,

'ratio ratiuncula' - Terentius in Phormione:

erat ei de ratiuncula -,

'offensio offensiuncula' - Cicero pro Plancio: ista in aedilitate offensiuncula accepta -, item 'loligo loliguncula' - Plautus in Casina:

Emito sepiolas, †lepidas, loligunculas -,

1 et *add. k* assumpta] *r* adsumpta *PRBH* assumta *L* 2 Plautus in rudente *add. r* Plautus — porculis *om. P* *Plaut. rud.* IIII 4, 126 (*v.* 1170): et sucula. - quin tu i dierecta cum sucula et cum porculis *Plaut. Pal. uterque* Et suculast. - Quin dierecta i tu cum sucula et cum porculis *Fleckeisenus* 3 Sucula *om. RGL* qui tu *GLK* e die recta *K* diae recta *R* succula *K* porculis] *b* porculas *B* 4 DE CVLVS ET CVLA AB O. *DL* si *om. P* culus cula culum *P* 5 tyro tyrunculus *PHGK* ty*i*ro tyrunculus *Rr* Iuvenalis — tempore *om. P* *Iuv. sat.* IIII 11, 142 *sqq.* 6 frustrum *BGL* caprae] *sic etiam Pith. Iuv. m. pr.*, capreae *h cum Pith. m. alt. schol. et codd. interpol. Iuv.* subducire *K* 7 tyrunculus *BHGK* 9 carbo carbunculus] *b* caruo carunnculus *B* Cicero — corrogaret *om. P* *rhet. ad Herenn.* IIII 6, 9 10 si *add. r* promitheus *K* bellet *B* ipse uellet *K* 11 testula] cum testula *rhet. cod. Opit.* cum testo *codd. aliquot rhet. praestantissimi*, cum testa *codd. rhet. fere omnes* carbunculus *Rr* corrogaretur *D* 12 pedo οφοιρ *GL* curculio] *r* corculio *RDHLKy* corculeo *G* gorgulio *h* curculiunculus] *r* corculiunculus *RDHGLK* gorguliunculus *h* Plautus — fabulare *om. P* *Plaut. rud.* V 2, 38 (*v.* 1325) 13 curculiunculos] *r* corculiunculos *RDHLK et ex* corcubunculos *ni f. corr. B* gurculiunculos *d* gorguliunculos *h* 14 Iuvenalis — Iuno *om. P* *Iuv. sat.* V 13, 40 V] *scripsi* II *BHGLK* II *R* secundo *D* 15 virguncula] *h* uirgula *H* inno *Rr* 16 Terentius — ratiuncula *om. P* *Ter. Phorm.* I 1, 2 formione *RHK* 17 e*i* de *D* 18 Cicero — loligunculas *om. P* *Cic. pro Plancio* 21, 51 plautio *HGLKr* blantio *R* ista in] *sic etiam Cic. Erfurtensis* ista *Par. pr.* in ista *rell. codd. ap. Wunderum* 19 ofensiuncula *K* lolligo lolliguncula *RDh* lollico lollicuncula *Hr* lollico lollicumcula *B* *Plaut. Cas.* II 8, 58 casina *Rr* 21 emitto *BDHG Plaut. Vet.* saepiolas *BH* lepidas *etiam Plaut. Vet.* lapidas *R* lepadas *coni. Camerarius* lolligunculas *Dhk* lollicunculas *RBH* loginculas *G* lolligiungas *Plaut. Vet.*

'homo homunculus' - Plautus in rudente:

Homunculi quanti estis, eiecti ut natant.

dicitur tamen et 'homuncio' et 'homullus' et 'homullulus'. [similiter facit diminutionem 'fur furunculus'.] | Cicero in Pisonem: [olim furunculus, nunc vero etiam rapax. idem in eodem:] homullus ex argilla et luto fictus -, 'leno lenunculus' vel 'lenullus'. Plautus in Poenulo:

Sic dedero, aere militari tetigero lenunculum.

idem in eadem:

ita ut occepi dicere,
Lenulle, de illa pugna.

In 'nus', sive habeant ante n aliam consonantem sive non, et in 'lus', 35
si non habeant geminatam l, et in 'er' secundae declinationis nomina duplicant l ante 'us' [in diminutivis]: 'asinus asellus', 'geminus gemellus', 'bonus bellus', 'pugnus pugillus', 'agnus agnellus' - quod ideo servavit n, ut sit differentia inter agri diminutivum, quod est 'agellus' - 'anulus anellus', 'oculus ocellus', 'populus popellus', 'catulus catellus', 'tener tenellus', 'liber libellus'. et sciendum, quod omnia e habent paenultimam absque 'pugillo', nisi primitiva paenultimam habent natura productam in omni genere. tunc enim servant primitivi vocalem, ut 'ūnus ūna ūnum, ullus ulla ullum', 'vīnum villum'. excipitur unum in 'lus' desinens, 36
'paulus', quod non geminavit l in diminutione, nec mirum, cum au diphthongus post || se geminari consonantem prohiberet: facit igitur 'paulus' 'paululus', ex hoc 'pauxillus', 'pauxillulus', quas formas servant et femi-

2 corripiuntur] *k* corripiantur *DHK et ex* corripiuntur *mut. A* corripitur *G* *Luc. Phars.* X 239 *sq.* 3 zephiros *ADHL et sic Luc. Voss. uterque* sephiros *G* sepheros *K* 4 ascripsit *DGLKr* asscripsit *Luc. Voss. B* adscribit *et* ascribit *aliquot codd. Luc.* aquis *om. Luc. Voss. B*, *add. m. alt.* stata •• *K* 5 quaedam etiam *K* 6 persona] uerborum persona *RDLK* devertis deverticulum] *d* diuertis diuerticulum *ADGh* verris verriculum] *ex* uerriculum uerris *restit. L* uerticulum *A* peris periculum *ante* perior *add. K* perior — periculum] peris *D* peririris *R* perieris •••••••• unde (periculum) *L* 7 oro. as *K* 8 perpendicolom *Aa* 10 pro speculum *Aa* sincopam abiecta ci *L* eufoniae causa abiecta. similiter *K* 13 ut uestio *G* horno hornas hornamentum *Dd* 14 fundis *Rr* 15 monitus] *r* mones *R* alio *Rr* almentum *Dd* 18 ut ornaui *h* ut ornani (h) *D* ormentum *Hh* moneo monitus monimentum] *ex* monimentum moneo monitus *corr. L* uel monitus *D* 19 monimentum] *k* monumentum *K* uel alitus *D* 20 moniui monitus *Kk* uel munitus *D* falcini falcimentum *Kk* 21 diriuata *A* 23 participis *Gg* dictum tectum *G* 24 ut reguo *A* 26 desinentia *om. A* uerblali *Hh* 27 coiugatione *G* habent longam *R*

ut 'solor solaris solāmen', 'foro foras forāmen', 'curvo curvas curvāmen', 'oblecto oblectas oblectāmen', 'purgo purgas purgāmen', 'irrito irritas irritāmen', 'ligo ligas ligāmen', sin a secunda vel tertia, i habent correptam, ut 'moneo mones monĭmen', 'rego regis regĭmen', 'tego tegis tegĭmen' et per concisionem 'te||gmen', a 'specio specis' vel 'specie specĭmen', vel u productam, si in 'uo' desinit verbum: 'acuo acūmen', 'fluo flūmen', 'nuo nūmen' ('numen' enim est dei nutus. unde Virgilius:

meo sine numine, venti,

id est sine meo nutu), 'luo lūmen' (quo omnia abluuntur, id est purgantur a tenebris).
17 a verbis vero quartae venientia i productam habent: 'munio munīmen', 'lenio lenīmen', 'molior molīmen'. pauca inveniuntur in 'en' derivativa generis masculini: a pectendo 'pecten', | a filo 'filamen', quod per syncopam i 'flamen' dicimus. et a canendo tamen composita masculina sunt, quae in 'cen' desinentia i correptam habent paenultimam: 'tubĭcen', 'cornĭcen', 'fidĭcen'. excipitur unum 'tibīcen', quod ideo solum i productam habuit paenultimam, quod synaeresis facta est duorum i brevium in unam longam. debuit enim i geminari, quia solet plerumque in compositione a in i converti, ut 'cado incido', 'facio inficio', 'iacio iniicio, reiicio', 'amicus inimicus', 'tuba tubicen'. sic ergo 'tibia' 'tibiicen' faciebat, ex quo factum est 'tibicen'. (nec solum i, sed aliae quoque vocales in multis dictionibus sic solent ex duabus syllabis in unam longam transire, ut 'biiugae bīgae', 'quadriiugae quadrīgae', 'biuni bīni'. et ex contrario una longa in duas breves saepe solet tempo-

3 sin a *K* 4 monimen*** (tum) *H* monimen et monimentum *LK* rego regis *om. L* regimen et regimentum *GL* regimen regimentum *K* tegō . gis . men . mentum *K* 5 tegimen et tegimentum et *GL* concisione *R* concissionem *AL* tegmen] tegmina *L* a specio, specis vel specie] *r* aspicio aspicis uel a specie *R* aspicio aspicis uel species *L* a specie *A* 6 ut acuo *AD* 7 est *om. G* dei] *g* dici *ni f. G* notus quare numen dicitur *Rr* *Verg. Aen.* I 133 *post* Virgilius: in I *add. G* in primo aeneidos *D* 10 sine nutu *Gg* (meo) 11 uero *om. A* ut munio *Dr* munio munio munimen lenio lenio lenis lenimen molior molimen *L* munio . is menimen lenio . is. lenimen molior . ris . limen *K* 13 deriuata *L* ut a *ADh* hic pecten *Rr* 14 i *om. G* flamen] *r* flamen hoc *R* conpossita *R* 16 tubicen liticen cornicen *AD* 17 in penultima *K* sinaeresis *Rr* sinheresis *ADH* sinarisis *GK* sinaeressis *L* 18 duorom ii *RH* duorum i (i) *D* quia] quod *K* 20 iacio *ex* gatio *corr. r* iniicio reiicio] *r* inicio reicio *RD* iniicio reicio *H* tubaecen *Rr* tubicen (liricen) *Hh* *post* tubicen: sic ergo — tibicen *om. L* *add. l* 21 tibiicen] *r* tibicen *RA* faciebant *R et in* faciebat *corr. H* 23 *post* transire: ut biiugae .ii. excluditur et duo ii in unam longam conuertuntur. *add. H* biiugae] bingae *GK* quadriingae] quadringae *GK* binni] bi-uni *h* bis uni *ADr et ni f. in litura H* In b s uni *R* 24 e *r* una *in marg. add. H*

ribus dividi: 'admittīĕr' pro 'admittī', 'fīĕri' pro 'fīri' vel 'fire', quod magis analogum est, unde Virgilius in IIII georgicon:

At suffire thymo cerasque recidere inanis
Quis dubitet?)

In 'ar' desinentia derivativa si consonantem habeant ante 'ar', paenultima syllaba producitur, sin vocalem, corripitur, ut 'caesus Caēsar', 'lăcus lacūnar', 'lupa lupānar', 'laqueus' autem 'laquĕar'. 18

In 'er' derivativa a nominibus pleraque s et t habent ante 'er': 'eques equester', 'pedes pedester', 'silva silvester', 'campus campester', 'apium apiaster', 'olea oleaster'. et sciendum, quod a habent ante 'ster', cum in nomine primae positionis nulla sit consonans inter vocales paenultimae et ultimae syllabae, ut 'apium apiaster', 'olea oleaster'. || diminutiva quoque huiuscemodi formae, de quibus iam diximus, a habent ante 'ster': 'parasitaster', 'Antoniaster', 'Catulaster'. alia vero omnia e habent ante | 'ster' excepto 'paluster'. et haec quidem denominativa sunt. sunt autem verbalia, quae verborum consonantem servant ante 'er': 'rubeo ruber' - Horatius in I sermonum:

Obscenoque ruber porrectus ab inguine palus -,

'piget piger', 'macero macer'.

In 'or' et in 'ur' a verbis invenio fieri abiectione o, ut 'coloro color', 'laboro labor', 'honoro honor', 'decoro decor', 'adoro ador', 'murmuro murmur', 'auguro augur', 'saturo satur': hoc tamen facit et femininum 'satura' et neutrum 'saturum'. alia vero in 'or' desinentia assumunt verbo r: 'amo amor', 'furo' (unde 'furens') 'furor'; alia a nominibus vel participiis in 'us' desinentibus fiunt mutatione 'us' in 'or': 'senatus senator', 'dictatus dictator', 'tonsus tonsor'. 19

In 'as' pleraque denominativa sunt, quorum primitiva, si sint secundae declinationis, genetivo, sin tertiae, dativo assumunt 'tas', i paenul-

d uel d uel d
1 ut admittier *D* ut admitier *K* a*mittier *Rr* ammittier pro ammiti *L* ammitier pro ammiti *Gg* uel firae *K* 2 analo*gum (u) *R* analogia *A* analogiae *h* est *om. G* *Verg. georg.* IIII 241 *sq. cf. lib.* VIII § 83 *et* X § 50 3 At] *h* Ad *H* Aut *Med.* At
y
suffire *add. r* sufferre *Rom.* sufferre thumos *Med.* suffere fauos thymo *Pal.* thimo *AD* timo *GL* tymo *K* caerasque *G* coerasque *K* c*erasque *L* recedere *GLK* inanes *ADHGLK Med.* 5 habent *D* 6 ut *om. LK* caessus *G* 8 ante .r. *A* ut eques *D* 9 capester *A* apium apiaster *bis scr. H* 10 olea *ex* oleum *corr. K* *post* ster: i e In primitiuo *R*, *quod gloss.*, *ad sqq.* in
e
nomine primae positionis *pertinens, uncis inclusit r* 12 et ultimae *add. g* ultima *Rr* 13 forma *L* *post* ante ster: parasitaster — ante ster *om. R add. r* 14 parasitasunt (parasitast *pro* parasitasi *legens*) *A* parasitaster surdaster antoniaster *Dh* catullaster *r* habent *add. k* ante *add. l* 15 denominatiua Sunt autem *L* 16 ut rubeo *A* Horatius] *r* Oratius *RK* *Hor. serm.* I 8, 5 18 que *om. L* inguine] *g* unguine *GK* iungiue *L* 20 in ur] *h* ur *HL* 21 labor
uel a
roboro robor (robur *k*) honoro *K* decoro decor** (or) *H* odoro ·or *K* mor-
v
muro mormur *G* 22 mormur *K* facit femininum *D* 24 ut amo *ADr* ferens *A* 25 ut senatus *D* 26 questus questor *post* senator *add. L* certus certor quesitus ·or *add. K* dicatus dicator *A* dictator *add. r* 28 datiuuo *A* tas] *d* as *D*

tima ubique correpta: 'probus probi probĭtas', 'novus novi novĭtas', 'bonus boni bonĭtas', 'mendicus mendici mendicĭtas', 'asper asperi asperĭtas', 'prosper' vel 'prosperus prosperi prosperĭtas', 'integer integri integrĭtas', 'sincerus sinceri sincerĭtas', 'sedulus seduli sedulĭtas', 'timidus timidi timidĭtas'. et notandum, quod, quae in genetivo duplicant i, extremam earum mutant in e euphoniae causa, ut 'pius pii pietas', 'medius medii medietas', 'anxius anxii anxietas', 'socius socii societas'. 'liber' quoque excipitur, quod nominativo assumpsit 'tas', non genetivo: 'libertas'. tertiae vero declinationis nomina dativo, sicut superius diximus, assumunt 'tas': 'capax capaci capacitas', 'tenax tenaci tenacitas', 'rapax rapaci rapacitas', 'procax procaci procacitas', 'felix felici felicitas', 'affini affinitas',
20 'infideli infidelitas', 'celeri celeritas', 'au|ctori auctoritas'. excipiuntur pauca, quae b vel p sine s habent ante 'er': haec enim nominativo assumunt 'tas', ut 'puber pubertas', 'uber u|bertas', 'pauper paupertas'. sed hoc possumus etiam in secundae declinationis nominibus observare, ut supra dictum est. unde 'liber' 'libertas' facit, 'asper' autem et 'prosper', quia s habent ante p, 'asperitas' et 'prosperitas' faciunt. 'saluber' et 'salubris' facit nominativum ideoque 'salubritas' et 'celeber' vel 'celebris' 'celebritas'. 'vetus' quoque, quod unum trium generum in 'us' desinens invenitur, nominativo assumit 'tas': 'vetustas'. excipiuntur etiam haec, quae in 'or' desinentia mutaverunt 'or' in 'es' et assumpserunt 'tas': 'maior maiestas', 'honor honestas'.

IV 21 Sunt alia in 'as' denominativa, quae plerumque similia sunt accusativo plurali primitivorum suorum et sunt communia, ut 'primâs', 'optimâs', 'Ravennâs', 'Capenâs', 'Arpinâs', 'Crotoniâs', 'Pontiâs', 'Larinâs',

1 ut probus *Dh* 2 mendicus mendici mendicitas] medicus medici medicitas *G* asperitas] Prosperus (asperitas) *R* 3 vel prosperus] *om. K* uel us *add. k* intiger *G* intiger ·ri ·tas *K* intigritas *G* 4 sincoerus sincoeri *G* sincerus (o) ·ri ·tas *K* psedulus ·li ·tas *K* timidus ·di ·tas *add. k* timidi] *h* tumidi *H* 5 quodq. in *H* quae *om. G* 6 aeuphoniae *R* piaetas *Rr* *post* pietas: ab eo autem quod est pietas compositum dixit ouidius et (ad *K*) consanguineas compositum ut sanguine leni adumbras impietate pia. (*metam.* VIII 476 *sq.*) *add. LK* 7 mediaetas *R* anxiaetas *R* sotius sotii *A* socius socii societas *om. L* sociaetas *R* 8 nominativo] *h* nominatiuum *H* assumsit *G* assumit *Kr* ut libertas *RAHGLK* ut liber libertas *r* 9 adsumunt tas sicut supra diximus *AH* supra *DLK* 10 tas auctori auctoritas capax *K* 11 affinis affini affinitas *DG* adfini adfinitas *AHLK* 12 infidelis infideli infidelitas *D* infedelitas *G* celer celeri celeritas *D* caeleritas *R* auctor auctori auctoritas *D* auctori *om. K* 13 ·b(a.) (u) *H* p — enim *in litura l* sine *L* ante er habent *Kl* ante .r. *A* 14 peber *H* pauper ·tas. puber ·tas. uber ·tas *K* 16 liber *add. g* quia] quae *L* 17 asperitas] *K* non aspertas *add. k* 18 ideoque et salubritas *K* caeleber caelebris caelebritas *H* celebrita* .r. uetus (s) *A* 19 unum *add. r* 20 uetus uetustas *L* 21 or in es mutauerunt *D* assumserunt *A* ut maior *KL* magestas (i) *Rr* 23 accussatiuo *AL* acusatiuo *G* 25 Ravennas] *rdh* rabennas *Ak* rab**nas *R* rebennas *DH h. l. om. G* capennas *H* arpinas rabennas crotonias *G* Crotonias] *h* crotenius *A* crotunias (N) *H* larimas *Rr* la*rinas *H*

quae | ideo in fine habent circumflexum accentum, quia per syncopam proferuntur. perfecta enim eorum inveniuntur apud antiquissimos in 'tis' desinentia, 'hic' et 'haec primatis', 'optimatis', 'Arpinatis', unde neutra quoque eorum in e desinunt: 'primate', 'optimate', 'Arpinate', et ablativus in i, more eorum, quae in 'is' desinentia, cum sint communis generis et faciant in e neutrum, in i terminant ablativum: 'a primati', 'optimati', 'Arpinati'. et testis eius Caper, qui diversorum de huiuscemodi nominibus ponit usus auctorum, confirmans tam in 'is' quam in 'as' huiuscemodi nomina solere proferri. Cato Censorius in I originum: sed lucus Capenatis. in II: si quis mortuus est Arpinatis, eius heredem sacra non secuntur. ibidem: lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Baebius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. hi populi communiter: Tusculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Po|metinus, Ardeatis, Rutulus, 'Ardeatis' dixit pro eo, quod nunc dicimus 'Ardeas'. Titinius in psaltria:

Ferentinatis populus res Graecas studet,

pro 'Ferentinas'. non est igitur dubium, quod - cum in omnibus, quae 22 paenultimam habent circumflexam, si patiantur syncopam, servamus eun-

1 habent in fine *D* circunflexum *L* accentum *add. k* 2 antiquos *LK* desidentia *L* 3 primatis et optimatis *LK* optimatis] *ex* optimus *corr. A* obtimatis *R* unde et neutra *K* 4 ablitiuus *A* ablatiuum *G* ablatiui *L* 5 com *A* cum •• sint *H* 6 faciant] *1* faciunt *libri* obtimati *R* 7 Caper] *in libris enucl. sermonis secundum Osannum de Capro p.* 13 8 nominibus auctorum exemplis usus est *Kk* (ponit) in his *Rr* in has *A* 9 *Caton. orig.* I *fr. p.* 105 *Kr. fr.* 25 *p.* 274 *Roth. fr.* XXVI *p* 31 *sq Wagener. iterum laudatur lib.* VII § 60 10 in] Idem in *ADh Caton. orig.* II *fr. p.* 107 *Kr. fr.* 67 *p.* 278 *R. fr.* LVII *p.* 42 *sq. Wr. cf. Prisc. l. supra l.* II. *R U G. ad lib.* I *refert Prisc. l. l.* esset *r* est et *ADG* est *K* eiusdem *A* 11 haeredem *G* non sequuntur *AG* sequuntur *L* consequuntur *D cf. Godeschalkii ICti apud Krehlium annotationem, quemque l. Savinium in Zeitschr. f. gesch. Rechtswissenschaft* II *p.* 366 (*verm. Schriften* I *p.* 155 *sq.*) *Caton. orig.* II *fr. p.* 106 *Kr. fr.* 64 *p.* 277 *sq. R. fr.* XXXVII *p.* 36 *Wr. inde a vocc.* populus (*sic*) communiter — Ardeatis *hoc fragm. rursus laudat Prisc. l. supra l. cf. Lorenzium de dict. Lat. et mun.* I 1841 *p.* 24 *sqq.* 30 *sqq.* diaunm *H* 12 arcino *G* egregius *L* Baebius] *G Wagenerus,* bebius *K* brenius *L* laebius *H* lebius *RAD* . Laebius *defendit Grotefendius zur Geogr. u. Gesch. von Altitalien fasc.* III *p.* 14, *coll.* Slabiis, *Osco nomine. at id non Laebium, sed vel Labium vel Laberium significare iure suo suspicatur Mommsenius unterital. Dial. p.* 295. *num* Laevius? dedicabit *L* dicator *R* 13 latinos hi *A* latinus hii *G* latinus in populi commoniter *K* Aricinus] *d* arricinus *K* arcinus *GD* lanuuinus *ex* languinus *corr. A* lanubinus *L* lan•ubinus *K* 14 tiburt' *D* Ardeatis, Rutulus] Ardeatis Rutulus *Klausenius Aeneas und die Penaten p.* 810 *n.* 1502 *d,* Rutulus *in f. sententiae infra l. l. a Prisc. omissum, h. etiam l. interpretamentum esse censet Lorenzius l. l. p.* 38 15 quod est nunc ardeas *K* Titinius *scribendum esse post alios docuit Neukirchius de fab. tog. R. p.* 97 tutinius *H* titinnius *rell. et sic fere ubique libri Prisciani Tit. psaltr. fr.* 1 *p.* 66 *Both. fr.* VI *p.* 121 *Neuk. psaltr. s. Ferentinatis fr.* I *p.* 125 *Ribb. cf. lib.* VII § 60 16 psaltria] *r* psalteria *RG* saltria *K* 17 res Graecas] *lib.* VII § 60 graeca *h. l. libri* studet. ferentinatis pro ferentinas *L* 18 ferentinas arpinatis pro arpinas. non *K* 19 circunflexam *L* patiuntur *R* patientur *K*

dem accentum in ultima, ut 'prodûce prodûc', 'audîvit || audît', 'cupîvit cupît', 'fumâvit fumât', 'illîce illîc', 'istîce istîc', idque omnibus placet artium scriptoribus, qui de accentu scripserunt - debeant haec quoque idem servare, cum 'ti' subtracta paenultima vocalis, quae circumflectebatur in dictione perfecta, (id est a) invenitur ultima in concisione habens eundem accentum. inveniuntur tamen etiam propria differentiae causa in fine circumflexa, ut 'Lenâs Lenatis', 'Menâs Menatis', ne accusativi plurales menae [genus est piscis] et lenae [femininum est lenonis] esse putentur.

In 'es' correptam pauca inveniuntur denominativa: 'equus equĕs', 'pes pedĕs', et verbalia: 'tego tegĕs', 'mergo mergĕs'.

In 'es' productam verbalia repperi a praesenti vel praeterito tempore; a praesenti: 'saepio saepēs', 'luo luēs', 'struo struēs', 'macero maciēs', 'luxurio luxuriēs', 'illuo illuviēs'; a praeterito: 'rupi rupēs'.

23 In 'is' denominativa sive verbalia multas et diversas habent formas. alia enim in 'alis', alia in 'elis', alia in 'ilis', alia in 'ulis' finiuntur, ut 'curialis', 'fidelis', 'docilis', 'virilis', 'curulis', alia vero in 'ris' a longa antecedente: 'Apollinâris', 'scholāris', alia in 'ensis': 'Atheniensis', 'Catinensis'; alia duas consonantes habent ante 'is': 'agrestis', 'caelestis', 'salubris', 'muliebris', 'Samnis', 'insignis'.

Ergo in 'alis' desinentia vel 'ale', si sint a nominibus primae declinationis, assumunt nominativo primitivorum 'lis' vel 'le' et producunt a paenultimam - ut 'curia curiālis', 'memoria memoriālis', 'pluvia pluviālis', 'mensa mensāle', 'via viālis' -, sin secundae, extremam i genetivi, sin tertiae, 'is' mutant in a longam et assumunt 'lis': 'Mercurius Mercurii Mercuriālis', 'fluvius fluvii fluviālis', 'neuter neutri neutrālis', 'liber liberi

1 accendum *A* fumauit fumat cupiuit cupit audiuit audit produce produc *D* 2 illicce *ADHLr* uel illic *A* isticce *DHLr* sticce *A* idque] *rk* Id quoque *R* ideoque *H* idē·que *h* Id *K* omnibus quoque placet (placet *in mg. add.*) *K* 3 accentibus *G* debeant] *d* quod debeant *R* debent *DLa* 4 servare] obseruare *LK* obseruaret *l* circunflectebatur *L* 5 eundem accentum *ex* accentum eundem *revoc.* *K* 6 accen-ᵗdum *A* in fine *om.* *H* circunflexa *g* 7 leenas leenatis *AG* menatis *om.* *G* accussatiuus *L* plurales] *h* pluralis *H* plurales — luo lues *lin.* 12 *in litura l* 8 menae q̄ genus *GL* menae quod est genus *K* genus est piscis *Hh* laene *RL* leenae *G* leene *A* quod femininum est de nomine leᵑonis *Hh* lenonis] *a* leonis *RGL* laenones *A* 9 denominatiua inueniuntur *K* equs *G* 10 merges merges *Dd* 11 producta *R* reperi uerbalia *G* a praesenti repperi *D* uel preterito tempore *add.* *d* 12 praesenti *sup. lin. add. in D* uo luo uo lues *K* lues] *h* luos *H* 13 luxurio luxuries] *h* luxorio luxories *H* illues *GK* 14 formas] significationes (uel formas) *Dd* 15 alia in ulis *om.* *GL* *add.* *l* u·lis (l) *H* 16 docilis *add.* *k* uirilis docilis *D* curulis *om.* *GL* *add.* *l* 17 ut apollinaris *D* appollinaris *GL* scholaris] *k* scolaris *RDLK* Atheniensis] *om.* *R* athenensis *K* athinensis *G* ut atheniensis *Dh* Atheniensis Catinensis] *corr. ex r* catinensis atheniensis *r m. pr.* catinensis *R* cati·nensis *K* 18 Alia·(m) *K* dua(s) *Rr* (h)abent *Rr* ut agrestis *DK* agraestis *A* 20 ale] alae *r* a nominibus sint *G* 21 primitiuorum *add.* *k* 23 mensalae *A* 24 motant is *K* a logam *A* et assumunt lis *add.* *d* ·LIS (A) *H* ut mercurius *D* 25 fluius ii fluialis *K* neutrum

liberālis', 'theatrum theatri theatrālis', 'indicium iudicii iudiciālis', 'Martius Martii Martiālis', 'fatum fati fatālis', 'genitus geniti genitālis', 'caput capitis capitālis', 'virgo virginis virginālis', 'cardo cardinis cardinālis', 'hospes hospitis hospitālis', 'navis navālis', 'dos dotis dotālis', 'flos floris flo||rālis', 'corpus corporis corporālis', 'caelebs caelibis caelibālis', 'mors mortis mortālis', 'iuve|nis iuvenālis' (invenitur et iuvenilis), 'princeps principis principālis', 'municeps municipis municipālis', 'crinis crinālis', 'vox vocis vocālis'. sin a quartae declinationis nominibus deriventur, abiecta s, sin a quintae, 'es' ex nominativo assumunt 'alis': 'manus manuālis', 'census censuālis', 'species speciālis'. verbalia quoque a prima V 24
coniugatione inveniuntur in 'alis': 'penetro penetrālis'.

In 'elis' pauca invenio denominativa: 'fidus fidi fidēlis', 'crudus crudi crudēlis', 'patruus patrui patruēlis', 'frater fratris fratruēlis'. et nota, quod omnia extremam i genetivi in e productam mutantia assumpserunt 'lis', 'frater' vero 'fratris' 'is' in u conversa assumpsit 'elis'.

I longam habent omnia in 'ilis', quae a nominibus derivantur, nec non in 'ile' neutra, sive ex eis fiant sive non habeant aliud ante se genus, sed a quacumque parte orationis nascuntur, ut 'aedis aedīlis', 'senex senīlis', 'anus anīlis', 'puer puerīlis', 'vir virīlis', 'scurra scurrīlis', 'civis civīlis', 'servus servīlis', 'quintus Quintīlis', 'sextus Sextīlis', 'gens gentīlis', 'hostis hostīlis', 'subtel subtīlis'. 'exīlis' etiam a Graeco ἐξίτηλος factum denominativorum servavit regulam. similiter neutra produ- 25
cunt paenultimam: 'ovīle', 'monīle', 'cubīle', 'sedīle'. nam in 'ilis' desinentia verbalia sive participialia corripiunt eandem i paenultimam: 'fero fertĭlis', 'utor utĭlis', 'futio (ex quo compositum effutio) futĭlis', | 'volo volatĭlis', 'textus textĭlis', 'altus' vel 'alitus altĭlis', 'fictus fictĭlis'. a pare etiam derivativum, quod a verbo 'paro' nascitur (unde comparo compa-

AHL 1 Thäeatrum *R* teathrum teathri teatralis *D* theathrum theathri theathralis *GL* teathrum .ri .alis *K* inditium iuditii *A* 2 Martii] *l* marti *L* marcialis *A* fa*tum .ti fa*talis (c-c) *K* genitus — capitalis *om. L* capud *Rr* 3 uirgini^s *Hh* 4 hospes hospitis hospitalis] *g* ospes ospitis ospitalis *G* hospis .itis .alis *K* nauis nauis naualis *DGL* 5 celebis *L* 6 invenilis] iuenilis *r* iuenalis *R* 8 deriventur] *r* deriuantur *RHGK* 9 es] s *R* abiecta es *Hd* ut manus *D* 11 ut penetro *D* ut penitro *K* 12 ut fidus *AD* fidi *add. h* 13 nota] *r* noto *R* 15 conuersa et assumpsit *L* 16 quae in ilis *h* 17 eis] eis in ilis *ADHrg* eis in illis *R* se *in mg. add. H* 18 aedes *A* 20 cines *L* quintus quintilis sextus sextilis seruus seruilis *LK* 21 subtelis *G* *post* subtilis: Excipitur par paris parilis. Ouidius *add. R* Excipitur par paris parilis *DGLk* Excipitur parilis *Kh* Ouidius *quod et ipsum ad* parilis *spectat A cf. § sq. extr.* ἐξίτηλος] *gk* ΕΞΙΤΕΛΟϹ *R* ΗΞΙΓΕΛΩϹ *r* ΕΞΙΓΗΛΟϹ *A* ΕΞΙΓΕΛΟϹ *D* ΕΞ**ΗΓΟϹ *G* ΕΞΙ*ΗΛΟϹ *K* ΕΖΙΤΗΛΟϹ *L* exilos *h om. H* 22 seruabit *A* seruat *L* 23 ut ouile *r* oliue *A* monile] *r* munile *RAG* illis *Rr* 24 participialia] *g* participalia *G* i peneultimam *in litura g* ut fero *D* 25 futtio *RH* fucio *A* sutio *in litura g* futio futilis ex quo compositum effutio effutilis uolo *LK* ex — effutio *om. G* conpositum *H* effutio] *r* effuttio *H* effucio *RA* futilis] *r* futtilis *RH* 26 uolatilis uictus uictilis textus *Kl* textus — altilis *om. L add. l* texilis *G* fictus fictilis *om. K* 27 diriuatum *K*

ras. proprie enim pares sunt, qui inter se possunt comparari) verbalium regulam servavit, 'parilis'. Ovidius in VII metamorphoseon:

Arte suum parili revirescere posse parentem.

26 cetera quoque omnia i paenultimam corripiunt et, si sint a verbis primae coniugationis, a longam habent antepaenultimam, ut 'amo amas amābilis', 'penetro penetras penetrābilis', 'paro paras parābilis', 'praedico praedicas praedicābilis', 'lacrimo lacrimas lacrimābilis', 'quasso quassas quassābilis', 'laudo || laudas laudābilis', 'tracto tractas tractābilis', 'aequo aequas aequābilis', 'miror miraris mirābilis'. excipitur 'stăbilis', quod solum antepaenultimam a corripuit. Lucanus in V:

Quam non e stăbili, tremulo sed culmine cuncta
Despiceret.

27 quae vero a verbis secundae vel tertiae vel quartae coniugationis nascuntur, si habeant antepaenultimam i, eam quoque corripiunt: 'doceo docĭbilis', 'credo credĭbilis', 'utor [utilis] utĭbilis', 'sentio [sensi] sensĭbilis', 'audio audĭbilis'. sciendum tamen, quod plurima nascuntur ex his coniugationibus, quae antepaenultimam i non habent, ut 'docilis', 'habilis', 'flebilis', 'nubilis', 'volubilis', 'utilis', et quod quaedam ex praesenti, quaedam ex praeterito, quaedam ex futuro derivantur; ex praesenti: 'doceo docibilis', 'habeo habilis', 'volvo volubilis', 'utor utilis' et 'uti|bilis'; ex praeterito: 'plausi plausibilis', 'sensi sensibilis' vel 'sensilis' - Lucretius in II:

Ex insensilibus ne credas sensile nasci -;

ex futuro: 'flebo flēbilis', unde e ante b productam habuit.

In 'aris' desinentia derivantur a nominibus sive verbis, quorum extrema syllaba incipit ab l vel alia consonante vel a vocali aliqua pura. fiunt autem a genetivo nominum sive a positione verborum sic: quaecumque litera sive literae sequantur l vel aliam consonantem, ex qua postrema

1 proprie] *r* propriae *RH* posunt *K* 2 regulam *om. R, post* seruauit *add. r* servavit] *r* seruabit *RAH* *Ovid. metam.* VII 305 in VII metamorphoseon *om. K* 3 reuiuiscere (ue *supra*) *Rd et sic 'multi ex vetustioribus scriptis' Ovidianis teste N. Heinsio* uiuescere *g* reuescere *K* iuuenescere *libri aliquot Ovidiani* 5 ut *om. GLK* 6 penitro .tras .lis *K* tracto tractas tractabilis laudo laudas laudabilis aequo aequas aequabilis predico predicas praedicabilis lacrimo lacrimas lacrimabilis quasso quassas quassabilis miror miraris mirabilis *R* 9 miraris] miras *A et in* miraris *corr. H* 10 *Luc. Phars.* V 250 *sq.* 11 e] *HK Luc. Voss. A B et sic vel* ex *libri Luc. fere omnes,* est *rell., om. codd. lib.* VIIII § 38 est abili *Luc. Guelf.* 2, *corruptelae originem demonstrans* stabulis (i *supra*) *Rr* cunc[ta] *Rr* 12 dispiceret *HGK* 13 saecunde *R* 14 ut doceo *AD* 15 utilis] *om. DK add. d,* lis *add. k* sensio *G* sentio — nunc ergo dicamus, § 30, *uno folio exciso deest in H* sensi] sentis *R om. K* sensibilis] *r* sentibilis *R* 16 hisdem *K* 17 habilis] *r* abilis *R* 18 volubilis *om. L* 19 derivantur] nascantur *L* ex] *om. DG & A* presentis *A* doci**lis (bi) *G* docibis *in* docilis *corr. A* docilis *D* 20 habeo *add. d* 21 ut plausi *A* *Lucr.* II 888 in ·II· *add. l* 22 insensilibus] *cum libris Lucretianis DGr* insensibilis *A et ni f. in litura R* insensibilibus *L* insensilibi *K* sinsile *A* nasci] gigni *Lucretius* 23 producam (t *supra*) *Rr* 24 siue a uerbis *K* quorum etiam extrema *L* 25 uel alia consonante *om. L* 26 uerborum sit quaecumque *A* sic *add. r*

incipiat syllaba genetivi, transeunt in a longam et assumunt 'ris' vel, si a vocali incipiat, ipsa extrema mutatur in a longam, et assumunt 'ris': 'populus populi populāris', 'singulus singuli singulāris', 'Apollo Apollinis Apollināris', 'consul consulis consulāris', 'miles militis militāris', 'schola scholae scholāris', 'Latium Latii Latiāris', 'familia familiae familiāris', 'peculium peculii peculiāris', 'molo molis' vel 'mola molae molāris'. sic etiam neutra in 'are' finita: 'velum veli velāre'. Iuvenalis:

Et pegma et pueros inde ad velaria raptos.

In 'ensis' desinentia, si sint a nominibus primae vel secundae decli- 28
nationis, mutant extremam || partem nominativi singularis vel pluralis in 'en' et assumunt 'sis': 'Cirta Cirtensis', 'Olbia Olbiensis', 'Sardinia Sardiniensis', 'Hispania Hispaniensis', 'Catina Catinensis', 'Enna Ennensis', 'Minturnae Minturnensis', 'castrum castrensis', 'forum forensis', 'Ilium Ilien-|sis', 'Locri Locrensis', 'Vtica Vticensis', 'Cremona Cremonensis', 'Ostia Ostiensis' ('Athenae Atheniensis' euphoniae causa i habuit antepaenultimam et 'Halice Haliciensis'); sin vero tertiae sint declinationis, abiciunt extremam s genetivi et assumunt 'ensis': 'pistor pistoris Pistoriensis', 'Carthago Carthaginis Carthaginiensis'. quae vero duas consonantes habent ante 'is', vel a nominativo fiunt primitivorum vel a genetivo. et a nominativo quidem derivata abiciunt extremam literam et assumunt 'bris': 'salus salubris', 'mulier muliebris'; a genetivo vero, mutata extrema eius parte in e et assumpta 'stis' vel 'stris': 'ager agri agrestis', 'caelum caeli caelestis', 'terra terrae terrestris'.

In 'tis' quoque inveniuntur denominativa, sed antique prolata, pae- 29
nultimam natura vel positione longam habentia, ut 'Samnitis' pro 'Sam-

2 incipit *AG* extre (ma) *Rr* assumit *d* Vt populus *D* 3 populi] *r* populis *R* appello appollinis appollinaris *GL* appollo appollonis appollonaris *K* appolinis *Rr* 4 milis ·tis ·taris *K* scola scolae scolaris *RDL* 5 scolaris (h) *A* 6 molaris. sicut etiam *G* 7 *Iuv. sat.* I 4, 122 11 ut cirta *DG* cirta *Rr* uel cyrta *in marg. l* Olbia Olbiensis] *Zwicr. 2 Krehlii* oluia oluiensis *RADl* oliua oliuensis *GLK* Sardinia — Hispaniensis *add. d* 12 catena *G* uel catina *g* minturnae (minturna *L*) minturnensis enna ennensis *GLK* 13 utica uticensis cremona cremonensis ostia ostiensis castrum castrensis forum forensis ilium iliensis locri locrensis *D* 14 hostia hostiensis *L* 15 Athenae Atheniensis] *g* athinae athinensis *G* 16 Halice Haliciensis] *sic, m. pr. in* halice halicensis *corr., K* alice alyciensis *R* halyce halyciensis *ADL Heidelb.* halyc*e (a) halicensis *G. de Halice cf. Paus.* II 36, 1 *Curtius Peloponnesos* II 461 *sq. cum libri optimi Halicyarum incolas* Halycienses *nominent* (*fr. Vat. rescr. et cod. Lagom.* 29 *ap. Cic. in Verr.* II 2, 28, 68) *et* Haliciaenses (*Riccardian. Plin. nat. hist.* III 14, 91), *coniciat quis* Halicyae Haliciensis *legendum esse* sunt *D* 17 ut pistor *DK* 18 charthago charthaginis charthaginiensis *R* karthago kartaginis (i) karthaginensis *Gg* cartago cart*aginis (h) cartaginiensis *Ll* karthago ·nis ·iensis *K* carthaginensis (i) *Dd* uero in duas *K* 20 diriuata *Aa* derinatiua (iu) *K* 21 ut salus *AD* parte eius *R* 22 stris] *g* tris *AG* ut ager *GK* agris *Rr* 24 antiqua (e) *Rr* 25 i uel e *post* paenultimam *add. L et in litura K* pro samnis *add. r*

nis', sicut 'Laurentis' quoque pro 'Laurens', 'Tiburtis' pro 'Tiburs' teste Capro. sic 'Quiritis' pro 'Quiris' et 'Caeritis' vel 'Caeretis' pro 'Caeres', qui tamen nominativi nunc in usu non sunt. unde Virgilius in X:

Qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis.

invenitur tamen et correptam i habens paenultimam apud eundem Virgilium:

Est ingens gelidum lucus prope Caerĭtis amnem,

et Horatius similiter in primo epistularum:

Quid deceat, quid non obliti, Caerĭte cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlixis,

nisi pro 'Caerete', quod est nomen oppidi, e paenultima in i conversa protulerunt. | Livius ab urbe condita XLI: Lanuvini Caeritesque anguem iubatum apparuisse nuntiarunt.

In 'os' tam denominativa quam verbalia pauca inveniuntur: 'lepus lepos', 'competo compes' et mutatione e in o 'compos', 'custodio custos', 'do dos'. ||

30 In 'us' terminantium diversae sunt formae tam denominativorum quam verbalium, ex quibus multas iam diximus, cum de possessivis tractabamus, id est de his, quas a Graecis accepimus, formis possessivorum et Latinis
VI in 'ius' vel 'nus' desinentibus. nunc ergo dicamus de reliquis in 'us' ter-

1 sicut] sic *AD* . tyburtis (i *s. s.*) pro tyburs (i *s. s.*) *Rr* . Teste capro sic *A* 2 Capro] *inter librorum enucl. sermonis rell. h. l. posuit Osannus de Capro p.* 13 *sq.* et ceritis (uel ceris *s. s.*) *Kk* et ceris uel ceretis (uel ceritis *s. s.*) pro ceres *G* et caeris uel caeretis pro caeres (uel i *s. s.*) *g* 3 *post* non sunt: Alpheus (*l.* Alphius: *corr. Bondamus apud Burmannum l. infra l.*) tamen Auitus in I (Io *E*) excellentium Curis posuit pro Quiris: Marite, si sanguis Curis, Sabina si caedes (*Bondamus* cedes *D*[a] sedes *E*) placet, In me, oro, conuertas manus. unde Virgilius de Sabinis loquens: priscique (p̄ssique *D*[a]) Quirites [*Aen.* VII 710] pro Curites. a Curibus enim urbe Sabina est deriuatum. *add. Darmst.*[a] *m. alt. et Erl.* 2 *Krehlii, cui tamen desunt extrema verba inde ab* a Curibus, *et partim, verba sc. ab* Alpheus — excellentium *et ab* unde — Curites *eiusdem Krehlii Dresd. Alphii Aviti, de quo cf. Wernsdorfium poet. Lat. min.* III *p.* XXXI *sqq., hos versus ex cod. suo Prisc. in anth. Lat. recepit Burmannus add. t.* II *p.* 730 (*n.* 125 *v.* 9—11, *t.* I *p.* 46 *Meyer.*). *quorum immemor videtur fuisse Lachmannus in Ter. Maur. praef. p.* XII *Verg. Aen.* X 183 4 cerete (i *s. s.*) *Gg* cherete *Med.* minonis *GK* 5 *Verg. Aen.* VIII 597 uirḡ in VIII est *G* 7 lucus *add. r* cheritis *Med.* 8 Oratius *K* *Hor. epp.* I 6, 62 *sq.* similiter *om. K* 9 Quid deceat] *r* Quide|ciet *R* quod non *D* ceriti *D* caerite (i *s. s.*) *Rr* caera *RL* coera *G* 10 rumigium *L* uitio sumit hacensis *GL* uitio sumit ithacensis *K* Itacensis *ADr* olixis (u *s. s.*) *Kk* ulixei *D et ipse Prisc. lib.* VI § 92 *cum parte libr. Horat.; et vel sic vel* Vlixi *Hor. praestantiores fere omnes,* Vlyssei Vlixis Vlyxis *al.* 11 pro **** *L* caeretae *R* caerite *in litura g* 12 Libius *L* *Liv. ab u. c. lib.* XXXXI 21, 13: et faces eadem nocte plures per caelum lapsae sunt in Lanuvino; Caeritesque anguem in oppido suo iubatum, †auis (aureis *vel* flavis *edd. f.* ravis) maculis sparsum apparuisse adfirmabant, *ubi ex Prisciano sunt.* Lanuvini Caeritesque *scribendum esse coni. Sigonius* Lanuuii *L* caeritisque *G* 13 angem *L* uibratum *GK* nuntiarunt] *rk* nunciarunt *R* nuntiauerunt *GK* 14 ut in os *AD* 15 *ante* compos: competo *repetit A* 18 iam multas *R* possiuis (e *s. s.*) *R* 19 accipimus *Rr* 20 uel in ius uel *K* nus] *us (N *s. s.*) *Rr* in nus *A* ergo] uero *G* *a vocc.* de reliquis *iterum inc. H cf.* § 27

minantibus, quae diversas, sicut dictum est, habent formas. alia enim in ‘ius’ exeunt, ut ‘nuntius’, ‘patricius’; alia in ‘uus’ divisas: ‘arduus’, ‘vacuus’; alia in ‘bus’: ‘probus’, ‘orbus’, ‘superbus’; alia in ‘cus’: ‘acus’, ‘lucus’, ‘arcus’, ‘parcus’; alia in ‘quus’: ‘aequus’, ‘obliquus’; alia in ‘dus’: ‘providus’, ‘invidus’, ‘lividus’, ‘vividus’, ‘praedâbundus’, ‘furibundus’, ‘loquendus’, ‘sequendus’; alia in ‘lus’: ‘patulus’, ‘anniculus’, ‘bibulus’, ‘credulus’; alia in ‘rus’: ‘sonorus’, ‘honorus’; alia in ‘sus’: ‘cursus’, ‘usus’, ‘spumosus’, ‘saxosus’; alia in ‘tus’: ‘togatus’, ‘palliatus’, ‘metus’, ‘motus’; alia in ‘stus’: ‘venustus’, ‘angustus’, ‘quaestus’.

In ‘ius’ desinentia, sive a nominibus sive a verbis derivata, servant 31
ante ‘ius’ primitivorum suorum consonantes, ex quibus incipiunt ultimae vel paenultimae syllabae, sed tum paenultimae, cum et ipsa paenultima in vocalem desinit et ultima a vocali incipit, ut ‘servus servi Servius’, ‘servilis Servilius’, ‘agellus agelli Agellius’, ‘silva Silvius’, ‘virgula Virgilius’, ‘Mars Martis Martius’, ‘nuntio nuntius’, ‘saucio saucius’, ‘scio scius’ - sic Apuleius in primo Hermagorae et Pacuvius in Teucro:

Postquam defessus †. perrogitando advenas
De gnatis neque . . quemquam invenit scium.

unde ‘nescio’ quoque ‘nescius’ -, exceptis in | ‘icius’ desinentibus: illa enim assumunt, si sint nomina ex quibus derivantur vel participia secundae declinationis, genetivo, sin tertiae sint, dativo ‘cius’, i tamen tam paenultima quam antepaenultima correpta, ut ‘advectus advecti advectĭcĭus’, ‘commendatus commendati commendatĭcĭus’, ‘faber fabri Fabrĭcĭus’, ‘pigneratus pignerati pigneratĭcĭus’, ‘tribunus tribuni tribunĭcĭus’, ‘pater patri patrĭcĭus’, ‘aedilis aedili aedilĭcĭus’, ‘gentilis gentili gentilĭcĭus’. inveniuntur ta-

1 dictum est] diximus *GK* formas habent *L* 2 patricius] *r* patritius *RH* diuisas *ex* diuersas *corr. A* deuisas *L* ut arduus *LK* 3 *post* uacuus: alia in quus aequus obliquus *add., eadem infra om. D* ut probus *K* orbus probus *A* alia in cus *add. g* 4 lucus] *k* lacus *LK* alia — obliquus *praeter D om. G add. g* quus] cus *R* ut aequus *K* 5 probidus *L* lividus] *h* libidus *GLK* li•idus (v) *H* uiuidus *om. GK* uiuidus — loquendus *in mg. add. A* 7 honoros *A* 8 metus] *d* maetus *Ah* mestus *RDGk* maestus *H* 9 uetustus *H* augustus *K* angustus mestus quaestus *h* questus *RDGLK* 10 deriuatiua *K* 11 ultimae syllabae uel paenultimae *A* 13 Servius] *r* seruus *R* 14 seruilis *Rr* agelli] agelli•• *L* Silvius] *r* siluaus *R* uirga *G* uirgula (uirga uel) *Dd* 15 marti *L* nuntio] *r* nuncio *RA* nuntius] *r* nuncius *R* saucio saucius] *h* sautio sautius *RH* sautio sautius socio socius *A* 16 epuleius *G* epuleus *K* *Apul. Hermag.* 1 *fr.* 5 *t.* II *p.* 637 *Hild.* ermagorae *G* ermagore *R* ermogore *K* pacubius *RDGLK* *Pac. in Teucro fr.* 11 *p.* 145 *Both.* II *p.* 98 *Ribb.* 17 defessus] *dg* diffessus *D* defesus *G* defessus est *G. I. Vossius castigat. et not. p.* 108 defessus fuit *Ribbeckius* 18 neque eorum quemquam *G. Hermannus opusc.* VII 382 quemquam] *r* quenquam *GL* quemquem *RA* 19 in cius *GKh* 21 tamen *om. RADL* paenultimā *R* 22 antepaenultimam *Rr* adfectus adflcti adfecticius *A* advecticius] *r* aduectitius *RH* commendatus ·ti commendaticius *Kk* 23 commendatius *Rr* commendatitius *H* tribunus tribuni tribunicius pigneratu[s] ·ti pigneraticius *L* 24 pigneratius *Hh* 25 aedilis *ex* aedilus *corr. A* aedili *om. R* gentilus *A* gentili

men quaedam a primae quoque declinationis nominibus eiusdem formae, quae a habent || ante 'cius': 'gallina gallinacius', 'membrana membranacius', 'chartina chartinacius'.

32 In 'uus' divisas tam a nominibus quam a verbis derivata secundum in 'ius' terminatorum regulam mutatione extremarum literarum vel literae in 'uus' solent fieri, ut 'pater patri patruus', 'annus anni annuus', 'perspicio perspicuus', 'ambigo ambiguus', 'rigo riguus', 'ardeo arduus', 'vaco vacuus'. notandum inter haec 'menstruus', quod euphoniae causa assumpsit t et r.

In 'quus' quoque desinentia similiter fiunt: 'aequo aequus', 'obliquo obliquus'; sed magis ab his nominibus verba quam a verbis nomina sunt derivata. 'longus longinquus' ideo assumpsit n ante 'quus', quia aliter euphoniae satisfacere non poterat.

In 'bus' vel 'cus' desinentia a verbis b vel c ante postremam vocalem habentibus derivantur mutatione o et, si ante eam alia sit vocalis, eius quoque, in 'us', ut 'probo probus', 'orbo orbus', 'superbio superbus', 'parco parcus', 'luceo lucus', 'arceo arcus'.

33 Inveniuntur pauca a nominibus vel verbis in 'ulcus': 'sus subulcus', 'bos bubulcus', 'peto petulcus'.

In 'dus' tres sunt formae:

Vna quae servat consonantem, ex qua ultima vel paenultima primitivi incipit syllaba | - sed tunc paenultima, si non intercedat consonans inter ultimae et paenultimae syllabae vocales -, et reliquam eiusdem syllabae vel syllabarum partem mutat in i correptam et assumit 'dus', ut 'herba herbĭdus', 'turba turbĭdus', 'uva uvĭdus', 'vivo vivĭdus', 'rabies rabĭdus', 'tumeo tumĭdus', 'timeo timĭdus', 'areo arĭdus', 'squaleo squalĭdus', 'ferveo

34 fervĭdus', 'invideo invĭdus', 'frigeo frigĭdus', 'valeo valĭdus'. excipitur al-

om. R 1 quoque om. L 2 ut gallina AD gallinicius Kk gallinatius AH (a sup.) membranacius] r membranatius RA 3 chartina] r carthina RD epistola e charta quae a carpendo dicitur gloss. cod. Heidelb. carthinatius RA carthinacius r 5 extremarum] r extremum R 6 in uus add. d patrius A (u sup.) perspicio perspicis perspicuus ambigo ambigis ambiguus L 7 post ambiguus: pigo piguus add. RH pigeo piguus AD piget piguus h rigo riguus post uacuus collocant RAH vaco] uacuo ADGLK 8 assumit R assumsit G 10 fiunt ut AD obliquo] g oblico G 11 uerba fiunt quam LK sint AL deriuata sint K 12 deriuatiua A loginquus G 14 postremam vocalem] 1 postremam K postremam uocalem uocales A postremam uocalem uel uocales k rell. 15 o in us et h eam in marg. add. l sit alia H eiusq. in G 16 post quoque: scil. mutationes sup. lin. add. r, mutatione in mg. l post probus: turbo turbus add. ADHGLK post orbus idem add. r. de turbus = turbo cf. Ducangii gloss. med. et inf. Lat. s. vv. turbus et turbinus t. VI p. 700 ed. Henschel. 18 uel a uerbis LK ut sus D 19 bobulcus DGLK boculcus A 20 sint A 21 peneultima K 22 intercaedat H 24 motant K dus] r ds̃ R ut om. L 25 [u]uidus Rr uiuo uiuidus om. DL rabies rabies A 26 timeo timidus om. G areo aridus] rk hareo haridus RAK squaleo squalidus] k scaleo scalidus GK 27 frigio (e sup.) Rr alternitas (ti sup.) Hh

ternitatis causa, quam Graeci ἐπαλληλότητα vocant, unum 'pando pandus', ne, si 'pandidus' dicamus, male sonet alterna d in utraque continua syllaba, quod in multis solent tam Graeci quam nos evitare. (non dicunt illi 'Χαρύβδιδος', quamvis exigat regula, sed 'Χαρύβδεως'. et Romani quoque illos secuti non dicunt 'huius Charybdidis' sed 'huius Charybdis'. eiusdem vitii causa non dicimus ab eo, quod est 'mane', 'manunine', sed 'matutine', 'vitis vinetum', non 'vi||tetum', quod tamen etiam a vinea videtur esse derivatum. praeterea 'meridies' pro 'medidies' a medio die. sed non tamen in omnibus hoc valet. nam 'candeo candidus' facit, 'sordeo sordidus', 'madeo madidus', nisi quod haec secundae coniugationis in 'deo'; illud unum, id est 'pando', tertiae in 'do' desinens habuit huiuscemodi formae nomen.) et haec quidem in 'dus' supra dictae formae nomina demonstrant habere ea in se, ex quibus derivantur, ut 'herbidus', qui habet herbas, 'turbidus', qui habet turbam, 'timidus', qui habet timorem, 'rabidus', qui habet rabiem, 'invidus', qui habet invidiam.

In 'bundus' vero desinentia similitudinem habere significant, | ut 'vi- 35
tabundus' similis vitanti, 'praedabundus' similis praedanti, 'errabundus' similis erranti, 'moribundus' similis morienti, 'furibundus' similis furenti. et sunt paene omnia huiuscemodi formae nomina verbalia et, si a verbis primae coniugationis derivantur, a habent longam antepaenultimam, ut 'causor causaris causābundus', 'vito vitas vitābundus', sin ab aliis, i correptam, ut 'ludis ludĭbundus', 'furis furĭbundus', 'moreris morĭbundus'. excipitur alternitatis causa 'rubicundus', quod in paenultima syllaba pro b c habuit, ne sit absonum, si 'rubibundus' dicamus.

Tertia forma in 'dus' terminantium est participialis, id est quae ter- VII 36
minationem habet participiorum futuri temporis passivorum, et significat

1 ἐπαλληλότητα] *om. H* ΕΠΑΛΛΕΛΟΤΗΤΑ *Rr* ΕΠΑΛΛΕΛΟΤΕΤΑ *DL* ΕΠΑΛΕΛΟΤΗΤΑ *G* (x *superscr.*) ΑΛΛΟΘΕΤΑ *h* pondo (a *superscr.*) *Rr* 2 sonat *G* sonant *A* alternam *RAGL* alternum *r* continua] *r* continuatam *R* continuans *L* continua•• (uel c *superscr.*) *K* 4 ΧΑΡΥΒΔΙΔΟΣ *Gg* carybdidos *RK* Χαρύβδεως] *scripsi* ΧΑΡΥΒΔΕΟΣ *ADGr* χarybdeos *K* carypdeos *R* ΧΑΡΥΒΑΙΟΣ *L* ΧΑΡΙΒΔΙΟΣ *H* rumani (o *superscr.*) *K* 5 Charybdidis] *g* χarybdidis *K* charibdidis *L* carybdidis *DGr* carypdidis *R* caribdidis *A* sed huius Charybdis *om. G* sed huius charubdis *g* χarybdis *K* charibdis *L* carybdis *Dr* carypdis *R* caribdis *A* 6 uicii *A* 7 non vitetum] *h* nouitetum *H* tamen a uinea etiam uidetur deriuatum *L* 8 miridies *K* pro] non *D* me••didies *K* medio et die *h* 9 tamen non *D* 10 sordidus] sordidus facit *RH* mandeo mandidus *H* quod *in mg. add. h* coniugationis sunt in *ADr et* sunt *in litura H* in deo; illud] . ideo illud *GLK* ideo. Illud *H* . Ideo. illud *h*. 12 demonstrantur *H* 13 ea habere *D* herbas habet *G* 14 herbas — rabidus qui habet *in marg. add. r* turbam] rabiem *Aa* turbam (turbam uel turbationem *superscr.*) *Gg* timidus — rabiem *om. A* 17 uitandi *A* moribundus similis morienti (et *H*) errabundus similis erranti *AH* 18 furienti *L* 19 poene (a *superscr.*) *Rr* nomina formae *G* 21 caussaris *Rr* *post* uitabundus: morior moreris moribundus *add. A* si[n] *Kk* 22 ut ludo ludis *DHL* laudis laudibundus furis furis furibundus *K* 24 obsonum (a *superscr.*) *Dd* 25 terminantium participialis *L*

p. 636. 37 P. p. 163. 64 K.

dignum esse aliquem eo, quod demonstratur, ut 'laudandus' laude dignus, 'amandus' dignus amari, 'curandus' dignus cura, 'ornandus' dignus ornari, 'ordinandus' dignus ordinari, 'legendus' dignus legi, 'loquendus' dignus de quo loquantur homines.

In 'lus' desinentium formae similes sunt diminutivis: 'pendulus', 'credulus', et veniunt tam a nominibus quam a verbis, ut 'annus anniculus', 'pateo patulus', 'credo credulus', 'pendo pendulus', 'bibo bibulus'. extremas partes syllabarum finalium sive extremas syllabas, si sint purae, in 'ulus' vertunt, excepto anniculo differentiae causa: nam 'anulus' diminu-|| tivum est. ('novacula' a 'novo novas' derivatur.)

37 In 'rus' denominativa sive verbalia pauca inveniuntur, quae paenultimam producunt: 'honor honōrus', 'odor odōrus', 'decor decōrus', 'cano canōrus', 'sono sonōrus', quorum regula | in promptu est: nam nomina 'us', verba 'rus' assumunt.

In 'sus' duplicem habent formam: vel enim participialia sunt, id est participiis praeteriti temporis similia, et res incorporales significant et sunt quartae declinationis, ut 'usus', 'cursus', 'lusus', 'versus' - quod ab incorporali re ad corporalem quoque adductum est, quae est in literis -; aut mobilia sunt et secundae, ut 'lassus', 'fessus', 'cassus'; vel o productam habent ante 'sus' et significant plenum esse aliquem eius, quod significatur, ut 'saxosus' plenus saxis, 'spumosus' plenus spuma, 'ventosus' plenus ventis, 'harenosus' plenus harena. fiunt autem a primitivis suis hoc modo: mutant extremam partem syllabae vel syllabam, si pura est, in quam terminat genetivus, in o productam et assumunt 'sus': 'saxi saxosus', 'curiae curiosus', 'herbae herbosus', 'scelus sceleris scelerosus', 'numeri numerosus', 'oneris onerosus', 'perfidiae perfidiosus'. notandum, quod a metu 'meticulosus' fit. Plautus in mostellaria:

Nescis, quam meticulosa res sit ire ad iudicem.

1 eo quod] eoque *k* dignus laude *DL* 2 dignus amore *L* curari *Gh* orandus *L* orari *L* 3 ordinari] *ah* ornari *AH* 4 loquantur] *rdh* loquentur *RADHGL* 5 pendulus credulus *om. A* *post* credulus: et ueniunt — credulus *om. R add. r* 7 credo credolus *Hh* pendo *Hh* pendo pendulus *om. A* 8 sillabarum partes *L* 9 conuertunt *AD* anniculus *DH* annulus] *gk* anulus *AGr* anulum *K* 10 Et nouacula *AD* 12 hōnorus *A* honoris *K* 13 quorum — assumunt *in mg. add. g* in promptu est regula *K* promtu *R* prumtu *L* prumptum est. Nannomina *A* 14 rus accipiunt uel assumunt *g* 15 sus] *h* cus *H* 18 re. Ad *H* quoque *add. k* addictum *Rr* 19 lassus fessus cassus] *g* lassus fesus cassus *l* lasus fesus casus *GLK* 20 habent *om. L* aliquem esse *D* eius rei quod significantur *H* 21 saxus *Rr* spumis *K* uentuosus *K* 22 arenosus *D* arena *Dr* arenae *H* 23 in qua *L* terminatur *D* terminatus *A* terminet *H* 24 et *om. K* assumit *R* ut saxi *D* 25 haerbae haerbosus *H* scelus *om. DL* scelus sceleris scelerosus *R* perfidiae perfidiosus numeri numerosus oneris onerosus *D* 26 oneris onerosus (h-h) *L* *post* onerosus: ponderis ponderosus *add. r* 27 metuculosus *DHGLKr* planstus *A* *Plaut. most.* V 1, 52 (*v.* 1101) mustellaria *ADHGLK* 28 metuculosa *RDGLK*

In 'tus' si sint participialia aut denominativa, vel incorporalia et fixa sunt, ut 'motus', 'tumultus', 'sonitus', 'habitus', 'cultus', 'consulatus', 'tribunatus', vel mobilia, ut 'togatus', 'palliatus', 'loricatus', 'tunicatus', 'gratus', 'laetus', 'mutus'; et sciendum, quod, si a primae declinationis nominibus derivantur, a habent paenultimam productam, ut 'barbātus', 'stellātus', 'trabeātus', 'purpurātus'; sin a secundae vel tertiae, in quibusdam a, in aliis i productam, ut 'pallium [pallii] palliātus', 'anulus anulātus' - **Plautus in Poenulo:** 38

quia incedunt cum anulatis auribus -

(excipitur 'manuleātus', quod quamvis a paenultimam productam habet, tamen a quarta declinatione derivatur: 'manus manuleātus'. **Plautus in Pseudulo:**

manuleatam tunicam habere hominem adde||cet,

id est manicatam), 'grates' vel 'gratiae grātus', 'avītus', 'marītus', 'cerrītus', ab avo, mare, Cerere. excipiun|tur 'vetustus' et 'libertus', in quibus nominativi primitivorum 'tus' assumpserunt. a quartae declinationis nominibus derivata u productam habent ante 'tus': 'cornūtus', 'verūtus', 'astūtus', 'versūtus'. 39

In 'ctus', 'ptus', 'xus' participialia sive verbalia inveniuntur: 'amictus', 'sanctus', 'acceptus', 'sumptus', 'aptus', 'captus', 'raptus', 'flexus', 'laxus', 'fluxus', 'luxus', 'nexus'; haec enim omnia, cum non significant tempus, nomina sunt.

cum Plaut. Vatic. et Decurt. corr. metucolosa *H, Plaut. Decurt. m. pr.* fit *G* . indicium *K* 1 participialia] *gk* participalia *GK* et *om. H* 2 *post* fixa sunt: et quarte [scilicet] declinationis sunt et non sunt uerbialia *Rr* et quartae declinationis *ADl* et quartae declinationis et sunt uerbalia *d* et quartae scilicet declinationis *H* et non sunt uerbalia *GK et in litura L* et secundae sunt scilicet declinationis et non sunt uerbalia *g* consolatus [u] *K* tribunatos et quartae declinationis *add. GLK et iterum A, del. l* tribunatus et secundae uel mobilia sunt et haec secundae declinationis [uel mobilia] et non sunt uerbialia ut togatus *Rr* 3 *post* mobilia: et secundae declinationis *add. H* et secundae scilicet declinationis (sunt *D*) et non sunt uerbialia *AD* et sunt secundae declinationis et non sunt uerbalia *l* palliatus togatus tonicatus loricatus *K* tonicatus *AGL* 4 laetus] latus *GLK* si *add. h* 5 a habent] *sic*, habent *in mg. add.*, *d* * *D* scellatus *G* 6 purpuratus] *k* porpuratus *AGK* purpopuratus *H* sin autem a *G* *post* sin a *unius folii iactura deficit L usque ad vocc.* ut Glycerium *p.* 142, 23 hic est defectus unius folii *in mg. inf. m. rec.* 7 pallium *om. RAHGK* pallii *om. D* annullus *Rr* Plaustus *A* *Plaut. Poen.* V 2, 21 8 paenulo *AH* peuulo *DGK* pamulo *R* paerulo *r* 9 quia] 'qui *G. Hermannus in Iahnii ann.* XXXV 191 *f. recte' Fleckeisenus* 10 manulatus *GKd* manuliatus *A* productam peneultimam *G* 11 manulatus *GKd* manuliatus *A* plaustus *A* *Plaut. Pseud.* II 4, 48 (*v.* 738) 12 Pseudulo] *k* phseudulo *RrH* psedulo *DGK* 13 manuliatam *A* manulatam *GK* tonicam *GK* addecet] *sic etiam Plaut. Ambros.* . Addecet *H* adiecit *GK* decet *codd. Plaut. praeter Ambr.* 14 gratis *K* avitus] productam ·i· auitus *G* auitus [productum i] *Kk* cerritus] *r* ceritus *RHd* ceriritus *k* 15 Cerere] *dk* cererae *D* ***rere *K* cerre *A* nominatiuo *k* 16 t[us] *Kk* quartae quoque declinationis *h* 21 nexus fluxus luxus *D* non sint significant *H*

In 'stus' a nominibus vel a verbis nascuntur extremam partem convertentibus in 'stus' e vel u antecedentibus, ut 'honor honestus', 'maeror maestus', 'modus modestus', 'scelus scelestus', 'robur robustus', 'ango angustus', 'augur augustus'. praeterea 'Venus venustus', 'ius iustus', 'onus onustus', quae, quomodo 'vetus vetustus', assumpta 'tus' faciunt derivativa et omnia una vincunt syllaba primitiva absque maesto.

In 'ax' plerumque verbalia inveniuntur ab omni coniugatione: 'voro voras vorax', 'audeo audes audax', 'teneo tenes tenax', 'emo emis emax', 'fallo fallis fallax', 'capio capis capax', 'pellicio pellicis pellax', 'sagio sagis sagax'.

In 'ex' correptam similiter a verbis: 'lateo lates latĕx', 'verto vertis vertĕx', 'vomo vomis vomĕx'. in 'ex' productam similiter: 'rego regis rēx', 'lego legis lēx'.

40 In 'ix' feminina inveniuntur a masculinis verbalibus sive denominativis in 'tor' desinentibus defigurata, quae mutant 'or' in 'rix', ut 'victor victrix', 'senator senatrix', 'cultor cultrix'; 'nutritor' quoque 'nutritrix' debuit facere, quod euphoniae causa sive alternitatis mediam syllabam concidit: 'nutrix' enim dicimus.

In 'ox' verbalia vel denominativa: 'voco vox', 'velum velox'.

In 'ux': 'luceo lux', 'duco dux'.

In 'nx' et 'rx': 'coniungo coniunx', 'arceo arx'.

In duas consonantes inveniuntur participialia: 'sapiens', 'amans', cum sint sine tempore; inveniuntur et denominativa: 'principium princeps', 'municipium municeps'. | ||

1 uel nerbis *DG* 2 ut *om. GK* meror mestus *RDGK* 3 scelus scelestus *add. r* robor *K* 4 anguo *K* 5 onestus (u) *Rr* assup:a *A* asumpta *G* 6 deriuatiuum *D* ^m^aesto *Rr* mesto *GK* mestus *D* maestu^s^ *H* 7 ut uoro *ADG* 8 uoras *om. G* tene(s)* *Rr* emis] *om. G* .is *in mg. g* em(i)es *Hh* 9 fallis] *om. G* .is *g* capis] *om. G* .is *g* pellicis] *om. G* .is *g* pelax *A* 10 sagis] *om. AG* .is *g* 11 ut lateo *D* lates *om. G* uertis *om. G* 12 uomis *om. G* regis *om. G* 13 legis *om. G* 15 motant**or *K* ut *om. G* 16 u(v)*tritor (o) *Kk* 17 eufoniae *K* ephoniae *H* 19 ut uoco *G* 20 luci(e)o *Rr* 21 nx] unx *r* coniungo] *h* coniugo *RH* 23 sunt *DKh* sine tempore] ex tempore sine *mut. K*

Explicit lib. IIII. (DE) DE NOMINATIVO. INCIPIT LIBER V DE GENERIBVS *R* EXPL LIB. QVARTVS | INCIPIT LIB QVINTVS DE GENERIBVS *A* finit liber quartus | INCIP AIB. V. de generibus *G* INCIPIT LIBER V DE GENERIBVS *H* finit | Liber quintus de generibus dinoscendis per singulas terminationes. de numeris. de figuris et earum compage. de casu. *K* PRISCIANI LIBER .IIII. ID EST .III. DE NOMINE EXPLICAT. Quintus de generibus dinoscendis per singulas terminationes. de numeris. de figuris et earum compage. de casu. INCIPIT. *D*

LIBER QVINTVS.

p. 639. 40 P. p. 166. 67 K.

DE GENERIBVS.

Quoniam de speciebus sive formis nominum, quantum potuimus, supra tractavimus, nunc de generibus quaerere conemur. I 1

Genera igitur nominum principalia sunt duo, quae sola novit ratio naturae, masculinum et femininum. genera enim dicuntur a generando proprie quae generare possunt, quae sunt masculinum et femininum. nam commune et neutrum vocis magis qualitate quam natura dinoscuntur, quae sunt sibi contraria. nam commune modo masculini modo feminini significationem possidet, neutrum vero, quantum ad ipsius vocis qualitatem, nec masculinum nec femininum est. unde commune articulum sive articulare pronomen tam masculini | quam feminini generis assumit, ut 'hic sacerdos' et 'haec sacerdos', neutrum autem separatum ab utroque genere articulum asciscit, ut 'hoc regnum'.

Epicoena, id est promiscua, vel masculina sunt vel feminina, quae una voce et uno articulo utriusque naturae animalia solent significare. dubia autem sunt genera, quae nulla ratione cogente auctoritas veterum 2 diverso genere protulit, ut 'hic finis' et 'haec finis', 'cortex', 'silex', 'margo'. similiter 'grus', 'bubo', 'damma', 'panthera' in utroque genere promiscue sunt prolata. || sunt alia communia non solum masculini et feminini, sed etiam neutri, et sunt adiectiva, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc felix', 'sapiens'. sunt quaedam tam natura quam voce mobilia, ut 'natus

2 formis *in litura g* 3 $\overset{\text{u}}{\text{tractabimus}}$ *R* de geribus *A* 4 DE DIVISIONIBVS GENERVM *inscr. D* 6 proprie] *rd* propriae *RADH* posunt *G* 7 communia et neutra *G* naturae *AH* denoscuntur *G* 8 cummune *K* femini[ni] *H* 9 ad] et *Rr* ****** ad (pertinet ad *supra*) (ptinet ?) *K* ad ipsius *in litura H* 11 feminini] *h* femini *HK* 12 separatim *K* 13 assciscit *R* adsciscit *H* adscisit *A* ut horegnum *R* 14 $\overset{\text{ΕΠΙΚΟΙΝΑ}}{\text{epicoena}}$ *Rr* ΕΠΙΚΕΝΑ *GK* ΗΠΥΧΗΝΑ *in lac. h* uel masculina uel feminina sunt *K* 15 animalia] *om. H add. h* animalium (a *supra*) *Rr* 18 margo *om. K*, *ante* silex *add. k* *post* bubo *in marg.:* Ouidius. fedaque fit uolucris, uenturi nuncia luctus (?), Ignauus bubo, dirum mortalibus omen. (*metam.* V 549 *sq.*) Solaque carminibus (*l.* culminibus) ferali carmine bubo (?). (*Verg. Aen.* IIII 462) *add. h* dama *g* panthera damma ·*D* pantera *r* 19 promiscue] *rg* promiscuae *RGd* promiscua *D* sunt promiscue *A* sint prolata *G* communa *R* 20 femini *R* foemini *H* 21 mobilia natus *HG*

nata', 'filius filia'; sunt alia natura et significatione mobilia, non etiam voce, ut 'pater mater', 'frater soror', 'patruus amita', 'avunculus mater-
3 tera'; sunt alia voce, non etiam naturae significatione mobilia, ut 'lucifer lucifera', 'frugifer frugifera': sive enim de sole sive de luna sive de agro sive de terra loquar, nulla est discretio generis naturalis in rebus ipsis, sed in voce sola; sunt alia quasi mobilia, cum a se, non a masculinis feminina nascuntur, ut 'Helenus Helena', 'Danaus Danaa', 'liber libra', 'fiber fibra'. unumquodque enim eorum propriam et amotam a significatione masculini habet demonstrationem et positionem; sunt alia, quae differentiae significationis causa mutant genera, ut 'haec pirus hoc pirum', 'haec malus hoc | malum', 'haec arbutus hoc arbutum', 'haec myrtus hoc myrtum', 'haec prunus hoc prunum'. et hoc in plerisque invenis arborum nominibus, in quibus ipsae arbores feminino genere, fructus neutro proferuntur vel ligna, ut 'haec buxus' arbos, 'hoc buxum' lignum. Virgilius: dant arbuta silvae, cruentaque myrta, cerea pruna, volubile buxum.

De singulis igitur terminationibus quomodo possint comprehendi genera, prout valeam, hinc tractare incipiam.

4 Masculini generis terminales inveniuntur literae septem: a, o, l, n, r, s, x, ut 'scriba', 'Cicero', 'sol', 'flamen', 'Caesar', 'bonus', 'rex'; feminini quoque eaedem, ut 'Roma', 'virgo', 'Tanaquil', 'Siren', 'mater', 'civitas', 'pax'. in e quoque productam inveniuntur || feminina, sed Graeca dumtaxat, ut 'Taygetē', 'Euterpē', et in 'um', sed figurate, ut 'Glycerium mea' et 'Dorcium' et 'Philotium'. communia in easdem literas desinunt, quas et masculina, ut 'hic' et 'haec advena', 'homo', 'vigil', 'tibicen', 'fidicen'- ut quibusdam placet, nam usus eorum feminina in a terminat,
II 5 'fidicina' et 'tibicina' -, 'hic' et 'haec pauper', 'civis', 'dux'. neutrorum duodecim inveniuntur terminales literae: a, e correpta, i, u, l, m, n, r, s, c, t, d, ut 'poema', 'marĕ', 'gummi', 'cornu', 'mel', 'regnum', 'numen',

1 alia mobilia natura et significatione *D* 2 *post* mater: non enim fit a patre patra *add. D* 8 unuuquoque *G* propria *R* propria et amota *A* 9 habent *G* positionem] significationem *R* 10 differentiae] *h* differentia *H* differentiae significationis *ex* significationis differentiae *corr. G* et hoc pirum *D* 11 hae[c] malus *Dd* myrtus] *k* mirtus *K* 12 myrtum] *k* mirtum *K* implerisque *AD* 13 genere *om. AHGK add. h* necuero (utro) *A* 14 arbor *ADK* *Verg. georg.* II 520 *georg.* I 306 *ecl.* 2, 53 *Aen.* VII 382 15 arbusta *Rom.* arsuta *Pal.* syluae *R* cruentaque myrta *ex* myrta cruentaque *corr. D* coera *Gg* cerea *Kk* 17 DE TERMINALIVM LITTERARVM NVMERO IN VNOQVOQVE GENERE. *D* conprehendi *A* comprehende *Dd* c̄praehendi *H* 19 litterae inueniuntur *D* 21 eadem *AG* syren *H* 22 productam quoque *G* producta *R* productam sed graeca dumtaxat inueniuntur ut *D* femininae *H* 23 tahygete *ADHK* taigete *G* eyterpe *HK* euturpe *G* eyterpe feminina *D* figuratae *A* glicerium *ADK* gligerium *G* 24 *a* mea et Dorcium *iterum inc. L, v. lib.* IIII § 38 *p.* 139, 7 Dorcium] *r* dortium *RA* philocium *RH* *post* Philotium: sicut dicam ossa mons *D del. d* desinunt litteras *AH* 25 quas] in quas *ADKr* 26 femina *L* 27 fidicina tibicina *G* 29 nomen, *sed*

p. 641 P. p. 168. 69 K.

'tuber', 'sidus', 'lac', 'caput', 'aliud'. communia trium generum desinunt in i, m, r, s, x, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc frugi', 'nequam', 'par', 'prudens', 'audax'.

In a igitur desinentia vel masculina sunt vel feminina vel communia vel neutra. masculina sunt, quae cum sint propria apud Latinos a terminantia, apud Graecos assumunt s, ut 'Catilina', 'Sulla', 'Fimbria', 'Aquila', *Κατιλίνας*, *Σύλλας*, *Φιμβρίας*, *Ἀκύλας*; vel contra apud Graecos in 'as' desinen|tia vel in 'es', apud nos in a terminant, ut *Μαρσύας*, *Σωσίας*, *Βυρρίας*, *Χαιρέας*, *Τυρίας*, *Βαγράδας*, 'Marsya', 'Sosia', 'Byrria', 'Chaerea', 'Turia', 'Bagrada', *ποιητής*, *κιθαριστής*, *σοφιστής*, *Σκύθης*, *Μελικέρτης*, *Λεπτάστης*, 'poeta', 'citharista', 'sophista', 'Scytha', 'Melicerta', 'Lepta ta'. Sallustius in II historiarum: quem ex Mauritania rex Leptasta proditionis insimulatum cum custodibus miserat. excipitur 'haec charta' et 'haec cataracta', 'margarita', 6
'catapulta', quae, cum sint masculina apud Graecos, apud nos etiam genus cum terminatione mutaverunt. quod autem 'Turia' et similia fluminum nomina masculina sunt, ostendit etiam Sallustius in 'am' terminans eius accusativum in II historiarum: inter laeva moenium et dextrum flumen Turiam. nam si esset neutrum, similis esset accusativus nominativo. illa quoque in a desinentia, quae officiorum sunt ad viros perti-

in mg. pr. ni f. m. numen *K* 1 capud *Rr* •aput *Gg* aliut *Rr* 2 nequam] *r* nequar *R* 4 DE QVINQVE GENERIBVS IN A SED PRIMVM DE MASCVLINO *DL* sunt *add. r* 5 quae cum] *h* quaecumq. *H* 6 catillina *ADH* catilena *LK* katilena *G* uel katilina *g* syll••a *H* silla *rell.* 7 *Κατιλίνας*] *r* ΚΑΤΙΛΛΙΝΑC *AD* ΚΑΤΙΛΗΝΑC *G* catilinas *RK* cantilenas *L* *Σύλλας*] *r* sillas *RLK* *Φιμβρίας*] *r* ΦΥΜΒΡΙΑC *AHG* fimbrias *RLK* *Ἀκύλας*] *in mg. r* ΑΚΙΛΑC *A* aquilas *R* aquilas *LK* 8 desinentia *om. G* terminantur *DK* ΜΑΡCΙΑC *Arg* ΝΑΡCΙΑC *G* marsas *L* marsias *RK* 9 *Σωσίας*] *r* CωCΥΑC *DH* COCΙΑC *G* sosias *LK* sosyas *R* ΒΙΡΡΙΑC *AG* ΒΙΡΡΙΑC *r* byrrias *RL* birrias *K* ΧΕΡΕΑC *HGr* chereas *R* caereas *LK* *Τυρίας*] tyrias *K* ΤΙΡΥΑC *H* turias *RL* ΘΟΙΡΙΑC *r* *Βαγράδας*] *r* ΒΑΤΡΑΑΑC *A* bagradas *RL* *et ex* bragadas *corr. K* marsia *ADHGKr* Sosia] *r* sosya *RD* 10 birria *AGK* birrhia *H* cherea *RADHG* turia caerea *LK* Turia] *d* tyria *AD* bagrada *ex* bragada *corr. K* poetes (poetas *L*). citharistes (cytharistes *K*). sophistes. scythes (schites *R* schithes *K*). melicerites (milicertes *L* milicertes *K*). leptastes. *RLK* ΠΟΙΗΤΗC. ΚΙΘΑΡΙCΤΗC. CωΦΙCΤΗC. CΚΙΤΗC. ΜΕΛΙΚΕΡΤΗC. ΛΕΠΤΑCΤΗC *r* ΡωΕΘΕC. *H* ΣΚΙΘΗC ΚΙΘΑΡΙCΤΗC *G* ΚΥΘΑΡΙCΘΕC *H* CωΦΙCΤΗC *A* ΣΟΦΗΙCΤΕC *H* 11 CΚΙΘΗC *G* CΚΙΤΗC *A* CΚΥΘΕC *H* CΚΥΝΦΗC *post* CΚΥΘΗC *add. D* ΜΗΛΙΚΕΡΤΗC *A* ΜΕΛΙΚΕΡΤΕC *H* ΛΕΡΤΑCΤΕC *H* ΛΗΡΑΤΑCΤΗC *A* citarista *Rr* chitharista *A* cytharista *HK* schita *R* scitha *GK* schyta *H* scnipha *post* scytha *add. D* 12 milicerta *L* *Sall. hist.* II 31 *p.* 144 *Kritz.* 13 Mauritania] *r* mauretania *RA* proditionis] *r* prodicionis *RA* 14 misserat *GL* Excipiuntur *LK* chartha *R* cartha *A* carta *GLK* catarecta *GK* catharecta *A* margarita catarecta *D* margareta *GgK* 15 genus etiam *G* 16 tyria *Dd* tyria *G et in litura L* 18 accusatiuum (accussatiuum *A*) dicendo in *AD* *Sall. hist.* II 24 *p.* 136 *Kritz.* *cf. lib.* VI § 9 19 Turiam] *d* tyriam *AD* esset ei accussatiuus *L* nonominatiuo *H*

nentium, masculina esse nulla est dubitatio: 'scriba', 'lixa', 'collega'. quae vero, cum apud Graecos communia sunt vel mobilia, apud Latinos in a desinunt tantum nec ex masculinis in 'us' desinentibus transformantur, commu||nia tantum et paene omnia a verbis sunt composita vel derivata, ut 'hic' et 'haec agricola', 'caelicola', 'advena', 'parricida', 'Graiugena', 'conviva'. **Pomponius in auctorato:**

conveni omnes convivas meas.

Horatius in sermonum I:

ut conviva satur.

7 Alia vero omnia propria sive appellativa in a desinentia feminina sunt, ut 'Musa', 'curia', 'Roma', 'Ilia'. in promiscuis tamen invenimus quaedam auctoritate veterum secundum genus masculinum prolata. **Virgilius in georgicon I:**

Aut oculis capti fodere cubilia talpae.

idem in **bucolico:**

Cum canibus timidi venient ad pocu||la dammae.

Horatius tamen feminine hoc idem protulit in I **carminum:**

Et superiecto pavidae natarunt
Aequore dammae.

item **Horatius in II epistularum:**

Si foret in terris, rideret Democritus, seu
Diversum confusa genus panthera camelo
Sive elephas albus vulgi converterit ora.

et magis in quadrupedibus hoc invenis: nam in aliis animalibus, si sint

1 ut scriba *AD* colliga *GK* uel cenniga *k* 2 ·II· DE COMMVNI GENERE *DL* uero *om. L* sint communia *G* sint *H* et apud *h* 3 nec *add. r* 4 communia sunt tantum *ADHGLK* poene *AH* sunt *om. H* 5 agricula *LK* caelicula *K* parridicida *A* 6 *Pompon. auctor. fr.* 2 *p.* 105 *Both. p.* 139 *Munk. fr.* II *p.* 193 *Ribb.* postquam conuenio omnes conuiuas meas *cod. Char. p.* 37 *P.* postquam conueni omnis conuiuas meas *Donatianus ex ed. Mediol. a.* 1504 *expressus ap. Gaisfordum script. Lat. rei metr. p.* VIII Postquam convivas omnes conveni meas *Bothius* postquam conveni convivas omnes meas *Munkius. at codd. scriptura proba:* . póstquam conveni ómnes convivás meas. *et sic etiam Ribbeckius* in *add. r* 7 meos *GL* 8 oratius *K* *Hor. serm.* I 1, 119 sermone *D* I *scripsi* II *RLK* II do *r* secundo *ADHG* 9 uti *Horatius* 10 ·III· DE FEMININIS. *D* ·III· de feminino *L* femina *R* 11 Ilia] illia *H* allia *h* ·IIII· DE PROMISCVO GENERE *DL* quaedam inuenimus *K* 12 prolata ut *D* *Verg. georg.* I 183 13 ·I· (primo *D*) georgicon *AD* 14 cap*ti (i?) *H* 'apti *Med.* foedere *A* 15 *Verg. ecl.* 8, 28 bocolico *AGK* 16 timidi] *sic etiam Pal. m. alt.* timidae *Med.* timide *Pal. m. pr.* ueniunt *L* damae *l* dam(m)nae *Med.* 17 *Hor. carm.* I 2, 11 *sq.* feminine] *r* femininae *RH* protulit hoc idem in ·I· epistularum. Et *L* 19 damae *gl* 20 Idem horatius *G* Idem *L* Horatius] *r* oratius *RHK* *Hor. epp.* II 1, 194 *sqq.* aepistolarum *K* 21 foret] *l* forte *L* rid&r&t *H* irrideret *r* ridet *Gk* ridere demotritus *A* et seu *GLK* uel heu *spscr. l* 22 diuerso *GK* confussa *L* pantera *RH* camelo] *h* camello *RHK* 23 sine *om. L* elifas *RG* elefas *r* eliphans *K* converterit] *cf. infra* § 23; *probat Bentleius ad Hor. l. l.* conuerteret *Ad cum codd. Horatianis* hora *RD* *post* hora: Hanc confusionem in a desinentia *add. R, uncis induxit et* glosa fuit *superscr. r* 24 quadrupedibus] *rh* quadripedibus *RHK*

promiscua in a, feminini articulos assumunt. in a neutra non inveniuntur 8
Latina, sed Graeca, ut 'poema', 'schema', 'emblema', 'toreuma', 'peripetasma', nisi tria monosyllaba Latina eiusdem generis literarum nomina indeclinabilia: a, ka, ha. omnia enim nomina elementorum propria neutra sunt tam apud nos quam apud Graecos et indeclinabilia. (numerorum vero nomina, quae declinantur, mobilia sunt vel per tres vel per duas terminationes, ut 'unus una unum', 'duo duae duo', 'tres tria', 'ducenti ducentae ducenta'; indeclinabilia vero communia sunt trium generum: 'hi' et 'hae' et 'haec quattuor', 'quinque', 'sex' et deinceps usque ad 'centum'. 'mille' quoque trium est generum, quia est indeclinabile.)

In e correptam neutra sunt omnia, ut 'marĕ', 'sedilĕ', 'monilĕ'. in e productam Graeca feminina, ut 'Euterpē', 'Libyē'.

In i neutrum, 'hoc gummi', et a genetivis composita communia trium generum, 'eiusmodi'. nam 'nihili', 'frugi', 'mancipi' obliqui sunt casus figurate cum omnibus casibus adiuncti. | ||

In o, i antecedente, quando non sunt verbalia sive participialia, mas- 9
culina sunt, ut 'hic stellio', 'gurgulio'; quando sunt verbalia sive participialia, feminina sunt, ut 'oratio', 'actio', 'coniugatio', 'coniunctio', 'interiectio'. g quoque vel d antecedentibus, si mutant o in i in genetivo, feminina sunt, ut 'virgo virginis', 'Carthago Carthaginis', 'uligo uliginis', 'dulcedo dulcedinis', 'acredo acredinis', 'cupido cupidinis', quod tamen et masculinum est, quando proprium est ipsius Amoris dei. excipiuntur supra dictae declinationis masculina haec: 'hic ordo ordinis', 'cardo cardinis'. 'margo' quoque auctoritate poetica non solum feminini, sed etiam masculini generis invenitur. Statius:

Solverat Hesperii devexo margine ponti.

1 DE NEVTRO *D* De neutro in a. *L* 2 scema *DGLK* 3 trea *G* genera *A* 4 k *Lr* ha] *r* a *R* h *L* 5 nos] Latinos *L* 6 mobilia sunt] *g* mobilia *G* uel per duas uel per tres *G* uel per duas terminationes uel per tres *L*
uel i h h
7 trea *G* 8 i et ae *Rr* 10 trium generum *G* quia] quod *GL* indeclinabile est *G* 11 DE NEVTRO ET FEMININO IN E *DL* monile sedile *L* mu-
y
nile *Ar* 12 euturpe *GL* lybyae *R* lybye *HKr* lipie *Ll* libiae *A* 13 DE NEVTRO ET COMMVNI IN I. *D* ut hoc *L* 14 ut eiusmodi *AD* huiusmodi *GL* nihili fugi *R* nichili frugi *r* 15 figuratae *AH* cum] com *A* 16 DE TRIBVS GENERIBVS IN O. *DL* quando] *r* q *G* quando si *RG* *** si *L* quando non] qñ *in*
si
q ñ *corr. in K* *vocc.* quando — gurgulio *gloss. visa Krehlio, quo teste in marg. add. Zwicc.* 1, 2 *Lips.* 2 *et m. rec. in Dresd., uncis inclusit Erl.* 2 *post* uerbalia siue participialia *vocc.* masculina — uerbalia siue participialia *om. HK* 18 ut oratio — feminina sunt *add. g* actio] *r* accio *R* interiectio coniunctio *R* 19 emutant *Rr* 20 Carthago] *r* karthago *AG* kartago *a* charthago *R* chartago *HL* karthago . nis *K* Carthaginis] *r* karthaginis *G* kartaginis *H* chartaginis *RL*
uel o
cartaginis *a* uligo . nis *Kk* 22 Amoris *om. AD add. d* diei *AD* supra-
i
dectae *A* 25 Statius] *r* statius thebaidos (tebaidos *R*) libro *RAHGLK* statius in libro thebaidos *D* statius thebaidos libro III *hl* *Stat. Theb.* III 407 26 hisperii *G* dinexo *L*

propria quoque inveniuntur feminina, quae apud Graecos in ω vel in ων desinunt, ut 'Manto', 'Dido', 'Sappho', 'Ruscino', 'Bubo', et unum Latinum 'Iuno' et appellativum in 'ro' unum, 'caro'. alia vero omnia masculina sunt, ut 'stellio', 'Anio', 'Cicero', 'Milo', 'Apollo', 'mango', 'praedo', 'ligo', 'carbo', 'sermo', 'quaternio', exceptis paucis communibus, quae communia esse tam ipsa natura quam exempla Graecorum nobis demonstrare possunt, apud quos vel communia vel mobilia haec inveniuntur, ut 'hic' et 'haec homo', ὁ ἄνθρωπος καὶ ἡ ἄνθρωπος, 'hic' et 'haec latro', ὁ λῃστὴς καὶ ἡ λῃστής. inveniuntur tamen ex his quaedam in a facientia femininum, ut 'leno lena'. Iuvenalis in II:

Aut apud Isiacae potius sacraria lenae. |

'caupo' quoque 'caupona' facit, quod est tam taberna quam mulier, et ad imitationem Graecorum: 'leo leaena' vel 'lea', 'draco dracaena', 'strabo straba'.

In u neutra sunt: 'cornu', 'genu', 'gelu'.

In c duo sunt neutra: 'hoc lac lactis' et 'allec allecis'.

In d neutra sunt: 'quid' vel 'quod' et 'aliud' - haec enim ratio nomina esse ostendit - et 'Bogud', nomen barbarum, quod Livius in centesimo quarto decimo declinavit Bogudis.

h
1 ων] r ON R ωn A   2 mantuo Rr   sapho GLK   nuscino K   nibo L uel bubo l bibo RDH Bito *Sturzius opusc. p.* 44. *at* Bubo, *quae est librorum AGKl lectio, mutatione non eget: est enim haec urbs Lyciae*   3 ** iuno K   unum in
o
ro L   uero *om.* G   4 appollo AHGL appallo K   margo L   6 natura ipsa D nobis demonstrant apud L   8 ω ΑΝΤΡωΠωC H O ΑΝΤΡωΠΟC AK O ΑΝΤΡΟΠΟC GL
.O Π Η Θ OC
ΑΝΤΡωΠωOC ΚΑΙ ΝΑΝΕΤΡωΠω Rr   ΑΝΘΡΟΠΟC K ΑΝΤΡΟΠΟC GL ΑΝΘΡωΠωC H   9 ΛΗCΤΗC
Θ Υ ΗΛΗCΤΗC
DGK ΛΗΤΕC A ΛΗCΤΗC H ΛΕCΤΕC L   O ΛΗCΤΗC ΚΑΙ ΗΝCΤΗC Rr   ΛΗCΤΗC D ΛΕCΤΕC L
Ι Η
ΛΗCΤΕC G ΔΗCΤΙC K ΛΗCΘΕC A ΛΗCΤΗC H   quedam feminina in a ut D   10 *Iuv. sat.* II 6, 489   11 Aut] ut A   isciacae RDH istiacae A ipsiacae GLK uel isiacae g
e
sacrariae K   laenae r   12 tam *add.* h   13 emitationem K   leaena Rr
o uel draca
leena GL lena K   draco . na Kk   dracena RAH dracena uel draca GL   15 DE .V. D
l
In V L .ut cornu D   genn genu H   genu gelu neru D   gelu genu ueru A
neutra
16 DE C. D(L?)   Sunt duo in c D   duo sunt K   neutra sunt L   ut hoc D   hallec AHG   hallec . cis K   hallecis DG halletis A hallec * is (t) H   17 DE NEVTRO ET MASCVLINO IN D. *et sic per sqq. terminationes titulos add.* DL   d duo neutra AD   quid et quod G   18 Bogud] *scripsi* bogud bogudinis RAHGk bogud bogudis DLKh   Livius] r libius RAHGK libyus D liuyus d   *Livii fragm. libro* CXIII *secundum Prisciani edd. assignavit Drakenborchius, Liv. t.* XIV *p.* 795 *ed. Stuttg., libro* CXII *coll. Prisc. lib.* VI § 22 *Weissenbornius t.* VI *p.* 12 *ed. Teubn. hoc loco* centesimo (centissimo GK) quarto decimo (quartadecimo L XIIII K) *literis exaratum tantum non omnes libri praebent; fragmenta infra laudata ad librum* CXII *pertinere et ipsa eorum argumenta et libri docent. Bogudis vero nomen etiam per a.* 46 *vicissitudines in libro* CXIIII *a Livio commemorari potuit, ut in variis fontibus utrumque numerum Prisc. invenerit*   19 bogudis declinauit K   Bogudis] d bugodis D

In 'al' Latina neutra sunt omnia: 'tribunal', 'cervical', 'vectigal'. excipitur unum monosyllabum masculinum, 'hic sal sa||lis'. Terentius in eunucho:

†qui habet in se salem.

Sallustius in Iugurthino: neque salem neque alia gulae irritamenta. inveniuntur tamen vetustissimi quidam etiam neutro genere hoc protulisse. barbara in 'al' desinentia masculina sunt: 'Hannibal', 'Hiempsal', 'Hasdrubal'.

In 'el' correptam neutri sunt generis, 'mĕl', 'fĕl', 'subtĕl', τὸ 11 κοῖλον τοῦ ποδός.

In 'el' productam barbara masculina inveniuntur: 'hic Michaēl', 'Gabriēl', 'hic Abēl'.

In 'il' unum masculinum, 'pugil', unum femininum, 'Tanaquil', unum commune, 'vigil', unum neutrum indeclinabile, 'nihil', quod per apocopen, id est abscisionem extremae syllabae, ab eo, quod est 'nihilum', factum est 'nihil'.

In 'ol' unum est masculinum, 'sol solis'.

In 'ul' quoque unum reperitur masculinum Latinum, 'consul', duo communia, 'praesul', 'exul', et barbara, 'Suthul', 'Muthul'; et sunt propria, quae ideo quidam neutra | esse putaverunt, quod appellativis neutris sunt coniuncta: 'oppidum Suthul'. sed melius est figurate sic esse apposita dicere, ut si dicam 'mons Ossa' vel 'Tiberis flumen', quam quod

1 latina neutra sunt latina omnia *L* ut tribunal *D* ceruic(a)el *K* 2 Excipiuntur *H* *Ter. eun.* III 1, 10: Verbis saepe in se transmouet qui habet salem (qui sal habet *Bentleius*) 3 eunocho *K* 4 in se] ipse *Ll* (uel n) 5 *Sall. Iug.* 89, 7 eugurthino *G* irritamenta gulae *cum libris Sallustianis GK* 6 tamen] *om. G* tamen et *AH* uetustissimi (*sic*) *H* neutra *K* 7 protullisse *G* ut hannibal *AD* annibal *Rr* hiemsal *AL* 8 Hasdrubal] *rd* hastrubal *D* hastrubas *R* 9 correpta *RH* suptel *DL* sabtel *K* *post* subtel: subtilis sed non in usu. *add. A* θω *R* θο *Hr* 10 κοῖλον] *r* κοιλων *RDGL* κοι.λων *A* κολον *H* κυλον *K* τοι *G* τοι *Rr* θωυ *H* 11 producta *RA* masculina barbara *HL* masculina inueniuntur barbara *D* inueniuntur masculina · *K* ut est hic *D* ut hic *G* mich(a)el *Kk* michahel *RAH* 12 hic gabriel *D* gabrihel *RA* grabrihel *H* hic Abel] hic abiel *G* abiel *K* ab•el (i) *L* ••••el (nestabel) *H* raphael *h* nechabel *R* nectabel *r*, *cf. lib.* VII § 30 13 ut pugil *L* 15 a(po)copen *A* apacopen *LK* est per abscisionem *D* est per extremae syllabae abscisionem *K* abscissionem *g* extramae *D* nihihilum *R* 16 factum nihil *D* 17 unum masculinum *L* ut sol *A* 18 reperitur] *r* repperitur *RAHL* latinum masculinum reperitur *D* 19 ex•ul (s) *DG* mathul *K* muithul *R* 20 neutri[s] *Rr* 21 oppidum] *r* opidum *RL* ut oppidum *A* 22 si *om. R* os(e)a *L* tyberis *R* tibris *Kk* fluium (flumen *in mg.*) *K* quam dicere quod

neutri generis in 'ul' terminantia sint, et maxime, cum lingua Poenorum, quae Chaldaeae vel Hebraeae similis est et Syrae, non habeat genus neutrum.

In 'am' unum invenitur commune trium generum et utriusque numeri, 'hic' et 'haec' et 'hoc nequam'.

In 'im' quoque unum neutrum proprium, 'Cim', nomen vici, ut dicit Celsus. et barbara indeclinabilia non solum in 'am' et in 'im', sed in alias quoque literas terminant, in quas Latina vel Graeca nomina non solent desinere, ut 'Abraham', 'Ioachim', 'Loth', 'Ruth', 'Iacob', 'David', 'Balac'. sed haec nomina nulla regula Latina vel Graeca sunt moderanda, nisi si transferantur in aliquam declinabilem formam, quod quidam historici fecerunt, ut 'Abrahamus Abrahami'.

III 12 In 'um' neutra sunt omnia: 'templum', 'regnum', 'tectum'. inveniuntur tamen || apud comicos feminarum quoque propria, quae in hanc terminationem diminutionis sive adulationis amatoriae causa proferuntur, ut 'Glycerium', 'Philotium', 'Dorcium', 'Sophronium', 'Abrotonum', quae quamvis articulos habeant femininos, declinationem tamen et formam tam apud Latinos quam apud Graecos servant neutrorum.

In 'en' correptam a canendo composita masculina | sunt, ut 'cornicĕn', 'fidicĕn', 'tubicĕn', 'tibicĕn', quorum feminina quae sunt in usu a genetivo figurantur mutata 'is' in a: 'fidicinis fidicina', 'tibicinis tibicina'. alia vero omnia in 'en' desinentia correptam neutra sunt, ut 'hoc numĕn', 'stamĕn', 'solamĕn', 'semĕn', cuius nominativum etiam 'hoc seminium' antiqui protulisse inveniuntur. Plautus in milite glorioso:

ADGKr 1 sint (v *supra*) *K* maximae *H* paenorum *RG* 2 chald•eae (a) *R* chaldeae *HAGL* caldeae *DK* uel *add. k* vel Hebraeae] uehebreae *A* hebreae *DH* ebreae *GLK* et (uel *supra*) *Kk* sire *R* sirae *r* syre *A* syreae *G* siriae *in* sireae *mut. K* 4 commune inuenitur *AH* trium generum commune *G* 5 ut hic *K* 6 quoque *om. H* vici] ciui *A* 7 solum et in *K* 8 aliis quoque litteris *D* quoque litteras *ex* litteras quoque *mut. R* nomina *add. l* 9 solunt *R* habraham *A* iochim *L* ioacim *GK* iocob *L* 10 Balac] *h* balach *D et in litura ni f. H* nomina *om. L* 11 si] *r om. RADHLK* transferentur *Rr* formam (a *supra*) declinabilem *D* 12 istorici (h *supra*) *Rr* storici *A* abraamus (h *supra*) *Rr* habramus (ha *supra*) *A* habrahmus *a* abraami (h *supra*) *Rr* 14 tamen *add. k* feminearum *L* 15 diminutionis *in marg. add. l* sive] aut *L* adolationis *GL* et amatoriae *L* ãamatoriae *G* 16 Glycerium] *h* glicerium *DL* gligerium *G* clycerium *AH* filotium *R* filocium *AHr* dorcium philocium *D* Dorcium] *r* dortium *RA* sofronium *A* sophroninum *Hh* Abrotonum] *h* abrotonium (h *supra*) *RH* afrotonum *r* abrotanum *A* abrotonium *Kk* abrothonium *G* habrotonum *L* 17 feminos *L* tamen et] *g* tam et *G* 18 grecos quam apud latinos *D* 19 ut *om. DL* 20 tibicen tubicen fidicen *D* tibicen liticen quorum *A* 21 genitiuis *A* figurate (figurantur *d*) a genitiuis *D* a ut tibicen tibicina tibicinis (tibicinis tibicina *d*) fidicen fidicinis fidicina *D* fidicenis fidicena tibicenis tibicena *K* tibinis (ci *supra*) *Hh* 22 correpta *RA* 23 st•amen *L* seminum (i *supra*) *RrAD* seminum *G* 24 ut antiqui *G* *Plaut. mil. glor.* IIII 2, 67 *sq.*

verri adfertur merces,
Non hic suo seminio quemquam †procule nam inpertiturus est.

excipitur 'flamĕn' [sacerdos Iovis] et 'pectĕn', quae sunt masculina. Trogus in XXII femininum a flamine protulit, 'haec flaminica': †Papicio flamen propter mortem flaminicae flaminio abiit.

In 'en' producta Latina generis sunt masculini: 'liēn', 'riēn' vel 13 'rēn' et 'splēn splenis'. Graeca vero in n desinentia eadem servant genera, quae habent apud Graecos: 'hic Ti|tan', 'haec Siren'.

In 'ar' Latinum unum dumtaxat proprium masculinum disyllabum invenitur, hic 'Caesar', et monosyllaba masculina, 'Lar', 'Nar' - Virgilius:

Sulphurea Nar albus aqua -,

barbara vero plura: 'Aspar', 'Bostar', 'Hamilcar', 'Arar', quod etiam 'Araris' dicitur. Lucanus in VI:

(*v.* 1059 *sq.*) 1 ne^{r}riafertur *L* uerrias fertur *A* nerriant fertur, uerreant ut tu *etc. libri Plautini* affertur *RADGK* merces] *h* mercis *AHKr Plaut. Vet.* 2 semino *GLK* quenquam *GL* q'quam *K* procule nam] *R* porculenam *r et sic apud Plautum Ge. Merula* porculae, nam *H* porculae nam *ADK* porculaenam *L* proculē *et* proculem *libri Plaut. opt.* porcellam *corr. Reizius* inpertiturus est] *h* impertiturus est *r* imperiturus est *K* inperiturus est *H* imperiiturust *Plauti Palat. decurt. et Vat.* inpertitust *Vet.* 5 *Trog. Pomp. fragm. hist. Philipp. lib.* XXII *v. Iustin. ed. Bongars. Paris.* 1581 *init. fol.* 6 *v., ed. Dübner. t.* II *p.* 221, *ubi perperam lib.* XXI *assignatur. Pompeii Trogi fr. ed. Bielowskius fr.* 25 *p.* 21 *sq.* feminini *A* a flamen flaminica protulit *L* flaminca *RDH* flaminca *K* Papicio] papitio *AH* Papirius *Bongarsius, Falsterus amoen. philol.* III 238 Papisius *s.* Papirius *A. G. Cramerus in ann. ms. ad Gell. noct. Att.* X 15, 22 6 flamen propter mortem] *L, om. rell.* propter mortem *a* flaminice *H* .flamenice *A* flaminicae *K* flaminea *D* flaminio (m) *R* flamonio *AGk* abiit] *L et sic Bongarsius, Falsterus, Cramerus, Krehlii censor Ien. l. l. p.* 418 obiit *libri rell.* 7 productam *DL* Latina *om. L* 8 ren splen *L* splenis] *h* et splenis *AH* splenis *om. DL* in *n (?) *R* in en *h* 9 Graecos] illos *G* ut hic TITAN *D* t^{y}itan *Kk* sirien *A* 10 unum *add. h* dumtaxat unum *A* duxtaxat *H* 11 monsillaba *L* nar lar *K Verg. Aen.* VII 517 in *post* Virgilius *add. H* in VII. *Drh* 13 solphurea *G* sulphorea *HL* sulphuria *A* solphuria *K* sulpurea *Med. Rom., deficit Pal.* aluus *L post* aqua: Lar quando significat κατοικίδιον θεόν, laris facit genitiuum, sin autem imperatorem Veientorum, Lartis, quem mactauit Cossus. et testis Ouidius in epigrammatis [*t.* IIII *p.* 164 *ed. Burm. cf. intpp. ad Quint.* VIIII 3, 70]: Larte ferox caeso Cossus opima tulit. Liuius in IIII ab urbe condita: Larte Tolumnio rege Veientum [*cf. Liv.* IIII 17, 1: ad Lartem Tolumnium Veientium regem]. *GLk* (Lar *om. L* quando] quod *G* quoque *k* KATOYKAIAIONE ΕωΝ *G* KATIKAIωN**** *L* KATOYKAIAION ΗωΝ *k* imperatorem] regem *k* ui^{e}entorum *L* ueentorum *k* quem quem *k* machtauit *L* cosus *k* cesso *L* cosus *k* Lipyus *L* Lypyus *G* Lippius tulit in *k* ui^{e}entum *L* uientum *Gk*). *eadem continet cod. Monac., ubi m. alt. verbis a* Lar — opima tulit *inductis spscr.* glosa ē usque huc. *tamquam gloss. haec ascripta in D:* Lar quando significat KATOIKAION id est habitaculum deorum laris facit geñt sin autem imperatorem ue^{i}gentorum lartis. quem mactauit cossus et testis est ouidius dicens larte ferox cesus cossus opima tulit. Lar domus mulierum quia ignis in ea semper custodiebatur Nam lar ignis a greco KATOKEO id est uro. 14 ut aspar *A* amilchar *RG* hamilchar *HLK* etiam *add. l* 15 Lucanus *om. L* *Luc.*

p. 645. 46 P. p. 175. 76 K.

Rodanumque morantem
Praecipitavit Arar.

Virgilius vero in bucolico:

Aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim

accusativum in 'im' protulit, qui a nominativo est in 'is' terminante, 'hic Araris'. unum etiam commune trium generum eiusdem ex||tremitatis invenitur: 'hic' et 'haec' et 'hoc par' et quae ex eo componuntur, 'im-
14 par', 'dispar', 'compar', 'separ'. alia vero omnia in 'ar' desinentia Latina neutra sunt, ut 'hoc laquear', 'lacunar', 'lupanar', 'instar', 'far', 'columbar', quod signi|ficat genus vinculi. Plautus in rudente:

Nam †in columbari collus haud multum post erit.

In 'er', si sint secundae declinationis, masculina sunt: 'sacer', 'ager', 'Auster', 'beber', 'puer', 'oleaster'. sin vero tertiae sint declinationis in 'er' desinentia, b vel u loco consonantis quidem antecedente, neutra sunt, nisi sint adiectiva, ut 'tuber', 'cadaver', 'suber', 'ver', 'uber', quod significat τὸ οὖθαρ. Virgilius in VII:

non vobis rege Latino
Divitis uber agri Troiaeve opulentia deerit.

excipitur 'hic imber', quod videtur a Graeco esse ὄμβρος et illius genus
15 servasse, et ex eo composita: 'September', 'October', 'Mulciber'. terrae

Phars. VI 475 sq. cf. lib. VII § 50 VII H 1 Rodanumque] r Luc. Voss. B rodanunque R rhodanumque Luc. Voss. A 2 praecitauit H aras A Verg. ecl. 1, 63 (deficit Med.) 3 uero om. G bocolico GA bocõ K bocolicis L 4 ararem Pal. bibet] libet A 5 qui a nominativo] h quia nominatiuo AH quia nominatiuus in is terminatur D 6 cummune L 7 et ab eo composita impar D inpar RH ·In·par· A 8 conpar R semipar GL et ex separ mut. K 9 ut om. L laque^{a}or H lupinar L ins^{t}ar Hh post far: farris differentiae causa asciscit alterum r in genetiuo D 10 columbar] D uel collumbar d collumbar k columbuar L Plaut. rud. III 6, 50 (v. 888) rudente• (m) H 11 ^{Nã} in A columbariã Rr columbari Kk collus] colus L collum Zwicc. 2 Krehlii cum libris Plaut. eius collum Pareus collum eius Fleckeisenus, qui nunc sic potius scribendum esse censet: Nam collus in columbari hau multo post erit haud] r haut K aud RH aut (ã G) GL multo libri Plautini post terit R poterit H 12 In ^{e}r Rr si sunt H ut sacer r 13 beber] Krehlius in annot. cf. schol. Iuv. 12, 34 beuer rd plerique libri Krehl. pedur (ni f. in voc. lituris ab r fere diruto) R peuer ADH liber h glossatores in nonnullis Krehlii codd. castor gloss. in Erl. 1 Krehlii om. GLK sunt H in R R 14 *** neutra H 15 adiectiua ex deiectiua corr. A ^{t}cuber Rr suber add. h ver] uerber GL uber K 16 τουταρ (^{θοουθαρ}) Rr το ουτεαρ A θο ουταρ H το ουεαρ K το ορεαρ G Verg. Aen. VII 261 sq. 18 diuiter Hh troiaeque ex troiaeue corr. Pal. der^{is}it AH cum Pal. Fr. (deficit Rom.) deerit Ver. d^{e}erit Med. 19 hic add. h uidetur et a DH ^{o}υμβροc esse Kk ὄμβρος] μ om. RH ιμβρωc r οιμβροc GL ουμβροc H ουμβρωc D ωυμβροc A ὁ ὄμβρος 2 ὁ ὄμβρος π et sic (?) Krehlii Lips. 1 ante esse seruasse genus R 20 seruare K octember L Terrae — passer

quoque fetus, si sint in 'er' desinentes tertiae declinationis, neutri sunt generis: 'siler', 'papaver', 'laser', 'cicer', 'siser'. excipitur 'haec acer', quod 'huius aceris' facit genetivum: nullum enim femininum in 'er' desinens secundae potest inveniri declinationis. Ovidius:

Et platanus genialis acerque coloribus inpar.

Solinus in memorabilibus de arbore turis: palam fieret, intorto eam esse vimine, ramis ad aceris qualitatem. 'iter' | quoque vel 'itiner' vetuste neutri sunt generis et 'spinter', quod ἀκροχέριον aut fibulam in umeris aut armillam significat. Plautus in Menaechmis:

†Iubeas spinter novum reconcinnarier.

idem in eadem:

Mihi tu dederis pallam et spinter? numquam factum reperies.

alia vero omnia masculina sunt, ut 'hic pater', 'frater', 'asser', 'passer', 16
'cancer' (vetustissimi etiam 'hoc cancer' de morbo protulerunt), 'hic agger', 'anser', 'carcer' (et 'hoc carcer' quidam protulerunt, quos non sequimur), 'hic equester', 'paluster', exceptis duobus, quae ipsa natura defendit feminino generi, 'mater' et 'mulier', ('linter' quoque, || quod apud Graecos masculinum est, ὁ λουτήρ, apud nostros femininum est. Livius in VI:

Iam in altum expulsa lintre)

et adiectivis, quae si non in 'is' facient feminina, necessario communia

p. 151, 14 *in litura g* Terrae enim quoque *A* 1 quoquo *R* foetus *Lg* si *om. L* in·r *R* desinentia *D* declinationis *om. L* 2 ut siler *D* cicer (piper) *Hh* acer (arbor) *Rr* arbor acer *A* 3 aceris *add. l* facit in genitiuum *A* in r *ALg* 4 *Ovid. metam.* X 95 5 geni•alis *K* genitalis *Lg cum libris aliquot Ovidianis* impar *ADGLK* 6 *Solinus in memorabilibus* 33, 8 *cf. lib.* VI § 44 memoralibus *Lg* admirabilibus *lib.* VI *l. l.* 7 ad] et *L* aceris *in litura l* Inter *Rr* 8 itener *DK* itiner *d* netustae *A* spinther *g* aut fibulam] naufroualam *L* 9 humeris *ADHg* *Plaut. Menaechm.* III 3, 4 (*v.* 527) menechmis *g* menecmis (ne) *RD* megmis (i) *A* menegmis *H* minethmis (c) *K* micenis *L* 10 iubeasque *libri Plautini* spinther *g* reconcinarier *g* 11 *Plaut. Menaechm.* IIII 3, 9 (*v.* 683) eadem] *d* eodem *DL* 12 tu] *g* tu si *R* tum *AD* ut tu *Plauti Vet.* tu ut *Plauti Decurt. Vat.* .deris (.de) *g* palam (l) *Kk* et *om. RAH add. r* spinther *g* tu nūquam *L* reperies] *r* repperies *RAH* releceris (relegeris, redixeris) *libri Plautini* repereris *Ritschelius* 14 masculini *K* sunt in ·r· ut *A* hic *add. l* aser *L* paser *g* 15 cancer *sup. lin. add. al. m. in R* uetustissimi — carcer *om. R add. r* hoc de morbo *L* hic agger — protulerunt *post* protulerunt *om. G add. g* 16 agger] *h* anger *AHKrd* ager *Dg* anser cancer et hoc carceri *A* 17 sequimur] *r* sequitur *RA* aequestri *L* 18 diffendit *G* generi] *k* genere *LK* al̃ genere *in mg. r* mater mulier *K* mulier mater *L* 19 masculinum] *l* femininum *L* ΕΛΩΥΤΗΡ *Rr* ΟΛΟΥΝΤΗΡ *GL* ΟΛΟΥΘΕΡ *H* Libius *LK* Livius in VI] *Livius sc. Andronicus in Odyssea, quae iam Merulae erat ad Ennium p.* CCXVI *sententia. est enim prius versus Saturnii hemistichium* 20 VI] VII *H Dresd.* 2 *Krehlii* III *spscr. in Lips.* 1. 30 (*i. e.* 3°) *Lips.* 3. *numerus videtur corruptus esse* 21 expulsam lintrem *A* lyntre *DH* 22 et •• adiectiuis (ab) *D* in at et adiectiuis *Rr* non is *G* faciunt *AKH* faciant *L* nescessario *R* commo-

sunt (ut 'celer' masculinum 'celeris' facit femininum, cuius neutrum in e invenitur. Ovidius metamorphoseon VIII:

praedaque potita nefanda
Fert secum spolium celeris progressaque porta.

Terentius in Phormione:

†Nullus es, Geta, nisi | aliquid consilium celere reppereris):

'pauper', cuius femininum in a quoque vetustissimi proferebant - Plautus in vidularia:

Paupera haec res est.

Terentius tamen in Andria:

quam honeste in patria pauper vivere -,

'degener', 'uber' - ὁ εὐθαλὴς καὶ ἡ εὐθαλὴς καὶ τὸ εὐθαλές, Lucretius in VI:

sequitur gravis imber et uber.

Cato in II originum: itaque res uber fuit, antequam legiones -.

17 'Acer' et 'alacer' et 'saluber' et 'celeber', quamvis 'acris' et 'alacris' plerumque faciant et 'salubris' et 'celebris' feminina, in utraque tamen terminatione communis etiam generis inveniuntur prolata. Virgilius in VI:

nia *L* 1 **** celer *L* celer celeris masculinum celeris *H* masculinum — femininum *om. DL add. d* 2 inuenitur *om. G* Ouidius — porta *om. L* X *in mg. l* *Ovid. metam.* VIII 86*sq.* in VIII. metamorphoseon *D* metamorfoseon *K* VII *A* 3 Preda quae *Rr* 4 spolia *K* sceleris *libri Ovidiani plerique. hunc versum in cod. Marciano m. rec. ad marg. adscriptum spurium esse censuit Nic. Heinsius, eiecit Merkelius* progressaque *R* progresaque *GL* 5 *Ter. Phorm.* I 4, 1 *cf. lib.* VII § 57 formione *HLK* 6 Nullus es]·Nullu's *Bentleius* Nullus — nisi] nisi es geta nihil *G* aliquod *d* iam aliquod *Prisc. infra l. l. cum Ter. Bemb. Bas. et Donato* aliquod iam *Bentleius cum cod. C. C. Terentii et codice quodam vetusto Prisciani lib.* VII tibi consilium *libri Terentiani* celere consilium *L* caelere *Rr* reppereris] *HGr et lib.* VII *l. l. fere omnes* repereris *Ld et ex veterrimis suis libris Terentianis Bentleius* repperies *RA* reperies *D Lachmannus in Lucr. p.* 210 repperis *K cum Bas.* repper*** (iat, t *ut vid. m. ant. in* s *corr.*) *Ter. Bemb.*

8 protulerunt *L* Plaudus *Rr* *Plaut. vidul. fr.* 3 *p.* 441 *Both. cf. Lindemanni ad Prob. inst.* II 1, 34 *p.* 116 *ann.* 2 9 uitularia *L* 10 paupera] *r* pauper *R* 11 *Ter. Andr.* IIII 5, 3 *cf. lib.* XVI § 9 tamen in *ex* in tamen] *corr. L* in at M
12 honeste *Rr* in patria honeste *Ter. Bas.* pauper in patria *L* pauper***uere *K* paupere uiuere *k* uiueret *Ter. Bas. et sic ex codd. duobus Ter. Bodleianis Bentleius* 13 ὁ εὐθαλὴς] ο ΕΥΘΑΛΕC *L* ο ΘΥΘΑΛΗC ΚΑΙΝΘΥΘΑΛΗΚΑΙΘΟCΥΘΑΛΗC (ΟΗΥΘΑΛΗ ΚΑΥΗΙCΥΘΑΛΗCΚΑΥΘΘΟCΥΤΑΛΗC) *Rr* ο ΕΥΘΑΛΗC ΚΑΙΝΕΥΤΟΘΑΛΗC. ΚΑΠΟΕΥ. ΘΑΛΗC *A* ο ΘΥΘΑΛΗC ΚΑΙΗΘΥΘΑΛΗC ΚΑΙΟΘΥΘΑΛΕC *H* ο CΥΘΑΛΗC ΚΑΙ Η CΥΕΛΑΛΗC ΚΑΥ ΤΟ ΚΥΕΛΑΕC *Kk* τὸ εὐθαλές] ΤΟ ΕΥΘΑΛΗC *DG* *Lucr.* VI 290 III *K* *Cato origg.* II *p.* 107 *Kr. fr.* 36 *p.* 274 *R. fr.* LX *p.* 43 *Wr.* 16 uirginum *Ll* (uel ori) legiones] s. accederent *gloss. cod. Heidelb.* uastassent (uestassent *μ*) regiones *edd. ante α* uastassent legiones *edd. inde ab α usque ad Putschianam* 18 Acer uel et *K* Alacer et acer *D* caeleber *r* alacris et acris *D* faciant plerumque *L* 19 faciunt *K* 20 etiam generis inueniuntur etiam prolata. Virgilius etiam in *K* *Verg. Aen.* VI 685 in VI *om. L*

alacris palmas utrasque tetendit.

idem in V:

Ergo alacris cunctosque putans excedere palma.

Te|rentius in eunucho:

quid tu es tristis? quidve es alacris?

Naevius in carmine belli Punici:

fames acer
Augescit hostibus.

Ennius in XVI:

Aestatem autumnus sequitur, post acer hiems.

idem in XII:

Omneis mortaleis victores cordibus vivis
Laetanteis vino curatos somnus repente
In campo passim mollissimus perculit acris.

frequentior tamen usus in 'er' profert masculina et in 'is' feminina, quorum neutra semper in e finiuntur. ('hic volucer' et 'haec volucris' et 18 'hoc volucre' facit. Horatius in IIII carminum:

Inclusit volucris dies.)

In 'ir' masculina sunt, ut 'hic vir', 'levir', 'Trevir', 'abaddir'. unum

1 Anchises alacris *RAD* Achises alacris *H* alacris *ex corr. Pal.* *post* tetendit: de anchisa dicens *add. RGL et in litura H* de anchisa dicit *AD* de anchissa dicitur *K. gloss. ex lib.* VI § 40 *ortum esse vidit et expunxit Krehlius, duce cod. suo Lips.* 3 palmas alacres *L* 2 *Verg. Aen.* V 380 in V aeneidos *Da* in georgicon III alacris (v *supra*) *L* 4 *Ter. eun.* II 3, 13 eunocho *L* *post* eunucho: parmeno dicit ad chaeream (chercam *GHLKr* ceram *R*) *add. GRHLKd* haec parmeno dicit ad chaeream (cheream *D* cheriam *A*) *add. AD* 5 quidues (e *supra*) *Bemb. m. alt. corr.* es *om. Bas.* 6 Neuius *libri* *Naevii bell. Pun.* V 1 *p.* 202 *E. S. p.* 71 *Klussm. inc.* IX *p.* 18 *Vahl. cf. lib.* VI § 40 7 acer haec fames *L* 8 augessit *A* angescit *K* 9 *Enn. ann.* XVI 34 *E. S.* XVI *fr.* XII *p.* 61 *et p.* LXXVI *Vahl.* 10 hiems] *r* hiemps *RAD* hiems fit *Serv. ad Aen.* VI 685 hiemps sit *Serv. cod. Cassell.* 11 *Enn. ann.* XII 3 *sqq. E. S.* XII *fr. unic. p.* 55 *cf p.* LXXI *sq. Vahl. v. etiam lib.* VI § 40 12 omnes *RD* omnis *AHGLKr* mortales *RADh* mortalis *HGLKr* vivis] huius *RHG* '*An* hibus (hiuus) *latet?*' *Vahlenius* 13 lactantes *G* lactantis *K* laetantes *rell.* uiro *A* curatos *ex* curantes *corr. A* 14 in — mollissimus *om. L* ÷ *in mg. l* mollissimos *d* 15 proferre *L* 16 hic uolucer — dies *supra post* perculit acris *collocant libri. est adnot. archetypi marg., quae loco alieno in verba scriptoris illata est* 17 facit *om. G* Oratius *RLK* *Hor. carm.* IIII 13, 16 19 DE MASCVLINO ET NEVTRO IN IR. *D* ut uir *H* uir duumuir leuir *et ad mg.* duumuir a uiro est compositum, leuir enim dicitur ΟΑΝΑΡΟΑΝΕΑΦΟϹ treuir est gens gallica hic *K* leuir duumuir a uiro est compositum. leuir enim dicitur ΟΑΝΑΡΑΔΕΑΦΟϹ (ΟΑΝΑΡΑΔΕΑΦωϹ *D*) treuir enim gens gallica (gallia *ex* gallaa *corr. A*) treuir (hic treuir *Dd*) abaddir *AD* treuir (hic *L*) duumuir a uiro est compositum (hic *G*) abaddir *GL* *post* abaddir: deus esse dicitur hoc (uel hoc *A*) nomine (nomen *K*) lapis ille (lapis ille lapis *L* ‡lapis ille ***** *l*) quem Saturnus uorasse (deuorasse *H*) traditur pro ioue (pro ioue uorasse traditur *D*) quem graeci βαίτυλον (*sic r*, ΒΑΤΥΤΥΛωΝ *R* ΒΑΤΤΥΛΟΝ *GK* ΒΑΥΛΟΝ *H* ΒΑΤΥΛΟΝ *in litura l* ΒΑΤΤΥΛΙΟΝ *A* ΒΑΕΛΛΙΟΝ *D* uel ΒΑΝΤΥΛΙΟΝ *d*) uocant *add. libri; in marg. relegavit Krehlius, cf. lib.* VII § 32 et unum *L*

proprium civitatis invenitur 'Gad||dir' - quod quidam femininum esse putaverunt, sed Sallustius neutrum esse | ostendit in II historiarum accusativum nominativo similem ponens: ut alii tradiderunt, Tartessum, Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddir habent; nam si esset femininum, 'Gaddirem' dixisset - et unum neutrum indeclinabile, 'hoc ir'.

IIII 19 In 'or' comparativa quidem communia sunt: 'hic' et 'haec clarior', 'felicior', 'melior', 'minor', excepto uno 'hic senior'; alia vero omnia masculina sunt, ut 'hic orator', 'cursor', 'furor', 'doctor', 'horror', 'labor', exceptis femininis quidem tribus, quorum duo ipsa natura alterius esse generis prohibet, 'uxor' et 'soror'. 'arbor' etiam, quod iure inter feminina connumeratur, quod 'mater' quoque dicitur proprii fetus unaquaeque arbor auctore Virgilio, qui in II georgicon hoc ostendit dicens:

Parva sub ingenti matris se subicit umbra.

unde specialia quoque uniuscuiusque arboris nomina feminina sunt, excepto 'oleastro', quod tam forma terminationis quam declinatio prohibuit esse femininum. nam 'siler' non est inter arbores ponendum, sicut nec 'rubus'.

20 neutra quoque in 'or' desinentia quattuor inveniuntur: 'marmor', 'aequor', 'ador', 'cor', praeterea communia, quae etiam apud Graecos communia sunt: 'memor', 'immemor', et | a decore vel corpore vel colore composita, 'hic' et 'haec indecor', 'dedecor', 'bicorpor', 'tricorpor', 'discolor', 'concolor'. 'auctor', quando αὐθέντην significat, commune est, quando αὐξητήν, 'auctrix' facit femininum, sicut omnia verbalia in 'or' desinentia.

In 'ur', si sint propria vel deorum vel gentilia vel appellativa avium

1 inuenitur ciuitatis *D* gadir *D* 2 *Sall. hist.* II 32 *p.* 144 *Kr. cf. lib.* VI § 45 3 similem nominatino *A* tartesum *LK* 4 ciuitatem Hispaniae *L* tyri *L* tirii *AGK* 5 Gaddir] *d* gadir *D* Gaddirem] *d* gadirem *DH* 6 *post* neutrum: TO HNAP *add. A* TW HNAP *D* *post* ir: TO TENAP THC HIPWC (*i. e.* τὸ θέναρ τῆς χειρός) *G* TO ΘENAP THC NIPAC *L* TO THNAP THC NIPOC *K* 7 DE QVATTVOR GENERIBVS IN OR. *D* quidem *om. L* communia *ex* commonia *corr. L* comunia *K* 8 uno *om. H* 9 ut *om. HGK* honor *D* uel horror *d* 10 quidem tribus *ex* tribus quidem *corr. K* generis esse *AHGLK* 11 et] *R om. rell.* 12 connomerator *Dd* conumeratur *L* quodque dicitur propri *Rr* foetus *ALKr* 13 *Verg. georg.* II 19 14 paruae *L* subigit *Med.* 15 spetialia *H* 16 aleastro *K* tamen *A* declinatio *Hh* 17 ponendum] numerandum *L* 18 quatuor in or desinentia *D* desentia *A* ador arquor *G* 19 ador *Rr* cor ador *D* cor] color *l* praeter *L* 20 inmemor *Ha* corporae *A* colore uel corpore *L* uel colore *add. h* 21 hic et haec et hoc *GL* dedetor• *H* tricorpor] *r* triporcor *R* 22 quando *om. A* AYΘENTHC *Dd* AYΘHNTHN *A* AYΘHNΘHN *R* AYΘENTEN *H* AYΘHNTEN *L* AYTENTEN *K* commune quando est *K* est *om. G* AYΞHTH *Rr* AYΞ••HN (HT) *D* AYXETEN *L* 23 autrix *Rr* auttrix *A* antrix *DH* 24 DE TRIBVS GENERIBVS IN VR. *D* ir *Rr* ur desinentia si *AD* sint propria] *Krehlius in ann.* sint nomina propria *H* sint nomina propria *Rr* sint hominum propria *ADGK* sint hominum uel deorum propria *L* alium *Rr*

vel f ante 'ur' habentia, masculina sunt: 'Anxur', 'Astur', 'turtur', 'vultur', 'furfur'; verbalia vero, quae hominibus imponi possunt, communia sunt, si sint tertiae declinationis, ut 'augur', 'fur'. **Horatius** in I **sermonum**:

Iulius et fragilis Pediatia furque Voranus.

unum secundae invenitur masculinum, 'satur', cuius femininum in a terminat. alia vero omnia eiusdem termi||nationis nomina neutra sunt: 'murmur', 'gut- 21
tur' (quod etiam masculino genere protulit **Plautus** in **aulularia**:

Etiamne obturat inferiorem gutturem,
Ne quid †anima forte amittat dormiens?),

'sulphur', 'Tibur', 'robur', 'iecur'.

In 'as' Latina, si sint patriae, communis sunt generis, 'hic' et 'haec Arpinâs', 'Sufenâs', 'Capenâs', quorum ideo extrema syllaba circumflectitur, quia per syncopen 'ti' syllabae, sicut saepe diximus, prolata sunt. antiquissimi enim 'hic' et 'haec Arpinatis', 'Sufenatis', | 'Capenatis', proferre solebant. alia vero omnia in 'as' desinentia feminina sunt, ut 'pietas', 22
'probitas', 'auctoritas', excepto uno proprio, 'Maecenas Maecenatis'. (est etiam 'Laenâs', quod differentiae causa in fine circumflectitur. **Iuvenalis** in I:

Quod captator emat Laenâs, Aurelia vendat.)

inveniuntur tamen alia quoque propria in formam gentilium prolata, ut 'Antias' historicus, et monosyllaba: 'as assis', 'mas maris', 'vas' masculinum 'vadis', neutrum 'vasis', et 'hoc fas', 'nefas', 'nugas' etiam, omnis 23

1 x uel f (x *in litura*) *L* x uel t uel f *dh et m. rec. in R* ut anxur *AD* ax[n]ur *Ll* tu[rt]tur *Rr* 2 hic furfur *R* inponi *AH* in[poni]possunt *Dd* 3 fur augur *D* oratius *K* *Hor. serm.* I 8, 39 sermonum] *rd* sermone *RD* 5 pediacia *R* peditia *A* pedatia *H* pudiatia *K* noro[a]nus *Rr* foranus *G* furanus *K* 6 secundae declinationis *AD* inueniuntur *A* inuenitur declinationis masculinum *l* masculinum inuenitur *D* ut satur *r* femininum satura *D* terminatur *D* terminat satura *K* terminatur satura *GL* 7 mormur *GK* uel murmur *g* guttur *om. G* quod — dormiens *notam sc. archetypi marginalem ad* guttur *pertinentem post vocc.* sulphur — iecur *exhibent libri* *Plaut. aulul.* II 4 (III 1) 25 *sq.* aularia *L* 9 etiamnec *GLK* obturat] *d* obdurat *ADGL* guttorem *LK* 10 anima] animae *libri Plaut.* animai *G. I. Vossius Arist.* IV 3 *p.* 546 *ed. Eckst.* amitat *G* 11 solphur (ph *in litura*) *G* solfur *K* sulphur [uel θ] iecur *Dd* iecur est iecoris uel io[e]cineris *Dd* 12 DE ·S· SED PRIMVM DE V GENERIBVS IN AS. *D* communis] *h* communi *AH* 13 suphenâs *R* suffenâs *r* cupenas *H* tapenas *G* ideo *om. H* circunflectitur *Lg* 14 saepe] *r* sepae *R* 15 enim quoque hic *D* suffenatis *RA* *post* Sufenatis: Capenatis — Maecenatis *om. R add. r* capinatis *A* 16 omnia *om. L* femininam *A* 17 probit[a]us *H* auctor[i]atas *A* mecenas mecenatis *GKr* moecenas maecenatis *A* Maecenatis *om. L* 18 etiam] enim *K* lenas *DHKg* leenas *AGd* deferentiae *K* circunflectitur *Lg* *Iuv. sat.* I 5, 98 20 captor *L* Laenas] *L* leenas *d* lenas *rell. cum codd. Iuv.* auri[e]lia *Kk* aurelea *G* 21 formam] *d* forma *ADh* prolata *add. r* 22 hystoricus *H* monosyllabis *RAHK* monosillabis *GL* asis *GL* 23 uassis *AK* omnis] *d*

generis, quae sunt indeclinabilia. Graeca vero tam in 'as' quam in alias quascumque syllabas terminantia eadem servant apud nos genera, quae habent apud Graecos, si eandem servant terminationem etiam apud Latinos, quam habent apud illos. in multis enim videmus commutatione terminationis genera quoque esse conversa, ut ὁ κρατήρ 'haec cratera', ὁ χάρτης 'haec charta', ὁ κηρός 'haec cera', ὁ ἀμφορεύς 'haec amphora', ὁ πάνθηρ 'haec panthera'. Horatius in II epistularum:

Diversum confusa genus panthera camelo
Sive elephas albus vulgi converterit ora.

13 par *Dd* Per mare *ad fragm. Ennii pertinere perspexit Krehlius t.* II *p.* 515 pro ma**re (ne) *HL* 14 Suppra dictorum *K* Caprum] *de dub. gen. fr. p.* 12 *comm. Osannianae, cf. lib.* VI § 76 Probum] *Valerium Probum Berytium ut arbitror v. Graefenhanium hist. phil.* IIII 154 *sq. coll. O. Iahnio prolegg. in Pers. p.* CXXXIX. *huius Probi auctoritate usus est Caper teste Charisio p.* 94 *P. et ad eundem Caprum hoc Prisciani de Probo testimonium referendum esse censeo, cf. etiam lib.* VIII § 26, *lib.* VIIII § 54 *lib.* X § 7. 21. 45. 46. *sic etiam aliis quibusdam locis, ubi cum vetustioribus plerunque grammaticis Probus a Prisciano citatur, non pleniorem aliquam Probi iunioris institutionum editionem intellegendam esse puto, quae Osanni est sententia, Beiträge etc.* II 210 *sqq., sed ipsum illum Berytium, cuius mentionem ubique ni f. aliunde hausit Priscianus, cf. lib.* I § 39 VIII 97 VIIII 34 X 11. 38. 49. 52. *iunioris vero Probi operi-*

DE NVMERIS.

VIIII 46 Numerus est dictionis forma, quae discretionem quantitatis facere potest. est autem vel singularis vel pluralis, nam dualis apud Latinos non invenitur. singularis est, ut 'homo', pluralis, ut 'homines'. et sciendum, quod in uno proprie numerus non dicitur, sed abusive, quomodo nominativus casus non est, sed abusive casus dicitur, quod facit alios casus, quamvis multi de hoc dicant, quod ideo casus sit dicendus, quod a | generali nomine cadant omnium specialium nominativi. sed si ob hoc casus est dicendus, omnes partes orationis possunt videri casum habere: et verbum enim et adverbium et coniunctio a generali verbo et adverbio et coniunc-

47 tione cadunt in speciales positiones singularum. alii autem dicunt, quod ipsa terminatio nominativi cadens in alias diversas terminationes non incongrue casus nominatur, cum na||turam habeat, ut cadere possit et cadendo faciat omnes casus; quippe si casus dicitur non solum illud, in quod cadit aliquid, sed etiam ipsa res, quae cadit. unde aptota dicunt illa nomina doctissimi artium scriptores, quae nominativum tantum habent casum, in quo refutatur illorum ratio, qui ideo putant eum casum nominatum, quod a generali nomine cadat. possumus autem et a maiore et frequentiore parte casuum, qui sunt obliqui, hunc quoque accipere nominatum, quomodo et syllabas ex singulis vocalibus dicimus. ergo singularis quoque numerus bene dicitur, quod ipse geminatus et multiplicatus facit omnes numeros et quod omnes numeri ex ipso componuntur et in ipsum dissolvuntur.

48 Et singularis quidem numerus finitus est, pluralis vero infinitus. cum enim dico 'homo', certum est de uno dicere, cum vero 'homines', incertum est, de quot, nam a duobus usque ad innumerabiles extenditur significatio. itaque natura numerorum quoque certorum invenit nomina, quibus

bus usus est qualia hodie leguntur. Probi iunioris opusculis librum de generibus s. de dubiis generibus annumerat Eichenfeldius anal. p. XX *cf. Pompeium ad Don. p.* 156 *L. Osannum Beitr.* II 259 *sq.* inuenies *rdl* 1 DE NVMERO *G* EXPLICAT DE GENERIBVS .·. INCIPIT DE NVMERIS. *D* expl. de generibus inc. de numero *L* de numeris incipit *K inscr. om. H* 2 diccionis *Rr* diccionis *H* *post* potest: dictiones possunt dici omnes partes orationis *add. D del. d* 4 DE CASV *D* sciendum est *Gk* 5 propriae *RK et in* proprie *corr. H* non dicitur numerus *G* quomodo] quoniam *DL* nominatiuis non *Dd* 6 est *add. l* 7 multi] *l* muli *L* dicunt *D* 8 cadunt *HGL* ob *DHGLK add. h* 9 habere casum *D* 10 coniuntione *R* 11 cadunt et in *k* 12 incongruae *Rr* 14 faciet *r* facit *L* si *om. D del. h* illum *Rr* quot *R* quo *Gr* *post* in quod: id est obliqui casus *add. H del. h* cadit] *d* cadat *DGLK* 15 *post* aliquid: id est obliquos casus *add. r* id est obliqui casus *D del. d* cadat *D* aptato *H* 16 quae] qui *L* 17 qui *ex* quae *corr. H* nominatiuum *L* 18 autem *om. H* et a frequentiore *H* 19 olliqui *R* nominat**um (iu) *D* 20 syllabas et singulis *K* 21 DE NVMERIS *D* 22 in ipsum *ex* in ipso *corr. H* dissolvuntur] *r* disoluuntur *L* desoluuntur *G* dissoluitur *R* 23 quidem *ex* quoque *corr. R* 24 dicere] dici *r* 25 innumerabiles *H* 26 numerorum] *g* uerborum numerorum *G* inuenit certorum *L*

adiunctis nihil ultra citraque intellegere liceat, ut 'homines duo', 'centum' vel 'mille'. ergo dubitationem pluralium discutit adiunctio eorum nominum, quae singulis numeris sunt propria suae cuiusdam positionis, quippe cum sint pluralia non a singularibus nata. |

Numeros autem hae habent dictiones, quae personas quoque habent vel finitas vel infinitas, id est nomina, verba, participia, pronomina. unde si deficiat personis verbum, deficit etiam numero, qualia sunt infinita, impersonalia, gerundia vel supina. adverbium vero, quamvis saepe demon- 49 stret numerum ad significationem nominum numeralium, non tamen quasi accidentem hunc habet: accidentia enim generalia fere sunt ad omnes species partium perfectarum. quod enim dicas singularis numeri adverbium vel quod pluralis? cum similiter omne adverbium tam singularibus quam pluralibus verbis adiungitur, etiam || numerale quemcumque numerum significet - ut 'singillatim circumeo' et 'singillatim circumimus', 'pluraliter loquor' et 'pluraliter loquimur', 'saepissime dico' et 'saepissime dicimus' -, quod in nulla parte alia numerum possidente potest contingere nisi figurate, ut, cum sint numeri singularis, plurali addicantur vel, cum sint pluralis, singulari. praeterea nomen et pronomen et verbum et participium declinantur in numeros. adverbium autem quicquid significet et quemcum- X 50 que numerum, indeclinabile manet. hoc tamen interest inter numerorum nomina, quae sunt indeclinabilia, et inter adverbia, quod ea licet tam singularibus adiungere, ut praedixi, quam pluralibus, ut 'milies dixi' et 'milies diximus', illa vero non nisi pluralibus, ut 'mille homines diximus'. nec praepositio igitur nec coniunctio nec interiectio numerum habent, quippe nec personas significant.

Inveniuntur quaedam nomina, quae utrumque numerum eadem voce

1 contraque (i *supra* a) *Rr* ·x· *post* duo *add. K* 2 adiunctio] *l* adiuctio *L* adiuntio *H* 3 singulis] *rh* in singularis *R* singularis *H* numeris] *h* numeri• *H* suae] *r* siue *R* 4 *post* nata: Omnia enim a se nascuntur. nam duo non est ab uno deriuatum (diriuatum *Gk*) nec tres a duobus nec quattuor (quatuor *Gh*) a tribus *add. DGLhk* 5 DE PARTIBVS QVE HABENT NVMERVM ET QVE NON. *D* Numeros *ex* Numerus *corr. L* 7 deficit] *g* defecit *GK* sunt infinitiua *D* inpersonalia *H* 8 adverbium] *d* Inde aduerbium *D* demonstrat *HL* 9 nominum] *r* numerum *R* nemeralium (v *supra* e) *Hh* 10 accedentem *GK* accedentia *g* 11 quod] *l* cum *L* 12 quod *om. L* 13 *post* adiungitur: ut male fecit et fecerunt *add. h* significet] *dg* significat *DGL* 14 singilatim *L* singulatim *G* circueo *HL* circumeo et singillatim] *om. DK* circueo singillatim *in marg. add. k* circumeo *add. d* singilatim *L* singulatim *G* circuimus *HGL* 16 in ulla (n *supra* ulla) *Kk* posidente *L* 17 addicantur] *R* adiungantur *DLGrh* adiunguntur *HK* 19 significet et] *α* significet *codd.* significat uel *edd. ante α* quemque *D* quenqunq; *G* 20 *a* manet *iterum inc. A cf.* § 36 hoc tamen] hoc autem *Dresd. Krehlii* (*R?*) 21 ea] ea aduerbia *Ar* •ea (a) *H* 22 milies] *h* millies *KH* millies *K* 23 nissi *G* nisi plurubus *A* 24 habet *L* 25 nec *add. k* *post* significant: In uerbis nulla uox eademque apud latinos singularis et pluralis est id quod apud graecos interdum inuenitur ut HAHTON HITO NAHTWn EXINWI *G cf.* § 52; *in L hoc l. duarum fere lin. litura* 26 nemerum (u *supra* e) *Kk*

demonstrant, ut in prima declinatione singularis genetivus et dativus et | pluralis nominativus et vocativus, 'huius' et 'huic poetae' 'hi' et 'o poetae'.
51 et in mobilibus trium generum omnibus singularia feminina et pluralia neutra eandem vocem habent: 'haec prima' ἡ πρώτη καὶ τὰ πρῶτα, 'sacra' ἡ ἱερὰ καὶ τὰ ἱερά, 'maxima' ἡ μεγίστη καὶ τὰ μέγιστα. in secunda quoque declinatione genetivus singularis et nominativus et vocativus pluralis idem est: 'huius docti' et 'hi docti' et 'o docti'. in tertia omnium in 'es' productam terminantium, cum pares habeat nominativo syllabas genetivus, nominativus quoque pluralis et accusativus et vocativus idem est, ut 'hic verres' 'hi' et 'hos' et 'o verres', 'haec caedes' 'hae' et 'has' et 'o caedes'. in quarta etiam genetivus singularis et nominativus et accusativus et vocativus pluralis idem est, quippe in omnibus his casibus producitur 'us': 'huius fluctus' 'hi' et 'hos' et 'o fluctus'. in quinta quoque declinatione omnis nominativus et vocativus singularis et nominativus et accusativus et vocativus || pluralis idem est, ut 'haec' et 'o res', 'spes', 'fa-
52 cies', 'hae' et 'has' et 'o res', 'spes', 'facies'. nec solum in nominibus, sed etiam in pronominibus invenies quaedam communia utriusque numeri, ut in his, quae genetivum vel dativum singularem in i terminant et similiter nominativum pluralem: 'mei', 'tui', 'sui', 'nostri', 'vestri', 'illi', 'isti', 'ipsi', 'ei'. 'qui' quoque tam singularis est nominativus quam pluralis. in participiis quoque mobilibus idem fit, quod in nominibus. nam in verbis nulla vox eadem apud Latinos singularis est et pluralis.

Sunt quaedam | nomina semper singularia vel natura vel usu: natura,

1 in *add.* *k* 2 nominatiuis et uocatiuis *A* hi et o poetae *add.* *h* 3 Et immobilibus *Rr* Et immobilibus *H* omnibus] *l* nominibus *LK* singulariam *Rr* 4 ut haec *ADh* πρώτη] *l* ΠΡΟ.ΤΗ *A* ΠΡѠΘΗ *r* ΠΡΟΤΗ *L* ΘΑ *r* ΠΡΟΤΑ *A* ΠΡѠΘΑ *r* ΤΡѠΤΑ *D* 5 hιΗΡΑ *Rr* ΘΑ ΙΗΡΑ *r* ἡ] *om.* *R* ΜΕΤΙCΤΕ *R* ΜΗΘΙCΤΗ *r* ΜΗΓΙCΤΕ *G* ΜΗΓΙCΤΗ *AL* ΘΑ *r* ΜΕΤΙCΤΑ *R* ΜΗΘΙΑCΘΑ *r* ΜΗΓΙCΤΑ *AL* ΜΕΓΙCΖΑ *K* 6 pluralis *ni f. in lit.* *H* plurales *h* 7 idem] id *H* ut huius *r* et hi] hi *HG* docti *om.* *GL* ho *Rr* omnium] *r* omnia *rell.* uel nomina *add.* *k* 8 terminantium] *r* terminantia *RAHLK* disiuentia *G* nominatiuum terminantia *D* habeant *H* 10 has] as *A* 11 etiam declinatione genetiuus *A* 12 uocatiuus. Idem est pluralis quippe *A* idem est] *h* id est *ni f. in lit.* *H* quippe] *k* quoque *K* 13 ho fluctus *H* 14 uocatiuis *Rr* singularis — pluralis *in mg. add.* *r* et *ante* accusatiuus *add.* *h* 15 idem] *h* id *H* est*** ut *H* ut *om.* *L* o res] ores *A* 16 o res] ores *A* species *G* nec] N̄ *G* nominibus] *h* omnibus *H* 17 etiam pronominibus *A* 19 ut mei *AL* 20 ei — tam *in litura g* singularis quam pluralis nominatiuus. In *L* 21 nominibus] omnibus *G et in* nominibus *corr. in* *K* 22 Latinos *** singularis *H* et pluralis est *D* *post* est *a* *D*, *post* pluralis *ab* *ALh* *add.* quia id (idque *L*) apud grecos interdum inuenitur ut ΗΛΘΟΝ ΕΓѠ ΗΛΘΟΝ ΕΚΕΙΝΟΙ (*sic* *L* ueniebam ego ueniebant illi *add.* *l* ΗΛΗΤΟΝ.ΙΝΤΟ ΗΛΗΤΟΝ.ΚΗΙΝΙCΙ *A* ΗΛΗΤΟΝ ΙΤѠ ΗΛ*ΤѠΝ ΚΝΙΝΗCΙ *D* ΗΛΗΓѠΝ ΗΙΤѠ. ΗΛΗΓΟΝ ΗΙΤѠ *H*, *literas extr. in litura add.* *h*, *cf.* § 50 23 DE HIS QVAE DEBENT ESSE SEMPER SINGVLARIA *D* semper *om.* *G* singularia semper *K* Natura au-

ut propria, quae naturaliter individua sunt: 'Iuppiter', 'Venus', 'Ceres',
'Achilles', 'Hector', 'Sol', 'Luna', 'Italia', 'Sicilia', 'Cilicia'; usu, quae sin-
gulariter proferri tradidit usus, ut 'sanguis', 'pulvis'. in his tamen ipsis
est quando vel eventus vel partitio regionum vel diversae opiniones vel
auctoritas veterum cogit vel quando pro appellativis quoque proferuntur, ut
etiam plurali numero proferantur: eventus, quod evenit saepe eodem pro-
prio nomine duos vel plures nuncupari, ut 'Aeneas' Anchisae filius et Sil-
vius 'Aeneas', 'Pyrrhus' filius Achillis et 'Pyrrhus' rex Epirotarum, 'Aiax'
Telamonius et 'Aiax' Oilei filius. haec enim non naturaliter communia 53
sunt, quippe nullam qualitatem communem significant, sed casu diversis
contigere personis. idem facit partitio regionum, ut 'Gallia' citerior et
'Gallia' ulterior, diversae opiniones, quod quidam multos soles et multas
lunas esse putaverunt ('terra' quoque, 'virtus', 'pietas', 'iustitia', 'probitas'
et similia, quando deas significant, propria sunt, quando vero partes vel
in hominibus sitas res, appellativa sunt. itaque si sint propria, non ha- 54
bent pluralem numerum, sin appellativa, habent); auctoritas, ut 'mella',||
'frumenta', 'ordea', 'farra' plurali numero protulit Virgilius, cum in usu
frequentiore singularis numeri sunt, sicut alia quoque plurima, ut 'san-
guis', 'pulvis', 'pax', quae tam singulariter quam pluraliter prolata idem
possunt significare. sed pluraliter non utimur eis, quia auctoritas deficit, |
cui si collibuisset, quomodo 'cruores', dicere 'sanguines', vel quomodo 'ci-

tem propria *A* 1 nataliter (ur) *K* ut iuppiter *DGKh* iupiter *L* 2 achiles *G* sol luna italia sicilia cilicia hector achiles *L* haector *RA* sicilia italia cilicia sol et luna *D* Sicilia Cilicia] *r* sicilia *RH* scilicia *A* usque quoque quae *H* 3 (ut) et sanguis *K* In (h) is *Rr* ipsis propriis est *A* 4 partitio] *r* partio *R* partitipio *A* partic**io (ip) *K* opiniones] *g* openioues *G* oppiniones *H* 6 in plurali *Rr* proferuntur *K* DE NATVRA *D* proprio] *r* propriae *R* 7 uel plurales *A* noncupari *G* noncipari *in litura k* siluius eneas *K* 8 pyrrus *RAK* pirrus *H* pirrhus *DG* phirrhus *L* achilis *GL* pyrrus *RAHK* pirrhus *DG* phirrhus *L* epirotarum rex *LK* epyrotarum rex *H* epyrotarum *RA* 9 tellamonius *L* thelamonius *G* olei *DG* 10 nullam *in mg. l* ad nullam qualitatem, *add. nota v, haec in mg.:* Non ideo eodem nomine nuncupati sunt quod aliqua qualitate similes fuerint si duo nigri uel duo formosi. *add. r cf. infra* significat *A* contigere diuersis *A* 11 contigere] *rh* contingere *RHL* contigere (u) *K* personas (i) *K* *post* personis: Non enim ideo eodem nomine nuncupati (noncipati *k*) sunt quia qualitatem similem habent id est quod (quae *A*) duo albi essent uel duo nigri (nigri duo *GLh*) uel (et *k*) duo formosi (formosi duo *GLk*) *ADGLhk*, *quae merito exulare iussit Krehlius cf. supra r* galli (a) *Rr* oterior (ci) *A* 12 opiniones] *g* openiones *G* oppiniones *H* 13 putauerunt uel quando. Terra *Rr* uirus *A* piaetas *Rr* pieta*s (u) *H* 14 sunt propria *A* 16 *post* appellatiua, habent: quando partes uel in hominibus sitas (sitis *A*) res significant. *repetunt AD del. d* 16 DE VSV. *D* ut *om. AGL add. l* 17 hordea *DL* .Plurali *H* *Vergilius* mella *protulit ecl.* 3, 89 4. 30 *georg.* I 131 IIII 35 *etc. cf. ind. Erythraei s. v.*, frumenta *georg.* I 150. 189. 315 *etc. cf. ind. l. s. v.*, hordea (*sic Med.*) *ecl.* 5, 36 *georg.* I 210. 317, farra *georg.* I 73. 101. 219 III 127 18 fr q,tiore *L* sunt (i) *Rr* plurima **** (sunt) *D* puluis samguis *L* 19 pax lux euae *k* tam] *k om. G* tamen *Hg* 20 defecit *GLK* 21 conlibuisset *D* quomo(q/do) *Rr* sanguinis *A* 1 inpediret *H*

neres', sic 'pulveres', nihil impediret. sciendum tamen, quod metallorum vel seminum vel umidorum ad mensuram vel ad pensum pertinentium pleraque semper singularia inveniuntur, ut 'aurum', 'argentum', 'aes', 'plumbum', 'stannum', 'vitrum', 'orichalcum', 'electrum', 'triticum', 'ervum' ὄρυζα, 'faba', 'lens', 'pisa', 'conchis', 'acetum', 'liquamen', 'mulsum', 'oleum'. adeo autem haec usus, non regula prohibet etiam pluralia habere, quod quidam propria confisi auctoritate plurali quoque, ut dictum est, haec protulerunt numero, ut 'ordea', 'frumenta', 'fabae', 'vina', 'mella'.
55 similiter sunt quaedam semper pluralia vel natura vel usu: natura, ut 'Gemini', proprium in signo caelesti, et 'Pisces', usu, ut 'manes', 'arma', 'moenia', 'Floralia', 'Saturnalia', 'nundinae', 'Kalendae', 'Nonae', 'Idus', 'Compitalia', 'Neptunalia' et omnia paene festorum dierum nomina. sunt quaedam singularia voce, intellectu pluralia, quae etiam comprehensiva dicuntur, id est περιληπτικά, ut 'populus', 'exercitus', 'legio'; alia contra intellectu singularia, voce pluralia, ut 'Athenae', 'Thebae', 'Mycenae', 'Maenala', 'Gargara', 'Tartara', 'Dindyma', 'Baetra'. inveniuntur tamen in his quaedam etiam singulariter prolata idem significantia. Virgilius in V:

Argolicove mari depressus et urbe Mycena.

Statius in VIIII Thebaidos:

Vive superstes, ait, diraeque ad moenia Thebes

metallorum vel seminum] r metallorum seminum *R* 2 umidorum] *R* humidorum *r rell.* psum *H* 3 aes auricalchum ••••••• uitrum plumbum stagnum triticum *D* plummum *L* 4 stannum] *π* stagnum *libri* orichalcum] *nonnulli Krehlii codd., ut vid., π* oricalcum *RAH* auricalcum *Kr* aurichalcum *DG* auricalchum *L* triticum (uel a) *Kk* ervum] herba (um) *L* herba *G* 5 OPIZA *ADH* obriza *L* ab riza *G* pissa *G* pis•a *H* (cannabis) conchis *Hh* concis *L* acoetum (a) *Rr* 7 quidem *Rr* confussi *G* confusi *ni f. in litura L* confisa,ᵃ *l* (uel a) confusi *Kk* 8 ordea] *in litura h* hordea *ADKl* faba (e) *Rr* 9 DE HIS QVAE DEBENT ESSE SEMPER PLVRALIA *D* sunt *add. r* pluralia] plura *R* pluria *D* gemini et castor et pollux proprium *D* 11 menia (o) *Hh* compitalia neptunalia id est festae per quatuor dies factae nundinae kalendae nonae idus *D* calendae *L* 12 competalia *GK* compi•talia *H* poene *AH* DE HIS QVAE VOCEM HABENT ET INTELLECTVM E CONTRARIO. *D* 13 quaedam] alia *D* quae (dam) *L* uoce singularia *L* plulalia *H* conprehensiua *ADH* 14 περιληπτικά] ΠΕΡΙΑΕΜΤΙΚΑ (2) ΠΕΡΗΑΗΗΠΤΙΚΑ *Rr* ΠΗΡΙΑΗΜΠΤΙΚΑ *A* ΠΕΡΙΑΗΜΤΙΤΙΚΑ *GL* ΠΗΡΙΑΗΜΤΙΤΙΚΑ *K* ΠΕΡΙ•ΑΗΜ•ΤΙΚΑ (Α-Π) *D* ΠΗΡΙΗΝΤΙΚΑ *H* ΠΕΡΙΑΗΜΤΙΤΙΚΑ dicuntur *L* sunt alia *AD* contra] *d* contraria *AD* 5 uoce pluralia intellectu singularia *D* singularia sunt *h* Athenae] *d* athaenae *A* athene *D* tebae *A* micenae *RL* mecenae *G* mycene *D* mychenae *HK* menela *K* menala *rell.* 16 tarthara *Rr* dindima *AG* dyndima *L* dyndyma *K* in his quaedam *ex* quaedam in his *corr. G* 17 *Verg. Aen.* V 52 18 argoliquoue *AK* depressus] *RADHK cum libris aliquot Verg. dett.* depreusus *1 Vergilius* dep̄hensus *GLk* urbe] *sic etiam Pal. m. alt.* arce *m. pr.* urbicena (emi) *Rr* micena *L* mecena *G* Mycena *libri aliquot Vergil. deteriores* Myceeae *Med. Pal.* Mycenis *Rom.* 19 *Stat. Theb.* VIIII 294 *sq.* IX *L* VIII *rell.* Thebaidos] *r* tebaidos *RG* 20 uiuae *Rr* uiuere *GK* semperstes *A* diraeque] q̄ *G* thaebes *r* taebe *R* thebis *G*

Solus abi.

'Maenalus' quoque dicitur et 'Tartarus' et 'Gargarus'. Virgilius in bucolico:

Maenalus argutumque nemus pinos|que loquentes
Semper habet.

idem in VI:

tum Tartarus ipse
Bis patet in praeceps tantum tenditque sub umbras. ||

DE FIGVRIS.

Figura quoque dictionis in quantitate comprehenditur: vel enim simplex est, ut 'magnus', vel composita, ut 'magnanimus', vel decomposita, quam Graeci παρασύνθετον vocant, id est a compositis derivata, ut 'magnanimitas', quae rationabiliter separatim accepta est figura a Graecis. neque enim simplex poterit esse, quae a composita derivatur dictione, neque composita, quia, quod suum est compositorum, non habet, id est ut ipsa per se ex diversis componatur dictionibus separatim intellegendis sub uno accentu et unam rem suppositam [id est significandam] accipiat, ut est 'respublica', 'iusiurandum' et talia. una est enim res supposita, duae vero voces diversae sub uno accentu prolatae, quas invenis separans compositum, etiamsi sit a corruptis compositum, ut est 'parricida'. hoc enim ipsum per se compositum quaerentes ex quibus dictionibus est, invenimus divisione facta eas per se intellegendas: dicimus enim a parente et a verbo 'caedere', quae utraque per se integra sunt et intellectum habent plenum, quod in decompositis fieri non potest. si enim dicam 'magnanimitas compositum est a magno et animitate', nihil dico, 'animitas' XI 56

i
1 abe *Rr* abii *LK* habii *G* 2 menalus *libri* *Verg. ecl.* 8, 22 *sq.* bocolico *AGK* 4 menalus *DHGLK* argutumque] *ra* argutum quae *RA* loquentes *etiam Ver.* loquentis *LPal.* 5 semper] *r om. L* siper *R* 6 *Verg. Aen.* VI 577 *sq.* 8 patet *add. r* intenditque *R* tendit quae *A* 9 DE FIGVRIS incipit *LK* EXPLICAT DE NVMERIS INCIPIT DE FIGVRIS *D inscr. om. AH* 10 conprehenditur *AD* semplex *G* 12 παρασύνθετον] π ΠΑΡΑCΙΝΘΕΤΟΝ *L* ΠΑΡΑCΙΝΤΕΤΟΝ
th
G parasyntheton *H* parasinthetou *K* parasindeton *Rr* parasinthethon *D* parasinteton *A*
a magnanimus
est de compositis *GL* magnanimitas *A* magnanimitas a magnanimus *D*
o
13 *post* magnanimitas *unum folium deest in L, inc. iterum ab initio* § 68 Dest u duo *m. rec. in mg.*
x ler
14 simples *A* semplex *G* posit *Kk* diriuantur *A* 15 id est
is
ex ut est *corr. A* ut ipsa ut ipsa *H* 16 intellegendo *Rr* 17 subpositam *RHK* 18 res puplica *G* talia] *d* italia *K* alia *GD* enim est *ADGK* subposita *RHK* 19 diuersae uoces *D* 20 si.t (n) *D* compositum *om. D*
i
parrycida *Rr* *ab* hoc enim *iterum inc. B cf. lib.* IIII § 2 22 *post* enim: diuisione facta *add. D et sup. lin. Ah* 22 parens *A* 23 et uerbo *G* a caedo uerbo *D*
prolata
caedo *A* utraque *add. h* per se prolata intigra *G* per se integra *Kk* 25 compositum est] *r* com *R* magnus et animitas *A* animitate *ex* animante *corr. H*

enim per se non dicitur. necesse est ergo dicere, quod 'magnanimus' quidem compositum est a magno et animo, quae sunt intellegenda per se, a magnanimo autem derivatum est 'magnanimitas': quamvis inveniuntur multa du|bia, utrum decomposita sint an composita, ut 'impietas', 'infelicitas', 'perfectio'. quae si ab impio et infelice et perfecto dica-
57 mus derivata, decomposita sunt, cum autem in duo separatim intellegenda possint dividi, videntur esse composita, quomodo etiam participia, quae a compositis verbis derivantur, ut 'perficiens', 'neglegens', 'circumdans', 'anteveniens'. sunt tamen quaedam, quorum simplicia in usu frequenti non sunt, ut 'defensor', 'repleo', 'compleo', 'suppleo', 'deleo', 'releo', 'defendo', 'offendo', 'respicio', 'aspicio', 'suspi||cio', 'despicio'. quod autem rationabiliter simplicia quoque horum possunt dici, ostendunt nomina ex eis nata: 'plenus' quasi a 'pleo' verbo, 'letum' quasi a 'leo' verbo et 'leor'. 'specto' etiam verbum quasi a verbo 'spicio' natum est frequentativum.

58 Componuntur autem nomina modis quattuor: ex duobus integris, ut 'tribunusplebis', 'iusiurandum'; ex duobus corruptis, ut 'benivolus', 'pinnirapus'; ex integro et corrupto, ut 'inimicus', 'extorris'; ex corrupto et integro, ut 'efferus', 'impius'. et sciendum, quod omnes partes orationis habent composita absque interiectione et plerisque participiis. interiectiones enim semper simplices sunt, participia vero vel simplicia vel decomposita plerunque [id est a compositis verbis derivata] sunt: per se enim

2 quidem *om.* *K* est *om.* *GK* magnus et animus *A* anima (o *sup.*) *R* 3 magnonimo (a *sup.*) *Rr* magnanimus *ADK* autem *sup. lin. add.* in *K* quamuis tamen inueniantur (*ex* inueniuntur *corr.*) *B* 4 impiaetas *R* 5 perfeccio (t *sup.*) *Rr* sibi ab *Rr* impius et infelix et perfectus *D* 6 deriuatiua *B* 7 possint] a possunt *BA* a *om.* *A* 8 pficiscens *A* circundans *g* 9 eueniens (añ *sup.*) *Kk* tamen *om.* *K* quaedam composita quorum *A* semplicia *G* 10 defensor] *h. l. om.* *D* *add.* *d* defendo *in litura* *h* subpleo (p *sup.*) *Rr* supleo *K* releo] redeo *B* releo defensor defendo *D* 11 suspicio] *om.* *K* *ante* aspicio *in mg. add.* *k* suspitio *H* dispicio *GK* 12 semplicia *G* 13 ple*o (n) *B* et laetum *K* laetum *RAH* loetum *rd* quasi] *h* quas *H* loeo *H* uerbo leo *D* 14 loeor *H* spicio] specio *GK* spitio *H* 15 frequentativum] *b* frequent**** *B* 16 quatuor modis *GK* duabus *K* duobus modis integris *A* intigris *G* 17 tribunus plebis *ex* tribunus. plenus *corr.* *B* duabus *K* ut *ante* beniuolus *om.* *RBHK* beneuolus (i *sup.*) *H* pennirapus *Rr* pennirapus *D* pennireptus (uel pennirapus *sup.*) *Gy* pennereptus *K* *post* pinnirapus: Nam si non cessent composita femininum in ae dyptongon fecissent si quae nequae uti quis facit femininum. *H* *cf.* § *sq. extr.* 18 intigro *g* ut *om.* *G* extoris (r *sup.*) *Rr* 19 intigro *G* DE PARTIBVS QVAE COMPONVNTVR ET QVAE NON. *D* et sciendum est *D* 20 habent *add.* *r* interiecciones (t *sup.*) *R* Interiectionis *A* 21 semplices *G* semplicia *G* simplicia sunt *A* decomposita id est a compositis uerbis plerunque sunt diriuata *K* 22 a *add.* *r* sunt *om.* *DG*

raro componitur participium. nam si quis dicat, | 'faciens' participium compositum fieri 'efficiens', sciat hoc minime potuisse fieri, nisi prius verbum compositum fuerit, ut est 'facio efficio', et ex hoc verbo nasci participium 'efficiens'. quae enim participia per se componuntur, pleraque amittentia vim participii transeunt in nomina, ut 'potens impotens', 'doctus indoctus'. ideo autem diximus 'pleraque', quod illa participia videntur a simplicibus suis esse composita, quae non verborum sui temporis, sed participiorum simplicium regulam servant, ut 'contigi contactus' a simplici 'tactus', 'coegi coactus' a simplici 'actus', 'contuli collatus' a simplici 'latus'.

Nomina vero componuntur vel cum aliis nominibus, ut 'omniparens', XII 59
'paterfamilias', vel cum verbis, ut 'armiger', 'lucifer', vel participiis, ut 'senatusdecretum', 'plebisscitum', vel pronominibus, ut 'huiuscemodi', 'illiusmodi', vel adverbiis, ut 'satisfactio', 'beneficus', 'maledicus', 'causidicus', vel praepositionibus, ut 'impudens', 'perfidus', vel coniunctionibus, ut 'uterque', 'quisque', 'nequis', 'siquis', quae composita esse ostenduntur a femininis in a desinentibus, ut 'siqua', 'nequa' quomodo 'ali||qua'. et 60
componuntur vel a duabus dictionibus, ut 'septentrio', 'semivir', vel a

1 a faciens *Krd* facien *Rr* participio *Ar* compositum participium *G* cōpos̃ partĩ *K* 2 sciet *R* hoc [uel minime posse] . fieri *A* minime potuisse fieri] *Dr cum quinque Krehlianis* in paucissimis (*ex* pocissimis *corr. R*) fieri *RBH et in ras. K* in paucis fieri potuisse *G* 3 fuerit] *in litura K* fuisset *ADG* ut est] id est *DG* et] atque *DHGL* aeque *K* ex *om. DGK add. dk* 5 amitentia *G* amittentia *K* inpotens *RBADH* 6 dicimus *A* pleraque *corr. ni f. ex* plerūque *H* 7 a] ex *A* semplicibus *G* composita esse *K* tem[poris] *Rr* 8 semplicium *G* contigi] *rd* contingi *RAD* conta[c]xtus *Rr* contractus *A* contac**tus *H* 9 coegi coactus *in litura H* semplici *et sic fere ubique G, h. l. et aliquotiens K* conlatus *BHGK* 11 uero *om. A* omnipotens *GK* 12 Lucifer *A* uel cum participiis *BADG* 13 senatusdecretum] *h* senatusdicretum *K* senatus *H* plebisscitum] *rd* plebiscitum *RADHGK* uel pronominibus] *R* at cum *in mg. r* uel cum pronominibus *G* huius[ce]modi *Bb* 14 illius**modi (ce) *K* uel praepositionibus — perfidus *ante* uel aduerbiis — causidicus *collocat D* uel cum aduerbiis *G* satisfacio *A* beneficus maledicus causidicus] *om. H add. h* malidicus *K* malificus *G* maleficus *h* causidicus] *om. D* caus[i]edicus *RrA* causidicus uel casidicus *K decem fere litt. lac. in B* 15 uel cum praepositionibus *G* inpudens *AHK* uel cum coniunctionibus *G* coniuntionibus *R* 16 siquis nequis *D* esse *om. G* ostenduntur esse *K* 17 aliqua [est]. *Kk* *post* aliqua: Nam nisi (si *A* si non *H*) essent composita (compi[o]sita *D*) feminina (femininum *AR m. rec. b*) in ae diphthongum (dyptongon *D* diptongon *Ab* dytongū *R m. rec.* dyptongum *H* diptongum *K* dip̄ *g*) fecissent: siquae, nequae, uti (ut *Kb*) quis femininum quae facit (fem̃ quae fa: *in litura h* facit femininum quae *Kg*) *add. ADKg, H iterum* (*cf.* § 58) *et m. recentior* (*non r*) *in R, om. etiam Heidelb. cum duobus aliis Krehlii* 18 uel d[a]uobus *Rr* duabus] *b* duobus *B* semiuir septentrio dicitur plaustrum id est arcton quia septem stellas habet. triones enim quasi teriones. *D*

tribus, ut 'imperterritus', 'inexpugnabilis', 'inextricabilis', vel | amplioribus, ut 'cuiuscumquemodi', quae tamen solent ex iam compositis secundam compositionem accipere. primo enim compositum est 'perterritus', 'expugnabilis', 'extricabilis', et post 'imperterritus', 'inexpugnabilis', 'inextricabilis', similiter 'imperfectus', 'ineluctabilis' et similia. est ergo illud quoque attendendum, quod separata composita non solum in simplices resolvuntur dictiones, sed etiam in ante compositas, sicut sunt ea, quae a tribus vel amplioribus componuntur. ipsa tamen quoque ante composita necesse est in duas intellegibiles dictiones resolvi. componuntur tamen etiam quaedam ex decompositis: 'potens' a verbo 'potes', quod est compositum. ex hoc componitur 'impotens', 'omnipotens', 'ignipotens', 'viri-
61 potens' ex simplici et decomposito. et est sciendum, quod, si duo sint nominativi, ex utraque parte declinatur compositum, ut 'respublica reipublicae', 'iusiurandum iurisiurandi', quod Graeci numquam faciunt in compositis. dicunt enim, oportere compaginem, qua cohaerent in compositione dictiones, immobilem manere. hoc igitur non servantes [Latini] divisorum quidem utimur declinatione, accentu tamen compositorum. in omni enim casu sub uno accentu ea proferentes composita esse ostendimus, et possumus dicere, per singulos casus ea componi. quod dicentes non videmur contra supra dictam Graecorum de compagine rationem facere. nec mirum apud nos per singulos casus nomina componi, cum apud illos quoque inveniuntur etiam verba quaedam, quae per diversa tempora componuntur, ut *καταγράφω κατέγραφον*, *ἀναγινώσκω ἀνεγίνωσκον*. nam si a praesenti *καταγράφω* dicam nasci *κατέγραφον*, incipit labefactari || compago

1 a tribus] *h* tribus *ADH* trium *B* tribus dictionibus *K* inperterritus *BAH* inextricabilis *add. b* 2 ex iam] etiam *A* etiam ex *GK* 3 est] esse *K* 4 postea *Ab* inperterritus *RA* 5 inperfectus *B* 6 adtendendum *RBADH* ten addendum *K* seperata *G* 7 . Sicut *D* eas quae *A* quae in tribus *G* 8 componuntur *sup. lin. add. K* quoque tamen *B* 9 ditiones *R* 10 quod est . uerbum compositum *AD* compositum **** *K* 11 hoc enim componitur *D* componitur *om. H* 12 et decomposito est. Et sciendum *K* DE DECLINATIONE COMPOSITORVM NOMINVM. *D* Et is est *A* est *om. HK* sciendum est *D* nominatiui sint *D* 13 res puplica rei puplicae *G* 14 iurisiurandi] *a* ius. iurandi *A* 15 coupaginem *AH* choherent *A* 16 inmobilem *BH* diuersorum *H* 18 es sc ostendimus *Rr* esse — dicere *in marg. add. K* 19 dicire e *G* A m.rec. 21 nec] *b* ne* *B* 23 ut *καταγράφω* — nasci *κατέγραφον add. h* ΚΑΤΑΓΡΑΦω Y ΚΑΤΕΓΡΑΦωΝ ΑΝΑΑΝΑΓΙΝΟCΚω ae ω ΑΝΕΓΙΝΟCΚωΝ *Rr* ΚΑΤΥΓΡΑΦω. ΚΑΤΕΓΡΑΦωΝ. ΑΝΑΓΙΝΟC.ΚΟ ΑΝΕΓΙΝωCΚΟΝ *B* ΚΑΤΑΤΡΑΦω ΤΕΓΡΑΦΟΝ ΑΝΑ ΓΙΝΟCΚΟ ΑΝΑΓΙΝΟC. ΚΟΝ. *A* ΚΑΤΑΓΡΑΦω ΚΑΤΕΓΡΑΦωΝ ΑΝΑΓΙΝωCΚω ΑΝΕΓΙΝωCΚωΝ *D* ΚΑΤΑΓΡΑΦω ΚΑΤΗΓΡΑΦωΝ ΑΝΑΓΙΝΑCΚΟ. uel ane ΕΓΙΝΟCΚωΝ *Gg* ΚΑΤΑΓΡΑΦω ΚΑΤΕΓΡΑΦωΝ. ΑΝΝΙΝωC. ΚωΑΝΝΙΝωCΚωΝ *h* ΚΑΤΟΓΡΑΦΟΥ ΚΑΤΕΓΑ-Y ΦΟΝ ana ΓΙΜΟCΚΟ ΕΤ ΙΜΟCΚΟω *K* ΚΑΤΕΓΡΑΦω *Rr* ΚΑΤΑΓΑΦω *A* ΚΑΤΑΓΡΑΦΟ *G* ΚΑΤΑΓΡΟΦΟ *K* ΚΑΤΑΓΡapho *h* 24 dicamus *h* nesci *A* ΚΑΤΕΓΡΑΦωΝ *BADr* ΚΑΤΑΓΡΑΦωΝ *R* ΚΑΤΗΓΡΑΦΟΝ *GKh* labesfactari *R* conpago *AH*

compositionis, quod recusat ratio. | unum apud Latinos invenitur nomen, 62 quod quamvis ex duobus sit nominativis compositum, non ex utraque parte declinatur, id est 'alteruter alterutrius', quod tamen ipsum non absque ratione non declinatur. nam cum duae contra se pugnant regulae, ut unam servet, necessario perdidit alteram. omnia enim nomina vel pronomina, quae genetivum in 'ius' terminant, debent hunc communem habere trium generum: 'unus unius, una unius, unum unius'; 'solus solius, sola solius, solum solius'; 'ille illius, illa illius, illud illius'. cum igi- 63 tur femininum et neutrum supra dicti nominis ex corrupto et integro sint composita hiatus causa et euphoniae – 'alterutra' pro 'altera utra' et 'alterutrum' pro 'alterum utrum' –, et necessario extrinsecus habuerint declinationem, id est 'alterutrius'. unde Cicero pro M. Marcello: quod si in alterutro peccandum sit, malim timidus quam parum prudens videri. itaque masculinum quoque eorum est declinationem secutum propter rationem supra dictam in 'ius' terminantis genetivi, qui communis trium vult esse generum. nec solum tamen in declinationibus nominum hoc contingit, sed etiam in accentibus, ut 'utérque utráque utrúmque', 'plerúsque pleráque plerúmque': femininum enim, quamvis paenultima brevis sit, accentum tamen in ea habuit acutum, sicut masculinum et neutrum: 'que' enim, nisi separata sit, si Graecos sequimur, 64 coniunctio enclitica esse non debet, nisi illud dicamus, quod 'que', quando cum integris componitur dictionibus, quamvis significationem suam amittat [id est coniunctionis], tamen encliticì vim servat: 'pleráque', 'ubíque', 'utráque', exceptis differentiae causa 'ítaque', 'útique'; in his enim non solum coniunctio, sed etiam praeposita ei adver|bia vim propriae significa-

1 recu**sat *R* ratio recussat *G* inuenitur nomen apud latinos *D* 2 duabus nominatiuis sit *A* fit *K* utra quae *R* 3 declina*tur (n) *B* 4 regulae *ex* regulam *corr. A* regula*e (r) *H* ut *** *Bb* (*** *in mg., f.* unā *a b et add. et eras.*) 5 unam] alteram *BDHGK* necesario *GK* perdit *RHrd* alteram perdidit *K* enim *add. h* 6 ius] *h* us *H* hunc *in mg. add. K* habere] *om. K* um i *post* generum *add. k* 7 una unius unum unius] una unus *Rr* 8 solum solius *om. H* 9 supradicti nominis *ex* nominis supradicti *corr. K* intigro *G* 10 altera ultra *R* 11 pro alterut*rū utrum *Rr* et *del. h* necesario *GK* habuerunt *ADKh* 12 *Cic. p. Marcello* 7, 21: ut, si in alterutro peccandum sit, malim uideri nimis timidus quam parum prudens *cf. lib.* VI § 35 pro marcello (marco) *A* M. *om. H* 13 altern*tro (l) *R* peccantium *A* peccatum *BHGK* sit *add. g* . Malym *H* timidus] *h* timidū *ni f. in lit. H* 14 declinationem secutum est *K* 17 contiugnit *G* acentibus *K* ut *add. r* 18 utruuque (*sic*) *add. g* 19 preuis (b) *Rr* sit] *ex* fit *corr. K* acentum *K* in a habuit *r* 20 que] *ex* que *corr. B* Quae *Rr* q̄. *H* 21 coniuntio *R* enclitica] *rak* encletica *RB ADH* en*lictica *K* quod que que quando *A* 22 intigris *GK* amittat] *g* amitat *G* 23 coniuntionis *R* encletici *AHr* ut pleraque *BADh* pleràque ubique utràque *R accentus om. rell. h. l. et in sqq. omnes* . utraque pleraque ubique *K* 24 deferentiae *K* itaque] *cf. tamen de accent.* § 10 *post* itaque utique (non est sed) *in ras.* ΔΙΑΤΟΥΤΩ ΤΟΙΝΥΝ. Itaque ΚΑΙΟΣΠΕΡ *B* 25 coniunctio etiam *Kk* proposita *B*

tionis convertunt composita. vetustissimi tamen et 'altera utra' et 'alterum utrum' et 'alterius utrius' solebant proferre et 'plerus plera plerum' absque 'que' additione. - Cicero in Protagora: quae igitur potest|| esse indignitas voluptatis ad molestiam, nisi in magnitudine aut longitudine alterius utrius posita? Cato de ambitu: sed sunt partim, qui duarum rerum alterius utrius
65 causa magistratum petunt. idem in I originum: agrum quem Volsci habuerunt campestris plerus Aboriginum fuit. Pacuvius in Duloreste:

Pater Achivos in Caphereis saxis pleros perdidit.

idem in Teucro:

Periere Danai, plera pars pessumdata est.

Asellio in III historiarum adverbialiter sine 'que' extulit: ut fieri solet plerum, ut in victoria mitior mansuetiorque fiat. - ergo nihil aliud est in his nominibus 'que' nisi syllabica epectasis, quomodo 'ce' in quibusdam pronominibus et adverbiis, ut 'hisce', 'hosce', 'illice'. nam et 'plerus plera plerum' et 'plerusque pleraque plerumque' idem significant. 'uter' vero et 'uterque' diversas habent significationes. 'uter' enim, πότερος, dividuam vim habet, 'uterque', ἑκάτερος, collectivam; 'ubi', 'ποῦ' ἢ 'ὅπου', 'ubique', πανταχοῦ. in his ergo et similibus 'que' si coniunctionem accipiamus, composita sunt, sin syllabam, derivativa. similiter

1 uetustisimi *K* tamen altera *B* 3 absque quae *A* que *om. H* additione] *rh* addictione *RH* *Cicero in Protagora: t.* IIII 2 *p.* 477 *Or. cf. lib.* VI § 35 pitagora *R* protogora *K* 4 uoluptatis] *sic ex Plat. Protag. p.* 356 *A tacite P. Victorius var. lect. lib.* XVIIII *cap.* VIIII uoluntatis *libri Prisc. utroque loco* in *add. r* 5 aut in longitudine *G* Cato de ambitu: *Meyerus l. l. p.* 88 *sq., cf. lib.* VI *l. l.* 6 partium *Kk* qui partim *G* 7 magistrum *B* *Caton. orig. lib.* I *fr. p.* 98 *Kr. fr.* 10 *p.* 269 *R. fr.* V *p.* 17 *Wr.* in *om. H* *post* originum: agrum — Aboriginum *om. GK add. g* quem] *r* que *R* quaemulsci *A* 8 Volsci] *H* uulzi *g* uulsci *rell.* habuer(unt) *Rr* habuerint *A* ple(r)nus *Rr* ab origine *g* pacubius *BDHKr* *Pacuv. Dulorest. fr.* 2 *p.* 117 *Both. fr.* XVI *p.* 78 *Ribb. cf. Stieglitzium de M. Pacuvii Duloreste p.* 78 *sq. fr.* V 9 doloreste *r* doloseste *A* dolores te pater *GK* 10 Achivos] *r* acheus *R* acheos *BAD* achaeos *GK* achagios *H* Caphereis] *r* capherei *ADHK* caferei *G* caperei *R* prodidit *G* uel perdidit *g* 11 *Pacuv. Teucr. fr.* 22 *p.* 147 *Both. fr.* VI *p.* 98 *Ribb.* theucro *B* 12 periere *ex* perere *corr. B* perire *G* paessundata est *K* pessumdatur *Festus s. v. plera p.* 230[b] *M. eique obtemperans Ribbeckius* 13 Asellio] *r* assellio *G* asellius *RBA* *Sempr. Asell. hist. l.* III *p.* 218 *Kr. fr.* 4 *p.* 324 *R.* tertio *D* VI *GK* 14 plerum* ut (q.) *B* plerum in *GK* 15 nominibus que] *r* nominibus quae *RA* syllabica] *rh* syllabice *R et in litura ni f. H* syllabicae pictassis (pectassis *b*) *B* epectasis] *d* epictasis *RDH* epactasis *K* 16 ut *om. AH* (h)isce (h)osce *Rr* illice *K* illicce *libri rell.* 17 plerusque pleraque plerumque] *r* plerusque et pleraque et plerumque *RBAH* 18 uter enim — πανταχοῦ *om. H add. h* 19 ποθηρος *r* πωτηρως *D* habent *B* uterque uero *K* uterque utrique *B* ΑΕΚΑΤΕΡΟϹ *in litura r* ΗΚΑΤΗΡΩϹ *D* collectiuam habet *D* 20 ΠΟΥΝΟΠΩΥ *R* ΠΟΥΝΟΠΟΥ *AD* ΠΟΥΝΟΠΩ *G* ΠΟΝΟΠΟΥ *B* ΠΑΝΤΑΧΩ(θ)Υ *Rr* ΠΑΝΤΑΧΟΦ *B* que] *rad* quae *RAD* coniuntionem *R* 21 accipia(mus) *Kk* sin] si *H* se *A* sin autem *G*

'undique', 'denique', | 'itaque'. sin vero ex utroque casu obliquo sint 66
composita nomina, manent indeclinabilia, ut 'huiusmodi', 'istiusmodi', 'illiusmodi', 'cuiusmodi', 'eiusmodi', 'cuimodi'; sin ex nominativo et obliquo vel obliquo et nominativo, nominativus tantum declinatur, ut 'praefectusurbis', 'senatusconsultum'. et invenimus per omnes fere casus composita, ut 'iurisperitus', 'legislator', 'praefectusurbis' et 'praefectusurbi', 'tribunusplebis' et 'tribunusplebi', 'agricola' [agrum colens], 'caelicola' [caelum colens], 'macte' id est magis aucte - antiqui tamen et 'mactus' dicebant -, 'mentecaptus'. et singularia cum pluralibus componuntur, ut 'orbisterrae' et 'orbisterrarum', 'paterfamilias' et 'paterfamiliarum', 'armipotens armorumpotens', 'magistermilitum', 'asecretis', 'acalculis', 'aresponsis', 'abactis'. possunt tamen haec eadem etiam separata esse, si diversos 67
accentus his dederis vel interponas coniunctiones, ut 'resque publica', 'populusque Romanus', 'tribunusque plebis'. 'siquis' ad imi||tationem εἴτις Graeci enclitice prolatum quidam putant, ut 'numquis', 'nequis'. ostenduntur tamen ea sine dubio composita tam a feminino singulari quam a neutro plurali in a desinentibus. compositio enim, non enclisis, corrumpere dictiones solet: dicimus enim 'siqua', 'nequa', ut 'aliqua'. |

DE CASV.

Casus est declinatio nominis vel aliarum casualium dictionum, quae XIII 68

1 itaque utique *ADH* sin] Quae *B* oblico (•qv *supra*) *Rr* sunt *DHrb* 2 manent manent *A* illiusmodi istiusmodi *D* 3 cuiusmodi *om. RH add. r* eiusmodi cuiusmodi *K* eiusdemmodi *B* cuimodi] *add. k* cuicuimodi *B* et obliq. uel obliquo *A* 4 . Vt praefectus urbi *H* 6 praefectis urbis *H* praefectus. ubi. *A* 7 tribunusplebis et tribunusplebi] *r* tribunus plebi *R* agrum] id est agrum *ADh* 8 id est caelum *RHGK* mactend (i *supra*) est *Rr* macte est per uocatiuum id est *D* est *om. G* ante (c *supra*) *Rr* aucle *ex* auclo *corr. A* 9 mentecaptus] *cf. Krehlii cens. Ien. l. l. p.* 431 menceps mente captus *HKg* id est mente captus *B* mentecaptus (menceps per ablatiuum *supra*) *Dd* compluralibus (v *supra*) *A* 10 orbisterrae orbisterrarum *G* orbisterrarum] *h* orbisterrorum *ni f. in lit. H* armipotons *ex corr. h* 11 et armorumpotens *D* *post* militum *in litura:* quidam composita haec existimant *B* a secretis *Kk* a calculis *K* a caliculis (uel o *supra*) *k rell. cf. Ducangii gloss. med. et inf. Lat. s. v. calix 1 t.* II *p.* 34 *ed. Henschel.* uel qualiculis *supscr. g* Iste est a caliculis, iste solet propinare imperatori: pincerna uidelicet. batus est certa mensura. Iste assignat certam mensuram batis, quae batis continetur. *gloss. cod. Heidelb. apud Krehlium, ubi alia his similia ex aliis libris proferuntur* 12 ab actis *AK* uel abbatis uel abathis *in mg. k* abatis *RBDH* (*'abatis ad cenam dat equis abbatis avenam' cf. Ducangium l. l. s. vv. abatus et batus 1 t.* I *p.* 8. 626 *ed. Henschel.*) ab atis *G* Posunt (s *supra*) *K* Possumus *A* seperata *G* 13 interpones *D* puplica *G* poblica *K* 14 imitationem] *g* emitationem *GK* EITIC greci encletice (*sic*) *add. h* EITIC *in litura r* ⊦ITIC *G* ei.TIC. EITIC. *A* E•TIC *D* EITIC (⊦ *supra*) *K* 15 encleticae *D* encletice *A* 16 tamen ea *om. A* ea tamen *K* composita esse *K* quam a neutro] *h* quam neutro *BAHK* 17 noun,eclisis (u e *supra*) *Rr* enclissis *A* enclessis *K* 18 ut *om. H.* 19 De casu incipit *GK* EXPLICAT DE FIGVRIS INCIPIT DE CASIBVS *D* *inscr. om. A. hic a vocc.* Casus est *iterum inc. L*

fit maxime in fine. nominativus tamen sive rectus, velut quibusdam pla-
cet, quod a generali nomine in specialia cadit, casus appellatur - ut sti-
lum quoque manu cadentem rectum cecidisse possumus dicere [vel
abusive dicitur casus, quod ex ipso nascuntur omnes alii] -, vel quod ca-
dens a sua terminatione in alias facit obliquos casus.

Quaeritur autem, quid sit inter indeclinabilia et aptota et monoptota?
et sciendum est, quod et aptota et monoptota indeclinabilia sunt: similiter
69 enim non variant terminationem, sed immobilem eam servant. aptota ta-
men sunt proprie dicenda, quae nominativum solum habent, qui plerum-
que et vocativus invenitur et non accipitur etiam pro obliquis, ut 'Iuppi-
ter', 'Diespiter': non enim licet eodem pro genetivo vel alio casu obliquo
uti (ideo dixi 'proprie' dicenda, quia inveniuntur antiqui aptota pro monopto-
tis et monoptota pro aptotis posuisse). neutrum vero si sit aptotum, ne-
cessario etiam pro accusativo et vocativo accipitur eius nominativus, quod
70 generale est omnium neutrorum, ut 'fas', 'nefas', 'ir', 'pus'. monoptota
vero sunt, quae pro omni casu una eademque terminatione funguntur,
qualia sunt nomina literarum et numerorum a 'quattuor' usque ad 'centum'.
'mille' quoque indeclinabile est et siqua inveniuntur similia, ut 'hoc a
huius a', 'hoc alpha huius alpha', 'hi quattuor horum quattuor', 'hoc
gummi huius gummi', 'hic' et 'haec' et 'hoc nequam huius nequam', 'hi
quot, tot, horum quot, tot' et barbara plurima, sed ma||gis omnia, nisi
si ea ad Graecam vel nostram regulam flectamus vel ab auctoribus flexa
inveniamus. in his ergo, id est carentibus declinatione finalium syllaba-
rum, quae monoptota nominamus, videntur casus fieri non vocis, sed
71 significationis dumtaxat. itaque articulis diversis utimur pro varietate signi-
ficationis nec non etiam structurae rationem servamus, sicut in declinabi-
libus per [sex] casus.

1 maxim•e (a?) *K* Nominatius *R* velut] *Br* uelud *R* uel ut *rell.* 2 a *add. h* generali] *r* genelari *R* stil•um (l) *L* 4 alii casus uel *AD et* casus *sup. lin. add. K* 5 faciat *B* oblicos *H* 6 sit in(i)declinablia *B* inter *add. h* aptotota *L* 7 sciendum est] *h* sciendum *DHGLK* quod aptota *BAHGLKr* 8 seruant eam *K* 9 sunt proprie *ex* proprie sunt *mut. K* proprie] *r* propriae *RA* solum nominatiuum *H* habeant *K* *post* habent: ut hic iuppiter *add. D* et per hoc intelligitur quod nom͠s non est casus ut hic iuppiter *A* 10 inueniuntur *Rr* iupiter *HLK* 11 liquet *G* 12 ideo — posuisse *om. BHGK add. h* Ideo autem *h* propria *A* inuenitur (un) *Dd* 13 sint *A* 14 eius accipitur *D* 16 unaedemque *B* 18 est *om. K* inueniantur *BHGL* similia.inueniantur *K* 19 *post* huius a: huic a *add. D* ut hoc alpha *K* alfa *L* alfa *L* hi] *r* hit *R* horum quan(t)tuor *Rr* 20 huius gummi *add. r* huius nequam *in mg. add. L* huins huic nequam *D* hit (et hae) quot *Rr* hi (et hae) quot *Kk* 21 horum (et harum) quot *Kk* plurima] nomina *A* nisi ea *K* 22 agrecā (d) *Bb* 24 monoptota] non aptota *A* 25 dumtaxat *ex* duxtaxat *corr. H* uariaetate *R* uaritate *K* 26 sicut declinabilibus *GLK* sicut indeclinabilia *A* 27 sex *add. r* casus seruamus.

Velut au|tem una voce diversas possunt habere significationes tam declinabilia per quosdam casus quam indeclinabilia per omnes casus, sic e contrario diversis vocibus saepe invenimus unam eandemque fieri significationem, ut 'labor' et 'labos', 'honor' et 'honos', 'huius cornus' et 'corni', 'pinus' et 'pini', 'huius quaestus' vel 'quaesti', 'ornatus' vel 'ornati', 'tumultus' vel 'tumulti', 'Achillis' vel 'Achilli', 'aulai' et 'aulae', 'a felice' vel 'felici', 'deis' et 'diis', 'sapientium' et 'sapientum', nec solum in nominibus, sed etiam in aliis partibus, ut 'amaverunt' vel 'amavere', 'amaveram' vel 'amaram', 'ei' vel 'ii', 'eis' vel 'iis', 'nimium' et 'nimis', 'satis' et 'sat'.

Est autem rectus, qui et nominativus dicitur. per ipsum enim nomi- 72 natio fit, ut 'nominetur iste Homerus, ille Virgilius'. rectus autem dicitur, quod ipse primus natura nascitur vel positione et ab eo facta flexione nascuntur obliqui casus. genetivus autem, qui et possessivus et paternus appellatur, genetivus vel quod genus per ipsum significamus, ut 'genus est Priami', vel quod generalis videtur esse hic casus genetivus, ex quo fere omnes derivationes et maxime apud Graecos solent fieri; possessivus vero, quod possessionem quoque per eum [casum] significamus, ut 'Priami regnum', unde possessiva quoque per eum casum interpretantur. quid est enim 'Priameium regnum' nisi 'Priami regnum'? paternus etiam dicitur, quod per eum casum pater demonstratur, ut 'Priami filius', unde patronymica pariter in eum resolvuntur. (quid est 'Priamides' nisi 'Priami filius'?) post hunc est dativus, quem etiam 'commendativum quidam nuncupave||runt, ut 'do homini illam rem' et 'commendo homini illam rem'. quarto loco est accusativus sive causativus: 'accuso hominem' et 'in causa

Velut *A* 1 Velud *D* 2 co^{qu}sdam *Rr* casus *om. A* 3 eandemque] *rh* eademque *RH* 4 ^{h}onos *Rr* 5 quaestus et quaesti *K* questus uel questi *RDHG* questi uel questus *A* hornatus *Rr* ornati uel ornatus tumulti uel tumultus *D* 6 achilis uel achili *GLK* et achilli *D* uel aulae *Kr* felice *b* 7 uel a felici *GLK* de•is (b) *D* deis ^{uel} diis *K* sapientum et sapientium *A* solum] non *A* 8 amaram uel amaueram *H* amaueram uel amaueram *B* 9 iis] is *A* uel nimis *BAHKr* 10 uel sat *BAHKr* 11 DE NOMINATIONE CASVVM. *DL post* dicitur: Ille uirgilius *B del. et suo l. inseruit b* 13 natura *in mg. add. L* nascitur natura *D* et habeo *R* 14 autem *om. A* qui *del. r* 15 genetiuus] *om. A* genitiuus est *K* per ipsum genus *AL* 16 quod *sup. lin. add. K* generale *G* uide•tur (n) *B* esse uidetur *DL* 17 omnes fere *B* 18 casum *om. B* 19 possessiua per *K* 20 Priameium] priamum *D et in* priameium *corr. L* priamium *in* priameium *corr. K* nisi *add. h* 21 quod] quia *D* demonstratur et ut *k* 22 pariter *sup. lin. add. R* in eum pariter *A* Quid enim est *K* . Quid est enim *BAGL* priamides priami *B* Priamides. Priami *H* 23 etiam quidam mandatiuum *A* commendativum] *d* conmendatiuum *B* mandatiuum *DGLK* quid^{a}em *Rr* noncupauerunt *G* noncipauerunt *k* 24 n^{i}ullam *Rr* et *om. L* homini *om. G* rem. aufero tibi eripio tibi. Quarto *B* 25 accusatiu^{v}os *Hh* sine causatiuus *in mg. add. L* ut accuso *A post* accuso hominem: sine causatiuus *repetit D* et] ut *D*

73 hominem facio'. vocativus etiam salutatorius vocatur, ut 'o Aenea' et 'salve Aenea'; ablativus etiam comparativus, ut 'aufero ab Hectore' et 'fortior Hectore'.

Multas tamen alias quoque et diversas unusquisque casus habet significationes, sed a notioribus et frequen|tioribus acceperunt nominationem, sicut in aliis quoque multis hoc invenimus, ut 'patronymica' vocamus non quod omnia, sed quod pleraque a patribus derivantur, 'neutra' dicimus verba, non quod solum ea in hac specie inveniuntur, quae neutram habent significationem [id est nec activam nec passivam, absolute dicta], sed quod ex maxima parte, 'syllabas' nominamus, non quod omnes comprehensione literarum constant, sed quod pleraeque: sic ergo etiam casus ab aliqua notabiliore significatione sunt nominati.

74 Ordo quoque naturalis eis datus est: quippe nominativus, quem primum natura protulit, ipse primum sibi locum defendit, unde verbis quoque intransitive iste quasi egregius adhaeret. genetivus secundum locum sibi defendit: hic quoque naturale vinculum generis possidet et nascitur quidem a nominativo, generat autem omnes obliquos sequentes; dativus, qui magis amicis convenit, tertium, et quod vel eandem habet vocem genetivo vel unius abiectione vel mutatione literae ab eo fit; qui vero magis ad inimicos attinet, id est accusativus, quartum; extremum apud Graecos obtinuit vocativus, quippe cum imperfectior ceteris esse videtur: nisi secundae enim personae coniungi non potest, cum superiores quattuor omnes personas possunt complecti figurate adiuncti pronominibus, ut 'ego Pri|scianus scribo', 'tu Priscianus' vel 'Prisciane scribis', 'ille Priscianus scribit'; 'mei Prisciani eges', 'tui Prisciani egeo', 'illius Prisciani eget'; 'mihi

1 enea *A* 2 saluae *BDH* enea *A* etiam dicitur comparatiuus *K* hectore] *h* hextore *H* ectore *K* haectore *b* 3 fortior * haectore (a) *R* haectore *Hb* 4 tamen *om. A* ** alias (et) *L* quoque alias *A* casus *om. A* habet *sup. lin. add. K* 5 sed donatioribus (a o *sup.*) *Rr* acccpperunt *R* acciperunt *L* 9 dicta sed] dicta uerba neutra sed *D* 10 conprehensione *BH* 11 pleraeque] *l* pleraque *RBL* ergo] igitur *K* causus *Rr* ab ab *K* ab aliqua notabiliore *ex corr. H* 12 notabiliora (e *sup.*) *A* notabiliori *k* 13 DE ORDINATIONE CASVVM. *DL* eis datus *ex* datus eis *corr. K* quipe *L* 14 ipse sibi primum *K* defendit locum *D* 15 intransitiue *b* *post* adheret (*sic L*) *in marg.:* quia non est alia persona cuius opus indicat uerbum et quod nominat (*l.* nominatur) nominatiuus. *L* 16 posedet (t *sup.*) *G* posidet *g* 17 genera *Rr* omnes casus obliquos *D* 18 amicis magis *L* conuenit] *r* conuertit *in litura R* tertium *L* uel tertius *l* tertium locum tenet et *D* uocem habet *B* uocem cum genetiuo *r* 19 fit] *r* sit *R* 20 adtinet *H* quartum tenet. *K* Extremum locum apud *DGL* obtenuit *G* obtinnit locum uocatiuus *K* 21 quipe *L* inperfectior *BDHr* inperfeccior *R* caeteris *K* 22 coniungui *G* adiungi *BK* omnes .IIII. *K* omnes .III. *k* 23 conplecti *D* figurate] *r* figuratae* *R* adiuncti] *d* adiunctae *GLb* adiuncte *BD* e*go (r) *H* 24 Priscianus] pscianus *et sic per rell. casus K* uel prisciane *b* uel psciane scribis *ex* scribis uel psciane *mut. L* mei psciani *et sic in seqq. GL* 25 illius priani (sci *sup.*) eges *Rr* illius priani eget (t *sup.*) *H*

Prisciano das', 'tibi Prisciano do', 'illi Prisciano placet'; 'me Priscianum ‖ videt', 'te Priscianum video', 'illum Priscianum videt'. similiter ablativus tribus adiungitur personis: 'a me Prisciano accipis', 'a te Prisciano accipio', 'ab illo Prisciano accipit'. non egent autem nomina pronominibus, quamvis omnes circumeant personas, si cum vocativis aut substantivis verbis coniungantur, ut 'Virgilius nominor' vel 'sum', 'Virgilius nominaris'
vel 'es', 'Virgilius nominatur' vel 'est'. igitur ablativus proprius est Ro- 75
manorum et, quamvis ipse quoque tribus sociari potest, ut diximus, personis, tamen, quia novus videtur a Latinis inventus, vetustati reliquorum casuum concessit, quamvis hunc quoque a vetustissimis Graecorum grammaticis accepisse videntur, qui sextum casum dicebant 'οὐρανόθεν', 'ἐμέθεν', 'σέθεν', 'ἕθεν', qui profecto ablativi vim possidet: nam etiam praepositionem assumit, ut ἐξ ἐμέθεν, ἐξ οὐρανόθεν Homerus. (Ἐξ ἐμέθεν γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι.)

Sunt igitur formae casuales sex: XIIII 76

Monoptota, quae una terminatione pro omni casu funguntur, ut supra dictum est, ut 'nequam', 'gummi', 'alpha', 'beta', 'cornu', 'quattuor',

1 placeo *R* me prianum *R* 3 tribus*** (uis *ni f.*) *B* adiunguitur *L* personis adiungitur *D* accipio] *r* accipit *R* 4 ab illo Prisciano accipit *add. r* 5 circueant *G* si uel cum *GLl* si uel cum uel *K* subtantiuis (s *sup.*) *R* a uerbis *A* 6 sum **** uergts *H* 7 uel es. uirgilius nominatur *add. g* proprius] *h* propriū *H* 8 ipse tribus quoque personis sotiari *D* sociare *A et, in* sociari *corr., B* 9 litiuis (a *sup.*) *Ll* 10 casuum *om. A* concesit *L* hunc *sup. lin. add. L* hunc quoque *sup. lin. add. K* a *om. GL* uetussimis *A* 11 accepisse uidetur (latini *sup.*) uidentur *Hh* sexum (t *sup.*) *Rr* *Graeca in mg. exhibet r, in litura* ΟΥΡΑΝΟΘΗΝ ΕΜΕΘΗΝ ΕΘΗΝΘΗΝ, *ni f., R; om. H add. h* Ο.ΥΡΑΝΟΤΕΝ *A* ΟΥΡΑΝΟΘΗΝ *GK* ΟΥΡΑΝѠΘΗΝ *D* (ΟΥ) *ΡΑΝΟΘΗΝ *L* ΟΥΡΑΝΟCΘΕΝ|ΕΝΕΜΕΘΕΝ *B* ΕΜΕΘΗΝ *G* ΗΜΗ*ΘΗΝ *D* ΕΜΗΘΗΝ *K* 12 σέθεν] *om.* *GK* CΗΘΗΝ *sup. lin. add. D* CΕΤΕΝ *h* ἕθεν] *om. A* ΕΘΗΝ *DG* a me a te a se *supscr. l* ablativi vim] *ex corr. L* ablatiuum *BL* 13 assumit *ex* assumunt *corr. L* ut *add. h del. r* ἐξ ἐμέθεν ἐξ οὐρανόθεν. Homerus *h. l. om. B* ΕΞ ΕΜΕΘΗΝ ΕΞΟΥΡΑΝΟΘΗΝ (Η, ΗΝΗΝ ut *sup.*) Homerus. (ἐξ — ἔμμεναι *om.*) *Rr* ΕΘΗΞΗΜΗ.ΜΗΘΗΝ.ΗΞΟΥΡΑΝΟΘΗΝΗ. ut homerus ΕΞ ΗΜΗΘΗΝ.ΓΑΡ ΦΑCΙ At ita (M) ΚΑΚΑΕΜΜΕΝΑΙ *in mg. r* ΕΞ ΕΜΕΘΗΝ.ΕΞΟΥΡΑΝΟΘΗΝ. homerus. ΕΞ ΕΜΕΘΗΝ ΓΑΡ ΦΑCΗCΙ.ΚΑΕΜΜΕΝΑΙ. *G. Graeca om. lacuna rel.* (ΕΞ ΕΜΕΘΕΝ.ΓΑΡ ΦΑCΙCΑ.ΚΕΜΜΕΝΑΙ.ΕΞΟΥΡΑΝΟΘΕΝ. *in lac. h*), *post lac.* Homerus *posuit H* ΕΞ ΕΜΕΘΗΝ ΕΞΟΥΡΑΝΟΘΗΝ homerus. ΕΞ ΕΘΗΝ ΓΑΡ ΦΑCΙ ΙCΑ (Α*ΕΜΕΑΥΤΟΥ *add. l*) *L* ex me me enim dicunt similiter a me ipso *spscr., in marg. iterum* ΕΜΕΘΗΝ CΕΘΗΝ ⊢ΕΘΗΝ. hom̄ ΕΞ ΕΜΕΘΕΝ ΓΑΡ ΦΑCΙ ΙCѠC ΕΜΑΥΤΟΥ (a me a te a se ex me ipso enim dn̄t similiter a me ipso *sup.*) *posuit l* ΕΞ ΕΜΕΘΕΝ.ΕΞ ΕΥΡΟΝΟΘΕΝ homerus ΕΞ ΕΜΕΘΗΝ ΓΑΡ ΦΑCΗCΑ ΚΑΕΜΜΕΝΑΙ. *K* ΕΞ ΕΜΕΘΕΝ.ΕΞΟΥΡΑΝΟΤΕΝ.ΓΑΡ ΦΑCΙ.ΚΑΚΑΕΜΕΜΝΑΙ. *A* ΗΞ ΗΜΗΘΗΝ ΕΞΥΡΑΝѠΘΗΝ Homerus ΕΞ ΕΜΕΘΕΝ ΓΑΡ ΦΑCΙ*** ****** (*in litura* ⊢ѠC. ΕΜΑΙΤΟΙ *d*). *D* ΕΖΕΜΕΘΕΝ ΓΑΡ *B* ΕΜΜΑΝΑΙ ΕΞΟΥΡΑΝΟΘΕΝ homerus ΟΙΟΝΖΕΥC ΕΞΟΥΡΑΝΟΘΕΝ (*Il.* XVII 548). Sunt *B* *Hom. Il.* I 525 τοῦτο γὰρ ἐξ ἐμέθεν γε μετ' ἀθανάτοισι μέγιστον *Od.* I 33 ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι

15 DE SEX FORMIS CASVALIBVS. *DL* Igitur formae casuales sunt *D* casyales (u *sup.*) *R* causales *G* 16 *post* ut: supra dictum est ut *om. A* 17 cummi *B* alfa *L*

'quinque', 'sex'. his quidam addunt illa, quae tam voce quam significatione unum casum habent, ut 'huiusmodi', 'istiusmodi'. |

Diptota sunt, quae duos diversos casus habent tantum, ut 'verua veribus' - nam 'veruum' in usu non invenimus - et 'fors forte' - Terentius in Phormione:

O fortuna, o fors fortuna.

Virgilius in I:

Forte sua Libycis tempestas appulit oris -,

'tabi' et 'tabo'.

Alia triptota, qualia sunt omnia neutra secundae declinationis in singulari numero, ut 'templum templi templo', et in plurali tam in secunda quam in tertia et quarta, id est omnia neutra pluralia, ut 'templa templorum templis', 'sidera siderum sideribus', 'cornua cornuum cornibus'.

Alia tetraptota, qualia sunt omnia in r desinentia secundae declinationis: 'puer pueri puero puerum'.

Alia pentaptota, qualia sunt omnia masculina vel feminina secundae declinationis in 'us' terminantia: 'doctus docti do||cto doctum docte', 'Virgilius Virgilii Virgilio Virgilium Virgili'.

77 Hexaptota sunt, quae sex diversos casus habent, qualia sunt masculina in 'us' desinentia, quae secundum declinationem quorumdam pronominum in 'ius' efferunt genetivum: 'unus unius uni unum une ab uno'. ('unus' quia de vocativo quidam dubitant, Caper, doctissimus antiquitatis perscrutator, ostendit hoc usum Catullum et Plautum. Catullus:

Tu praeter omnes une de capillatis,
Celtiberosae Celtiberiae fili,

Plautus in frivolaria:

alphi (a) Dd 2 ut eiusmodi B histiusmodi Rr 3 *ueru* a R ueru h ueru|aueribus A ueru a ueribus LK ueru a.ueribus G ueru et a neribus D 4 nam uerum (uerua) Hh nam uerua et neruum D nam uerum K post uerum: genetiuum pluralem add. R del. r inuenimus. ut fors B Ter. Phorm. V 6, 1 5 formione RBGK 6 fortuna, o om. K furtuna K 7 Verg. Aen. I 377 primo Aeneidos D I. eneid A 8 libicis RAGL libicis (y) K apulit H apulit (p) horis K 9 tabi et tabo] r tabo et tabi et tabo R tabo et tabi A et tabi et tabo BGL et ex et tabo et tabi corr. K 10 sunt om. A saecundae Rr 12 et in quarta GL 13 tempisplis H 14 tretraptota D in RR A 17 terminantia om., desinentia in mg. add. L docto doctum] docto Rr 19 Exaptota RBDHGK xaptota spatio ad E rel. A habent casus G masculina add. d 20 quorumdam B 21 in ius] corr. ex in us H (unus] cuius (alius) in mg. add. r Cuius Dh 22 Caper] in libris enucl. serm.? his h. l. tribuit Osannus de Capro p. 14 23 ostendit esse hoc k catulum K catulum L catulus K catulus L Catull. carm. 37, 17 sq. 24 une in mg. L decapillatis Dd 25 celtiberosae] sic etiam lib. VII § 22 cuniculosae Catullus indeque infra l. l. cod. Darmstad.[c] caeltiberose r celtibero seu GL caeltiuerosae H caeltiberos*e (a) K caeltiberiae HK filii K 26 Plaut.

o amice ex multis mi une Cephalio.)

'sole' quoque antiqui. Ticidas in hymenaeo:

Felix lectule talibus
Sole amoribus.

Sunt alia, quorum nominativus quidem in usu non est, obliqui autem sunt, ut 'Iovis Iovi Iovem a Iove', quamvis vetustissimi nominativum quoque 'hic Iovis' proferebant, sicut de nominativo tractantes | ostendemus. sunt alia, in quibus tres obliqui inveniuntur, 'precis preci prece', 'frugis 78
frugi fruge' - vetustissimi tamen et 'frux' et 'fruges' nominativum protulerunt -; alia, in quibus duo: 'vicem vice', 'tabi tabo'; alia, in quibus unus, ut 'sponte', 'laterem' - quamvis et ablativus eius et nominativus et accusativus plurales inveniuntur. Plautus in truculento:

Quid maceria illa ait, in horto quae est, quae in noctes singulas
Latere fit minor, qua is hoc ad vos damni permensus viam est? -
Nil mirum, vetus est maceria, veteres si lateres ruunt. -

frivol. fr. 7 *p.* 438 *Both.* fribularia *BGL* fribolaria *rell.* 1 O[a]mice *K* mi *Bothius* mihi *libri* cefalio *A* chephalio *K* 2 antiqui. Ticidas] *scripsi* attiquidas *G* Ç[t]ati quidas *L* Atticidas historicus *Rr* Atticidas *BDH* Attidicas *A* Aticidas *K* Vt Ticidas *Weichertus poett. Lat. rell. p.* 361 C. Ticidas '*sive quod aliud fuit huic viro praenomen*' *Casaubonus ad Suet. de ill. gr. c.* 11 in Hymenaeo] *om. A* [in]himeneo *L* [in]hymeneo *K* 3 talibus] lectabilib; *B* 5 DE DEFECTIONE (DIFFECTIONE *D*) CASVALIVM *DL* quidem nominatiuus *HK* quidem *om. A* obliqui *ex* oliqui *corr. L* 6 ab ioue *BD* hic ionis nominatiuum quoque (nominatiuum *ex* nominatiuus *corr.*) *L* 7 hic *ex* hoic *corr. H* ostendimus *B* 8 obliqui casus *D* ut precis *D* praecis praeci praece *H* [ł p̄ci] p̄ter cis cem ce *Ll* precis preci prece *b* frugis frugi fruge] *R* fruge *in* frugem *mut. r* frugi frugem fruge (frigi .gem .ge *K.*) *rell.* frugem fruge *agnoscunt Charisius p.* 23 *P. et inc. Vindob. de art. gr.* § 142 *p.* 98 *sq. Eichf.*, *solum ablativum* (hac fruge *cod. Gud.* ab hoc frugi *cod. Goth. et edd.*) *Phocas p.* 1709: *ipse Priscianus* frugis *lib.* VI § 93, frugi *saepius, ut lib.* V § 8 *lib.* VI § 12. *cogitet quis* frugis frugi frugem fruge *scribendum et totam sententiam a* frugis — protulerunt *supra post* tractantes ostendemus *collocandam esse* 9 tamen frux *G* et frux *in mg. L* et frux et *in mg. K* [singularem] nominatiuum *Kk* protulerunt] *h* proculerunt *H* 11 sponte sua *RBGL* [singularis] ablatiuus *Rr* ablatiuus eius singularis *ADH* 12 accusativus] abls *A* inue[a]niuntur *Rr* *Plaut. trucul.* II 2, 48 *sqq.* 13 Quod *K* qui in maceria *Pal. uterque* ait *sup. lin. add. A* aut *Vet.* ait aut in orto *K* in[z]hoato quae in [z]noctes singulas laterē f.mina (famina *b*), quamuis hoc *Bb* hortoq. est *G et ex* horto q̄ est *mut. L* quae est *om. K* 15 lateri *Pall.* qua is] quā his *R* quā is *in* quamuis *mut. D* quam is *HL* quā in his *A* qua isti uos *Pall.* hoc *om. G* damni] *r* dampni *R cum Dec.* permensus tuum Non mirum *Vet.* permensus tuam nomirum *Dec. leg. cum edd.* permensust uiam. Non mirum 16 uiam [est uel] esse *Hh* 17 Nihil *libri* uetus es maceria *K* maceri[e]a *Rr* maceriae ueteteres *B* macere

Ain tu . . veteres lateres ruere? –,

'fas', 'nefas', 'caepe'. illud quoque non est praetermittendum, quod quibusdam septimus casus esse videtur ablativus, quando sine praepositione profertur, quod satis irrationabile videtur; minime enim praepositio addita

79 vel detracta mutare valet vim casus. neque enim, cum accusativo casui multae praepositiones solent adiungi, alius est, quando habet eas, et alius, quando absque his profertur. quis autem dubitat, quod omnes praepositiones vel accusativo vel ablativo apud Latinos iungi solent? ergo si adiunctae || vel non ablativo mutant eius vim, accusativo quoque adiunctae vel non debent similiter mutare casum. denique in comparationibus absque praepositione solet proferri ablativus, nec tamen dicit quisquam, septimum tunc esse casum, sed ablativum, cum dico 'fortior Achilles Hectore'. in quo omnes artium scriptores consentiunt et sex esse casus confitentur, non septem. uno enim, non duobus, Latini casibus superant Graecos. supervacuum faciunt igitur, qui septimum | addunt, qui nulla differentia

80 vocis in ullo nomine distet a sexto. sciendum tamen, quod hic casus [id est ablativus] est quando pro genetivo, est quando pro dativo accipitur Graeco: pro genetivo, quando praepositionibus vel adverbiis ablativi casus subiungitur, ut 'ex illo', 'de illo', 'ab illo', 'pro illo', 'coram illo', 'cum illo', et quando comparatur, 'fortior illo', et quando nominis et participii ablativus verbo et nominativo alterius nominis cum transitione personarum adiungitur, ut 'sole ascendente dies fit' et 'Traiano bellante victi sunt Parthi'. hac autem utimur constructione, quando consequentiam aliquam rerum, quae verbo demonstrantur, ad eas res, quae participio significantur, ostendere volumus. quid est enim 'Traiano bellante victi sunt Parthi' nisi quod secuta est victoria Traianum bellantem? et 'sole ascendente fac-

lateres si ueteres ruunt Ain (am *Dec.*) tu male lateres ueteres uere *Pall.* ueteris *K* 1 antu *RADH* ainitu *L* aintus *K* Namtu *B* ain tu mala *Camerarius* 2 cepe *RA* coepe *DG* DE ABLATIVO. *D* De septimo casu *L* ptmitendum *G* 3 quondo *R* 4 irrationabile] *L* inrationabile *rell.* 5 detracta] *R* subtracta *rell.* 6 adiungi *LK* est] est casus *R* casus est *AHGLKb* eas] *h* eas praepositiones *RBGLK* 7 dub[e]itat *Hh* 8 Latinos iungi solent] *k* iungi solent Latinos *K* iungni *L* soleant *A* adiun[e]tae *Rr* 9 huius *K* 11 praeposit[ione] *Rr* tamen *add. h* tunc septimum *A* 12 sed [scilicet] *Hh* ut cum *b* achiles *L* achilis *GK* haectore *RHb* 13 omnes *Hh* 14 superant casibus *A* 15 igitur faciunt *GLK* diferentia *K* 16 in nullo *BA* distet *ex* distat *corr. in B* distat *ADHGLK* 17 accipitur *om. R* 18 ****** progenitivo quando (quando) *B* aduerbis *Gg* 19 subiunguitur *L* ab illo *om. K post* ex illo *in mg. add. k* pro illo *om. A* 20 comparantur *RrL* 22 adiunguitur *L* sole* *H* troiano *GL et in* traiano *corr. K* 23 Parthi nisi quod secuta est uictoria. *G* parthi et memet legente potior. Hac *B* construccione *Rr* 24 demonstratur *AD* demonstrantur *Hh* demonstra[n]tur *K* 25 enim est *G* troiano *G* 26 uictoria secuta est *D* troianum *L*

tus est dies' nisi quod ascensionem solis secutus est dies? inveniuntur tamen etiam nomina loco participiorum in huiuscemodi elocutione posita, ut Virgilius in VII:

non vobis rege Latino
Divitis uber agri Troiaeve opulentia deerit,

'rege Latino' pro 'regnante Latino', quamvis in huiuscemodi quoque constructionibus subauditur participium substantivum. Graeci autem in huiusce- 81
modi constructione solent pro genetivo participii etiam infinitum verbum ponere, ut 'ἐν τῷ βασιλεύειν Τραϊανόν' ἀντὶ τοῦ 'βασιλεύοντος Τραϊανοῦ'. etiam tunc pro genetivo ponitur Graeco, quando per partici||pium 'habens' et accusativum interpretamur eum, ut 'pulchra forma mulier', id est 'pulchram formam habens', 'magna altitudine domus', id est 'magnam altitudinem habens'; pro dativo quoque, quando cum 'in' vel 'sub' praepositionibus iungitur, ut 'in illo', || 'sub illo', et quando ipsum ablativum interpretamur per accusativum et praepositionem 'per', ut 'vinco te manu', id est 'per manum', 'video te lumine', id est 'per lumen'. || |

1 nisi] *om. H* nissi *G* 2 eloquutione *L* locutione *D* 3 *Vergilius Aen.* VII 261 *sq.* 4 *post* Latino: diuitis — rege Latino *om. D* 5 opulentia] *r* oppulentia *G* opipulentia *R* opulenti aderit *H* opulentia derit *h* derit (e) *Rr* (uel deerit) desit *Kk cf. lib.* V § 14 6 queque *Rr* 8 construccione *Rr* infinitiuum *AH* 9 ut *om. GL* ut — Τραϊανοῦ] *om. H add. h* EN TE BACYAEYEEIN *Rr* EN TO BACIΛeie. In traiano. NANTI *A* eN TO BACIΛEYE. in tiano NANTI *h* eN Tω BACIΛeIce. in troiano. NANTI *B* EN Tω BACIΛEYE In traiano NANTI (ENANTI *d*) *D* EN O BACIΛEYE in traiano. NANTI *G* ΗΤΟ BACIΛEYE in traiano. NANTI. *K* EN TO BACIΛEYEIN TPωIANOY ** EN TO BACIΛEYONTOC TPωIANOY *L partim in litura mut. ab l* BACIΛePONTOC *h* BACIΛeYONΘωC BACIΛEYONΘOC ΘPAIANOY *Rr* BACIΛIONTOC TPANOY *B* TPATANOY *GK* 10 ponitur ablatiuus graeco *Rr* greco ponitur *D* 11 et in accusatiuum *B* pulcra *K* pulcram *K* 12 formam habens *ex* habens formam *mut. K* habens *spscr. in L* 13 datiuo grece quoque ponitur *Rr* datiuo quoque graeco (greco *D*) ponitur *DG* quoque ablatiuus ponitur quando *B* quoque (greco) quando *Hh* 14 iungitur *L* interpretamus (r) *Rr* 15 et per praepositionem per *AHGLr* per ut] *g* *** ut *G*

Explicit li[ber V. prisciani] grammatici de generibus de numero de figuris de casu (*quae uncis quadratis inclusi macula hausta sunt.* Incip lib vi feliciter *add. in marg. r*) *sequitur deinde ἀποσπασμάτιον infra positum:* Hoc penum — *τὸν δυϊκὸν ἀριθμόν.* Artis prisciani caesariensis uiri eloquentissimi grammatici incipit liber vii de nominatiuo ex genetiuo casu. (PROOEMIVM LIBRI SEQVENTIS *ad initium epistulae in mg. add. r*) *R* EXPL. LIBER. V. PRISCIANI GRAMMATICI. DE GENERIB; DE NVMERIS. DE FIGVRA. DE CASV. INCIPIT. LIBER VI. FELICITER. Hoc paenum — *ἀριθμόν.* INCIPIT LIB. VI. FELICITER. SCRIPSI EGO THEODORVM DIONISII. V. D. MEMORIALIS SACRI SCRINII EPISTOLARVM ET ADIVTORVM QVESTORIS SPALENSIS [*immo:* SPAL.] VRBE ROMA CONSTANTINOPOLIOLIBRIO. VCC. CONS. *B* Hoc penum — quaero a te *Graecis in f. omissis sine subscr. add. H* INCIPIT LIB VI. *h* EXPLICVIT lib. v. psciā grāmā de generibus de numeris de figuris de casu | INCIP .VI. de nōatiuo et genitiuo. *G* EXPLICUIT lib v ΠPECKYĀ ΓPAM ΔH ΓENĒ ΔH num de figura de casu INCI VI artis psci Caesariensis uiri eloquen-

tissimi grammatici de nominatiuo et geñ. *L* finit. | Hoc penum — τὸν δυϊκὸν ἀριθμόν. finit. | expl. lib. u. psciani grā. de generibus de numeris de figuris de casu *K* sextus de nominatiuo casu per singulas extremitates omnium nominum tam in uocales quam in consonantes disinentium per ordinem de genetiuorum tam ultimis quam penultimis syllabis *k* Artis prisciani grammatici caesariensis uiri eloquentissimi liber quintus id est quartus de nomine EXPLICIT ARTIS PRISCIANI GRAMMATICI CAESARIENSIS VIRI ELOQVENTISSIMI LIBER SEXTVS ID EST QVINTVS DE NOMINE FELICITER INCIPIT SCRIPSI EGO THRVM (*sic*) DIONISII VIRI DISERTISSIMI MEMORIALIS SACRI SCRINII EPISTOLARVM ET ADIVTOR VIRI MAGNI QVESTORIS SACRI PALATII IN VRBE ROMA CONSTANTINOPOLI. V. C. OS *D subscr. om. A* (*cf. ad calcem epistulae lib. sq. initio r*)

[Hoc penum peni, hoc penus penoris, hic penus penus, haec penus penus, hoc penu penu; hoc specus specoris, hic specus specus, haec specus specus, hoc specu specu; algor algoris, hic algus huius algus. Plautus in vidularia (*v. lib.* VI § 46):

Inopiam, luctum, maerorem, paupertatem, algum, famem.

idem in rudente (II 7, 24 *v.* 582, *v. lib.* VI § 46):

Tu vel suda vel peri algu vel †etiam aegrota vel vale.

Optimates sunt qui defendunt senatores, populares qui defendunt populum. ex asse heredem fecit id est ex duodecim unciis.

A mobilibus fixa derivata fiunt: clarus claritas, magnus magnitudo, latus latitudo, altus alta altum altitudo, pius pietas. item a fixis mobilia derivata: Iuno Iunonius Iunonia Iunonium, aequor aequoreus aequorea aequoreum, marmor marmoreus marmorea marmoreum, sanguis sanguineus sanguinea sanguineum, clarus clari claritas, ambiguus ambigui ambiguitas.

Oe et ae diphthongi longae sunt. inde Virgilius (*Aen.* III 211):

Insulae Ionio in magno

dixit. oe autem diphthongus apud Graecos etiam in principio dictionis pro brevi accipitur:

Οἶστρος τοιάσδε παρθένους λοχεύεται. (*Aesch. Niob. fragm. v. lib.* I § 52)

aliter enim iambus stare non potest.

R et s litteras Graeci vim paene litterarum vocalium habere affirmant. unde r quoque aspiratur sicut aliae vocales apud Graecos: rhetor, Rhodanus, Byrrhia, Pyrrhus. et s similiter vim vocalis habere dicunt. et hoc ex Latina lingua maxime intellegere possumus, cum s littera in metro et amittitur et synaloepham facit, ut:

Ponite spes sibi quisque, (*Verg. Aen.* XI 309)

Aut ovium fetus aut urentes culta capellas, (*Verg. georg.* II 196)

et aspirationis loco fungitur. pro ἕξ enim, ἑπτά, ἥμισυ, ἕκτον, sex, septem, semis, sextum dicimus.

RBHK hanc praebent varietatem lectionis: paenum (*et sic fere ubivis h. l.*) *B* poeni *et sic in sqq.* oe *pro* e *H* hoc specus specoris *om. R add. r* algor] algus *K* hic algus huius algus *add. r* lucrum *BK* merorem *RHK* moerorem *B* vale] ualde *K* id est] *r* idem *R* a* (b) *R* diriuata *K* diriuatiua *R* latudo *K* alta altum *om. H del. r* diriuata *R* deriuatiua *B* diriuatiua *K* marmor] *k* mamor *HK* sanguinea sanguineum *add. r* clarus *om. R* clari *om. H* dipthongi *RB* dyptongi *H* diptongia long *K* longae] *r* longi *B* a long* *R* * longi (a) *H* uergt *H* insulae] *r* insule *R* insule *H* insolae *K* Ionio] *r* iunio *R* dipthongus *RB* diptong *K* dyptongus *H* Graecos] *r* grecos *RH* breui *in litura b* ICTPOC *K* ICTPOC *Rr* ΠCPOC *B* TOBACAE *Rr* τοιαύτας *lib.* I *l. l.* ΛΟΧΕΥΕΤΤΑΙ *R* ΛΟΧΕΥΕΤΥΑΙ *r* ΛΟΧΕΥΕΤΑΙ *K Graeca lac. rel. om. H* R et s *r* S et *r RK* penae *R* adfirmant *BH* no|uocales *R* grecos *RH* rhethor *K* byrria pyrrhus *Rr* byrrhi.a byrrhus *H* birrhia. pirrhus *K* intelligere *K* et *om. K* amittitur *R* synalipham *RB* sinalipham *HK* ponit *R* foetus *BH* turentes *Rr* culta ***** capellas *H* capelras *Rr* ἕξ — moderor tibi *spatio rel. om. H* ⊢ξa *K* eξ *B* HΠTA HMICY EKTON *R* ⊢ΠΘΑ ⊢ΜΥC ⊢ΚΤΟΝ *r* ⊢ΕΓΠΤΑ . ⊢ΕΜΙC . ⊢ΥCKTON *B*

Gerro, *οὐδαμινός, ἀπὸ τοῦ γέρων.*
Βρύειν Μένανδρος τὸ μεθύειν ἐν τῇ ἀσπίδι, unde Romani ebrius dicunt.
Καὶ οἱ Ἕλληνες ἔχουσιν ἀπρόσωπα ῥήματα, χρὴ μέ, δεῖ μέ, πρέπει μέ.
Moderor tibi Sallustius in Catilinario (51, 25): tempus, fortuna, cuius libido gentibus moderatur. moderor te Lucanus (*Phars.* X 199):

Sideribus quaecumque fugam moderantur Olympi.

Quaero te. quaero a te.
Διὰ τοῦτο οὐ λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι τὸ πρὸ β' Καλανδῶν ἢ πρὸ β' Εἰδῶν, ὡς μὴ ἔχοντες τὸν δυϊκὸν ἀριθμόν.]

Gerro, *οὐδαμινός, ἀπὸ τοῦ γέρων.*] *scripsi ex emendatione A. Nauckii* Gerro auctor ΟΥΔΑΜΕΝΟϹ ΑΠΟ ΤΟΥ ΤΕΡѠΝ *R* Gerroy ΔΑΜΕΝΟϹ ΑΠΟ ΤΟΥ ϹΕΡΟΝ *K* ΟΥΔΑΜΕΝΟϹ *B* ΓΕΡѠΝ *B* ΜΕΘΕ.ΙΝ *R* ΜΕΘΕΙΝ *BK* τh *K* ΑϹΤΠ**di ΠΙΔΙ *Rr* ΑϹΠΙΔΔΙ *B* unde — dicunt *om. RHK addendum est voc. βρύειν rell. huius comoediae apud Meinekium com. Gr. vol.* IV *p.* 91 *sq. fragmentis* h ebrius *Rr; ad* h: pro digamma *add. r* ΕΛΛΗΝΕϹ *Rr* ΕΛΛΗΝΕϹ *K* ΕΧΟΥϹΙΗΝ ΡΟϹѠΠΑΡΕΜΑΤΑ ΧΡΕΜΕ *K* ΑΠΡΟѠΑ *Rr* ΑΠΡΟϹΟΠΑ ΡΕΜΑΤΑΙ *B* ΧΡΗΜΗ *R* ΠΡΗΙ ΠΗ *Rr* ΠΡΕΠΕΗ *B* ΠΡΕΝΕΙ *K* salustius *BHK* catillinario *B* sideribusque cum quod *K* quaecumque] *cf. lib.* XVIII § 143 Olympi] *r* olyp pi *R* olimphi *HK* olymphi *B* *in* quaero a te *desinit H* ΔΥΑΤΟΥΤΟ*(Υ) *Rr* ΟΥΑΕ ΥΟΥϹΕΙΝΟΙ ΡΟΜΑΙΟ ΠΟ ΠΡΟ b ΚΑΛΑΝΔѠΝ hi Τ ΒΕΙΔѠΝ ѠϹΜΗ *K* ΟΥΛΕΤΕΥϹΕΙΝ ΟΙ ΡѠΜΑΙΟ ΤΟ ΠΡΟ Β ΚΑΛΑΝΔѠΝ Η ΠѠΜΑ hΕΧΟΝΤΟϹ ΤΟΝ ΔΥΚΟΝ ΑΡΙΘΜΟΝ. Δ ΝΟΜ ΠΡΟ Β ΕΙΔѠ.ΝѠϹΜΗ ΕΧΟΝΤΕϹ ΤΟΝ ΔΥΚΟΝ ΑΡΤΕΜΟΝ. *Rr* ΛΕΓΟΙϹΕΥΝΟΥ ΡΟΜΑΙΟΙ *B* ΚΑΛΑΝΔΟΝ *B* ΔΥΚΟΝ *B*

LIBER SEXTVS.

DE NOMINATIVO ET GENETIVO CASV.

Breviter regulas tibi me iussisti, Iuliane consul ac patricie, nominum colligere, quibus Latina utitur eloquentia. quod suscepi non tam rei facilitate vel ingenii confidentia, quam ne quid tibi, cui omnia debeo, prorsus negarem et quoniam ornamentum te esse Latinorum non minus quam Graecorum studiis gaudebam. igitur excusatio mihi sit audacis incepti difficillima recusatio tuae iussionis.

Nunc de nominativo et genetivo singulari, quibus inventis alii casus tam singularis quam pluralis numeri facile dinoscuntur, pleraque quidem a doctissimis viris, paucula tamen et a me pro ingenii mediocritate inventa exponam. et haec modo compendii causa, postea vero deo vitam praebente de accusativo et ablativo singulari et genetivo plurali tertiae declinationis, cum de | obliquis tractavero casibus, multo labore inventa et diverso auctoritatis usu approbata subiungam. de verbi quoque praeterito perfecto, cum de eius temporibus disseram, explanabo, in quibus vos dubitare dicitis: nec mirum, cum etiam ipsi probatissimi artium scriptores non omnino certis haec regulis disseruisse noscuntur.

---

2 Breviter — disseruisse noscuntur.] *om. A in mg. inf. add. a* iusisti [s] *Gg* iusisti *L* patriciae *Rr* patrici*(e?) *Bb* 4 facilitate] *in litura bh* facultate *ni f. BH* quit [d] *Rr* prursus *K* 5 ²Latinorum non minus quam ¹Graecorum (*in mg.* aliter Graecorum non minus quam Latinorum) *K* 6 studiis ***** gaudebam *L* gaudebam] *bh* gaudebamus *BHGr* excussatio *L* mi sit hi sit *H* 7 recussatio *L* iusionis [s] *Gg* iusionis *L* 9 denoscuntur *K* quidem] quedam *a* 10 a dhoctissimis *R* pauca *GL* 11 exponamus *G* exponam**(us) *HL* exponamus *K* 12 plurali [et accus.] tertiae *Kk* 14 autoritatis *a* asu [u] *r* ussu *G* ussu *L* subgungam *G* subiunguam [uel u] *L* 15 nos *Kk* 16 dicitis dubitare *GL* 17 omni** [no] *L* certis heregulis *a* diseruisse *L* *post* noscuntur: LIB̄ INCHOAT *Rr* INCIP̄ LIB̄ VI *et in mg.* Scripsi ego theodorus dionisii [filius] v̇ ḋ memorialis sacri scrinii epistorum et adiutor v̇ ṁ questoris s. PAL. urbe roma constantinopoli olibrio v̇. c̈c. *r* REGVLE NOMINVM PRISCIANI GRAMMATICI. INCIPIT LIBER VI. DE NOMINATIVO ET GENITIVO CASVS. *B* REGVLAE NOMINVM PRISCIANI GRAMMATICI INCIPIVNT DE NOMINATIVO ET GENITIVO *D* incip' de nt̃o et gt̃o *L*

Quoniam in superioribus libris de literis et syllabis et accidentibus nomini et de omni derivativorum specie nominum quantum potui diligenter exposui, nunc de regulis in hoc quidem libro nominativi et genetivi, in sequenti vero ceterorum casuum tractare incipiam, nec me pigeat, dum vivo, et haec et quaecumque scripsero vel mea diligentia vel amicorum monitu vel invidorum vituperatione, si iusta fuerit, emendare. solacio enim mihi ipse esse possum, qui veterum scriptorum artis grammaticae vitia corrigere, quamvis audacissime, sed maximis auctoribus **Herodiano** et **Apollonio** confisus ingredior, si quid in meis quoque humani erroris acciderit scriptis, quod sit emendandum. || I 1

Quattuordecim sunt literae terminales nominum, quibus Latinus utitur sermo: vocales omnes, semivocales similiter omnes absque z et f, quam magis mutam esse, cum de litera tractabamus (in primo libro) ostendimus, praeterea mutae tres c t d, ut 'sophista', 'mare', 'gummi', 'Cicero', 'cornu', 'sol', 'templum', 'numen', 'Caesar', 'virtus', 'pax', 'lac', 'aliud', 'Bogud', 'caput'. | in Graecis autem invenitur etiam y, ut 'Dory', nomen oppidi Pontici, et 'Aepy'. **Statius in quarto Thebaidos:** 2

et summis ingestum montibus Aepy.

In a desinentia nomina sive Latina seu Graeca, masculina vel feminina vel communia, addita e faciunt genetivum in 'ae' diphthongum, ut 'hic scriba huius scribae', 'haec Musa huius Musae', 'hic' et 'haec auriga huius aurigae'. inveniuntur tamen quaedam ex communibus etiam neutro generi adiuncta, sed figurate per *ἀλλοιότητα*, ut 'advena', 'mancipium'. **Valerius** autem **Maximus** in **II memorabilium** ponit **alienigena**

1 Q *appinxit*, uoniam — libris *pingendu reliquit A* accedentibus nominis *K* nominis accidentibus *GL* 2 nomini] *om. AG* deriuatiuatiuorum *K* speciae *Rr* diligente[r] *Rr* deligenter *G* 4 sequente *AH* uero *supscr. L* caeterorum *r* me *add. g* 5 deligentia *G* 6 invidorum vituperatione] *b* inuidiorum uituperationē *B* solacio] *rg* solatio *RAG* 7 enim *add. g* grammaticae] *r* gramaticae *R* 8 haerodiano *R* 9 appollonio *RDGL* appollonio *K* confissus *g* ingreditor *Rr* quit[d] *Rr* 10 accederit *LKg* 11 REGVLAE NOMINVM PRISCIANI GRAMMATICI *R* DE NOMINATIVO ET GENETIVO *in mg. add. r* incipit de nominatiuo et genitiuo *G* DE OMNIBVS TERMINALIBVS LITTERIS NOMINVM. *DL* Quattuordecem *L* Quatuordecem *K* 12 similiter omnes] *in litura et ad mg. g* omnes similiter *A* absce *K* 13 ostendamus *K* 14 cummi *B* 15 numen] nomen *A* lax *Rr* bugud *GK* bagud *k* 16 caput] *r* capud *RK* autem *om. K* Y. UT AOPY *R* doroy[uel r] *L* 17 epy *AG* aepy *g* aery *L* Satius *L* *Stat. Theb.* IIII 180 IIII *D* III *A* thebiados *R* tebaidos *AHL* 18 epy *A* aepy *Gg* ery[uel r] *L* 19 DE NOMINIBVS IN A IN PRIMA DECLINATIONE. *DL* siuellatina *Rr* 20 in .e. *Rr* h*c scriba *b* hęc scriba *B* 23 ΑΛΛΟΕΤΕΚΑ *G* ΑΛΛΤΗΤΑ *L* alloeoteta *RDHK* alloeotheta *A* alleoteta *B* alloteta *h* 24 *Val. Max.* II 1, 10 ponit cum sit alienigena ****** (cū duorū *in lit. b*) generum et tamen ille adiungit ad neutrū per transfigurationem. Alienigena *B* ali*enigena *R*

studia, quod prima declinatio non habet: nullum enim neutrum nec primae nec quintae declinationis potest inveniri, nec idem esse singularis nominativus neutri generis in a desinens et nominativus pluralis. sed antiquissimi 'hic alienigenus' et 'haec alienigena' et 'hoc alienigenum' dicebant, ex quo potest hoc esse plurale. nec non cetera similiter a genere composita proferebant, 'caprigenus', 'terrigenus', 'taurigenus', idque usus confirmat. Pacuvius in Paulo:

Qua vix caprigeno generi gradilis gressio est.

Cicero in prognosticis:

Caprigeni pecoris custos de gurgite vasto.

Virgilius in III:

Caprigenumque pecus nullo custode per herbam.

hoc tamen potest etiam per syncopam accipi pro 'caprigenarum', sicut idem in VIII:

Optime Graiugenum, cui me Fortuna precari,

pro 'Graiugenarum'. Accius in Ioe:

Ex taurigeno semine ortam fuisse an humano.

illud etiam observandum, quod octo sunt nomina in a || desi|nentia feminina, quorum masculina in 'ius' plerumque terminant genetivum et in i dativum more quorundam pronominum. itaque feminina quoque nec non etiam neutra eosdem habent genetivos et dativos, unde quidam decepti inter pronomina posuerunt ea. sunt autem haec: 'unus una unum unius uni', 'ullus ulla ullum ullius ulli', 'nullus nulla nullum nullius nulli', 'solus sola solum solius soli', 'totus tota totum totius toti', 'alius alia aliud alius alii',

1 prima ****** *B* 2 quintae] secundae *A* 4 aligenigenus *A* alenigenus *L* aligenigena *A* alenigena *L* aligenigenum *A* alenigenum *L* 5 potest hoc esse *Rr* caetera *r* 6 capri***genus *L* 7 pacubius *BADGLK* paccubius *H* *Pacuv. Paul. fr.* 2 *p.* 137 *Both. fr.* IIII *p.* 74 *sq. Neuk. fr.* IV *p.* 236 *Ribb., quocum secutus sum egregiam Hermanni* (*opusc.* V 264) *emendationem.* quamuis caprigeno pecori grandior gressiost *libri Macrob. Sat.* VI 5, 14, *ubi cf. Ianum,* quae via | Caprigeno generi gradibilisque gressio est *Neukirchius.* Qua via vix caprigeno gradibilis generi gressio est *coni. Fleckeisenus* in Paco (*s.* in Pacv?) *A* 8 Qua] Quia *RBDHG* que *h* vix] uia *H rell.* tua *h* genere *A* gradibilis *libri* gresio *RL* 9 *Cicero prognost. fr.* 6: IIII 2 *p.* 556 *Or.* 10 peccoris *D* pe*oris *H* 11 *Verg. Aen.* III 221 III] *r* IIII *RBH* III aeneidos *D* III. aenidos *G* III eneidos *L* 12 herbam *ex* herbas *corr. L* herbas *Med. Pal.* (*deficit Rom.*) *cf. lib.* VII § 9 14 *Verg. Aen.* VIII 127 15 Optime — pro Graiugenarum *add. r* optimae *G* optume *K Med. cf. lib.* VII § 9 furtuna *HGL* praecari *H* precari *b* 16 Actius *H* *Att. in Ioe fr.* 2 *p.* 211 *cf. p.* 220 *Both. Minois sive Minotauri fragm. unic. p.* 166 *cf. p.* 302 *sq. Ribb.* in .I. oe *D* Minoe *Dresd. Krehlii* in Minotauro: Taurigeno semine ortum fuisse an humano? *Macr. Sat.* VI 5, 14 17 hortam *D* ortam ****** fuisse *H* an humano] *R Macrobius* eam an humano *L* an humano eam *r rell.* an humano eluam? *Bothius* 18 DE OCTO NOMINIBVS IN DECLINATIONE PRONOMINVM. *D* De VIII nominibus pronominum. *L* Illud quoque etiam *L* octo] *Kr* uel VII *k* hocto *R* 19 in us *A* in usu plerumque terminant genetiuum in ius *L* et in i *in lit. b* 20 quorundam] *r* quorumdam *RB* quordam *G* necnon et neutra *AG* necnon neutra *K* 22 ea posuerunt *K* 23 nuli *Rr*

'uter utra utrum utrius utri', 'alter altera alterum alterius alteri'. similiter 4
ab eis composita: 'uterque utraque utrumque utriusque utrique', 'alteruter alterutra' vel 'altera utra alterutrum' vel 'alterum utrum alterutrius' vel 'alterius utrius alterutri' vel 'alteri utri' - utraque enim declinatio in usu veterum est -, 'neuter neutra neutrum neutrius neutri'. sed in hoc nomine ex contrario aliis, quae simili forma declinantur, frequentior est usus genetivi in i et dativi in o terminantis in masculino et neutro, in feminino vero in 'ae' diphthongum: 'hic neuter' et 'hoc neutrum huius neutri huic neutro haec neutra huius' et 'huic neutrae'. et sciendum, quod, quotiens superiora masculina in i desinunt in genetivo et in o in dativo - hoc enim quoque rarior habet usus et vetustior -, necessario feminina in 'ae' diphthongum supra dictos terminant casus. itaque non solum 5
'una unius uni', sed | etiam 'huius' et 'huic unae', et similiter 'ullae', 'nullae', 'solae', 'totae', 'aliae', 'alterae' in usu antiquiore invenimus. Cicero pro M. Tullio: hoc iudicium sic expectatur, ut non unae rei statui, sed omnibus constitui putetur. idem ad Herennium VI: non res tota totae rei necesse est similis sit. Terentius in heautontimorumeno:

haec ipsa in itinere alterae
Dum narrat, forte audivi.

idem in eunucho:

Numquam edepol quicquam iam diu, quod magis vellem evenire,

2 composita. ut ius terminant genitiuum et datiuum in .i. uterque *B* 3 uel altera utra *add. g* 5 hoc (hac *h*) nomine neutrum *RH* hoc neut̄ neutr̄ nomine *G* hoc neutro nomine *ADK* hoc neuter nomine *Lk* 6 ex econtrario *L* aliisq; supradictis simili *B* usus (in superscr.) est *GL* 7 i *Dd* datiui *ex* datiuo *corr. R* 8 femino *D* hic] hi•c(n) *B* 10 quod] *r* quot *R* desinant *A* disinant *LG* desinentia *B* in o in dativo] *g* in datiuo in o *GL* in o datiuo *RADHK* 11 quoque *supscr. in L* usus] u'si (l superscr.) *A* 14 nulae *Rr* antiquore *R* 15 *Ciceronis pro M. Tullio or.* § 36 *hoc fragm. inseruerunt editores cf. Kelleri semestr.* I *p.* 679 *sq. n.* 144 m. (marco superscr.) *L* iudicio (v̄ superscr.) *D* si (c superscr.) *Rr* exspectatur *G* expect••atur (ba?) *L* expectabatur *K* 16 unae rei (datur superscr.) *Rr* rei *om. L* *rhet. ad Herenn.* IIII 48, 61 herrennium *L* 17 VI *om. A* non enim res *rhet. ad Her.* tota totae *ex* totae tota *corr. K* tote tota (a, e superscr.) *Rr* necesse (est superscr.) sit similis *L* necesse • sit similis (~ *ni f.*) *G* est ut similis *BH* sit similis *K* 18 *Ter. heautont.* II 3, 30 *sq.* heautontimorumenon *BH* eautontimorumenon *RD* euatontimor non *G* eutontimor̄ N̄ *L* eautontumorunemo *A* . eautoñ N haec *K* 19 haec] hoc *Bemb. Bas.* ex *duo codd. Ter. Bentleiani* itenere *GL* itinire *K* 20 audiendi uel audientem (ui superscr.) *Hh* audientem *B* audienti. In eunucho *R* 21 idem] unde *GLK* *Ter. eun.* V 6, 1 *sqq.* iunacho *GK* 22 iandiu *GK* uelle me uenire *GLK*

†Mihi evenit, quam quod modo senex intro ad nos
venit errans.
Mihi solae ridiculo fuit, quae quid timeret †sciebam.

Caelius: nullae nationi tot, tantas, tam continuas victorias tam brevi spatio ‖ datas arbitror quam vobis.

6 Eiusdem [id est primae] declinationis femininorum genetivum etiam in 'as' more Graeco solebant antiquissimi terminare, unde adhuc 'paterfamilias' et 'materfamilias' solemus dicere et frequens hoc habet usus. Livius in Odyssia:

Atque escas habemus mentionem,

'escas' pro 'escae'. ibidem:

Nam diva Monetas filia docuit,

'Monetas' pro 'Monetae'. in eodem:

Mercurius cumque eo filius Latonas

pro 'Latonae'. Naevius in carmine belli Punici I:

Inerant signa expressa, quo modo Titani,
Bicorpores Gigantes magnique Atlantes,

1 Mihi pro Mi *etiam Bemb. Bas.* euenit quicquam quod *B* quam quod] *r* quod quam *R* senex] *b* sex *B* 2 uenit *Kk* erans *Rr* erans *L* 3 ridiculum *Bas.* fuitq. quid *GLK* fuit quiq, quid *A* sciebam *pro* scibam *etiam Bemb. Bas.* 4 Caelius] *cod. Vat.* 1480 *s.* X *m. pr.* Caecilius *Vat. m. alt. RBDHK* Cecilius *A* Cicilius *GL. inter Coelii Antipatri fragm. h. l. merito collocant Cortius fragm. hist. p.* 40, *Krausius p.* 194, *qui tamen potius cum Ruhnkenio ad Vell.* II 68, 1 *ex M. Coelii Rufi ad Quirites oratione sumptum censet, Rothius, et ipse dubitans, p.* 317 *fr.* 29, *cf. etiam Nautam de L. Coelio p.* 14 *sq. Groenium v. Prinsterer de eod. p.* 76 *Vlricium Charakteristik d. ant. Historiographie p.* 115 *n.* 6: *M. Coelii Rufi ex or. inc. fragmentis l. assignat Ellendtius prolegg. in Cic. Brut. p.* 129 *ed. alt. eiusque reliquiis inseruit Meyerus l. l. p.* 469, *quamquam* Laelio *potius legendum putavit* nationi *ex* natione *corr. B* 5 arbitros *K* 6 DE GENITIVO MORE VETERVM *DL* feminor̄ *BG* genitiuum ******** etiam *K* more graeco solebant antiquissimi in as *A* 8 et *om. K* materfamilias pro familiae *r rell.* mater pro familiae familias *R, quod vocc.* pro familiae *interpretamento originem debere ostendit* Libius *DHGK* lybius *L* 9 odissia *BHK* odyssa *R* odisia *GL* 10 atque escas | Habemus mentionem *God. Hermannus elem. doctr. metr. p.* 621, *qui coll. Hom. Od.* IIII 213 *coni.* habeamus *adversante Düntzero de versu sat. p.* 45, *qui l. Od.* X 177, *unde f.* habebimus *scribendum est* aescas *RG* mentionem habemus *L* 11 aescas pro aescae *RG* ibidem] In eodem *GL* 12 diuina *GLK* diua *k* diuam *vel* diuae *Merula ad Enn. p.* CCCCXLVIII filia *Scaliger ad Paulum s. v. corniscarum* (*Fest. p.* 393 *ed. Lind.*) *assentiente Hermanno l. l. p.* 624 *coll. Od.* VIII 480 *sq.* filiam *libri* 13 Monetas *om. D* in eodem] *cf. Hermannum l. l. p.* 623 *sq. vel potius epit. d. m. p.* 223 *sq. ed. alt. coll. Od.* VIII 322 *sq.* 14 latinas pro latonas *A* 15 Nenius *ADHGLKr* Nouius *R* *Naev. b. P.* I 13 *p.* 45 *Kl.* I, XVIII *p.* 12 *Vahl. cf. G. Hermannum l. l. p.* 630 *Od. Müllerum ad Fest. p.* 397 *Corssenium origg. p.* 198 *sq.* 201 *v. infra* § 26 I] *om. R* I *add. r* prim* *G* primo *g* 16 exp̄sa *GL* expressa *b* tritani *Rr* tytanii *D* titani *L* 17 bicorpores] *r* bicorpore *RBAHGLK* magni*que *L* que *del. Hermannus* Atlantes] *g* athlantes *BADHGL* adquelantes *R*

Rhuncus ac Purpureus, filii Terras

pro 'Terrae'. in eodem:

Ei venit in mentem hominum fortunas

pro 'fortunae'. Ennius in XVII annali:

dux ipse | vias

pro 'viae'. Cicero in IIII Verrinarum: liberos, matres familias, bona fortunasque omnes. dicitur tamen et 'pater familiae' et 'patres familiae' et 'familiarum' et 'familiis'. Marcus Brutus de officiis: itaque patres familiae domini sumus. Sallustius in Catilinario: sed filii familiarum, quorum e nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent. Cicero in frumentaria: itaque ex his scribis, qui digni sunt illo ordine, patribus familiis, viris bonis atque honestis, percontamini.

Neutra eiusdem terminationis Graeca sunt et addita 'tis' faciunt gene- II 7
tivum, ut 'hoc peripetasma huius peripetasmatis', 'hoc poema huius poematis'. haec tamen antiquissimi secundum primam declinationem saepe protulerunt et generis feminini, ut Plautus in Amphitrione 'cum servili schema' pro 'schemate':

Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,
Quod ego huc processi sic cum servili schema.

1 rhumcus *R* rumchus *BH* rhu[m]*cus *L* Runcus *Vahlenius* Rhuncus atque Purpureus *Bentleius ad Hor. c.* II 19, 23 Purpureus atque Runcus *Fleckeisenus* ac] *Müllerus* atque *libri, om. Hermannus* Purpureus] *b* porpureus *GLK* purporeus *BH* pur pro fortunae *R* pureus — fortunas *in mg. add. r* fili *L* 2 *Naev. b. P.* I 7 *p.* 42 *Kl* I, IV *p.* 10 *Vahl.* 3 Ei *om. GL* Ei venit] *d* euenit *Lg* uenit *D* mente *BADGLK* hemonum *Klussmannus* furtunas *GL* 4 furtunae *GLK* Ennius in XVII ann.] VII 46 *E. S.* XVII, III *p.* 63. LXXVIII *Vahl.* annalium *A* 6 *Cic. in Verr.* II 2, 54, 136 III *A* lib[eros] *L* 7 bona* *B* bonas *b* furtunasque *GL* tamen *spscr. in K* 8 patres *in* patris *mut. B* *M. Brutus de officiis: περὶ καθήκοντος Sen. ep.* 95, 45 *cf. Drumannum hist. R.* IIII *p.* 38, *qui perperam laudat Charisium p.* 83 *P. a Fabricio interpolatum* de [o]fficiis *L* 9 patres familiae] *d* patrifamiliae *D* *Sall. Cat.* 43, 2 10 Catilinario] *rh* catillinario *RBDLK* catulinario *H* filii [patrum] familiarum *Hh* ex *Caroliruh. alter cum libris Sallustianis* 11 interfecerunt *h* *Cic. in Verr.* II 3, 79, 183 12 iis *Lambinus* scriptis[bi] *L* digno *R* 13 familiis] *sic etiam codd. Cic. praestantissimi fere omnes* familias *codd. Cic. rell.* familiae ** *H* percontamini] *g* percunctamini *AGd cum Cic. palimps. Vat.* 14 DE NOMINIBVS NEVT IN TERTIA DECLINATIONE. *D* De nominibus neutris in .a. in .III. declinatione. *L* terminationis] *k* terminis *K* 15 huius peripetasmatis] *g* .tis *GL* huius poematis] .tis *GL* 16 Haec neutra tamen *GLK* saec[v]undum *Rr* saepe protulerunt *om. A* 17 protulerant *Rr* *Plaut. Amphitr. prol. v.* 116 *sq.* amphithrione *G* amphytrione *D* 18 seruuli *B* schema] *g* schaema *r* scema *BDGLK* sc[h]ema *H* schemate] *g* [s]chemate *R* chae[s]mate *r* scemate *GLKd* 19 hunc ornatum] *prologi poeta* ornatum hunc *libri Prisc.* ammiremini *L* 20 huc ego *B* huc] *r* hunc *R* procesi *K* sic *om. A* scema *DGL* schaema *r*

Valerius in Phormione:

Quid hic cum tragicis versis et syrma facis?

pro 'syrmate'. Plautus in Persa:

†Theatrum lepida condecorat schema.

Caecilius in hypobolimaeo:

Filius in †me incedit satis hilara schema.

Pomponius in satura:

Cuiusvis leporis liber diademam dedit,

pro 'diadema'. Laberius in cancro:

nec Pythagoream dogmam doctus.

Plautus in milite glorioso:

Glaucumam ob oculos||obiciemus eumque ita
Faciemus, ut quod | viderit ne viderit.

1 ualirius *G et in* ualerius *corr. H, del. et* terentius *in mg. ascr. h* *Valerius in Phormione p.* 72 *Ribb.: idem locus l. infra* § 73, *ubi l. Laberianus praecedit: recte igitur, cum iam de Laberii nomine inferendo non possit cogitari (intulit tamen Barthius advers.* IIII 5). *Falsterus mem. obsc. p.* 117 *Valerium Valentinum poetam videtur intellegere, cuius mentionem servaverunt Val. Max.* VIII 1 *abs.* 8, *Fest. p.* 363 *M. et f. anon. Hauptii p.* 76, 8 (*p.* 33, 85 *ed. Otto*): Valentinus 'nullus mea carmina laudat'. *haec quidem verba leguntur in Symposii aenigm.* 19 *Wsdf.: at is dictum Valentini in usum suum convertere potuit. tamen probabilior Hauptii est sententia, qui post Valentini nomen et eius versum et nomen Symposii excidisse censet; ipsum vero Symposium Valentino substituendum esse vix cuiquam, opinor, persuadebit Guil. Paulus noster in docta de Symposii aenigmatis diss. part.* 1 *p.* 17 *sq., ubi ad Symposium haec pertinere scite observavit.* '*fortasse Valerius Aedituus, de quo Gell.* XIX 9, 10' *Ribbeckius l. l.; cum eiusdem denique Laberii mentione coniungitur Valerius quidam, Atellanarum, ut vid., vel mimorum scriptor apud Cic. epp. ad fam.* VII 11, *cf. Ribbeckium l. l. p.* 257 *sq.*

formione *RBAGLK* 2 ^h^ic *Rr* uersibus *K* sirma *ex* firma *corr. K* facis *add. g* 3 sirmate *ex* firmitate *corr. K* *Plaut. Pers.* IIII 2, 2 (*v.* 463) Tiara ornatum lepide condecorat tuum *libri Plautini, unde Prisciano in opem vocato* Tiara tuum lepida lepide decorat schema *Palmerius* Tiara ut lepidam lepide condecorat schemam *Acidalius* Tiarae ornatum lepida condecorat schema *Lipsius* Theatrum lepidum lepida condecorat schema *Guil. Canterus nov. lect.* 3, 18 Persa] *a* Persis *libri* 4 teatrum *r* teathrum *G* theathrum *LK* condecorat] *blk* cum decorat *BL* •decorat (⁊ *ni f.*) *K* schema] *g* scema *DGLK* 5 Caecilius — hilara schema] *h. l. om., post* pro diadema *inserunt GL* cecilius *RAD* cicilius *GLd* hypobolimaeo] *Rob. Stephanus, Meinekius Men. et Phil. rell. p.* 172 hippo *BADH* ^l^ppo *Rr* lupo *GL* eppo *K* *hypobol. fr.* 8 *p.* 138 *Both. p.* 29 *Spgl. fr.* II *p.* 40 *Ribb.* 6 in me in me *A* me] *libri* med *Bothius* incendit *H* satis] *libri* sat *Ribbeckius* hilaria (*non* hylaria) *Rr* hilari *BA* schaema *R* scema *DGLK* 7 Pomponius] *r* Pompinius *RH* *Pomponii satur. p.* 158 *Munk. fr.* I *p.* 211 *Ribb.* sat^y^ura *Rr* satira *b* 8 cuiusuis] cũ sui *A* lepolris *A* deiadimam *G* deademam *L* 9 deiadima *G* deadema *L* Laberius] *Heidelb.* (*et sic* π *Putschius*), Liberius *rell.* *Laber. cancr. p.* 209 *Both. p.* 239 *Ribb.* cranero *A* cancro nec] cancrone *GL* 10 phythagoream *Rr* pithagoream *DH* phitagoreã *AL* pithagoriam *K* 11 *Plaut. mil. glor.* II 1, 70 *sq.* (*v.* 148 *sq.*) 12 glaucunam *Rr* glaucomam *BGL* glauculos *A* glauc^om^uma *libri Plaut. opt.* ob] *r* ab *R* ab oculis abicimus *K* oculo^s^ *L* ocul•• *H* oculis *h* obi^i^ec^i^emus *Gg* abiciemus *H* 13 ne uideat *RBAD* non uiderit *libri Plautini, Prisc. Vat.*, non *in* ne *a m. alt. corr.*

quidam autem in 'um' etiam teste Celso huiuscemodi nominum protulerunt nominativos: 'hoc emblematum huius emblemati', 'hoc toreumatum huius toreumati' declinantes. unde frequens usus eorum dativos et ablativos plurales in 'is' terminat: 'his' et 'ab his schematis', 'emblematis', 'peripetasmatis', 'toreumatis', quibus frequenter casibus in Verrinis utitur Cicero. 8

Nam a et h et k nomina literarum indeclinabilia sunt, sicut aliarum quoque omnium literarum nec non numerorum a 'quattuor' usque ad 'centum', sed etiam 'mille': nam a 'centum' compositi numeri declinantur, ut 'ducenti ducentorum ducentis' et similes. et literarum quidem nomina neutri generis sunt, numeri vero, qui sunt indeclinabiles, omnis sunt generis, hoc est et masculini et feminini et neutri. 'Mulucha' flumen et 'Turia' et siqua similia inveniuntur, magis figurate masculina cum neutris iunguntur, ut si dicam 'Tiberis flumen' vel 'Hister flumen'. quod autem non sunt neutra 'Turia' et 'Mulucha' et similia, ostendit etiam natura ipsius sermonis Punici, in quo omnia nomina vel masculina sunt vel feminina. ergo 'Capsa' quoque et 'Thala' oppidum et 'Tirimida' similiter 9 figurate feminina | neutris sunt coniuncta. unde Sallustius in II historiarum: inter laeva moenium et dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit, 'Turiam' dixit, qui accusativus masculini est, non neutri. plurima tamen non solum in Africa, sed in aliis etiam regionibus nomina fluviorum in a inveniuntur desinentia. Lucanus in II:

1 DE NOMINIBVS IN VM IN SECVNDA DECLINATIONE *DL* etiam *om. A* teste *add. h* huiusce[uel e]modi *Gg* 2 ut hoc *BDh* emblimatum *Gg* emblaematum *H* huius emblemati] .ti. *GL* 3 huius toreumati] .ti. *GL* ablatiuos plū *G* ablatiuos in is termina•t plurales (n) *L* 4 plurales] *h* plures *H* in his *Rr* terminant *AD* terminant plurales *G* scematis *BDGLK* schaematis *r* 5 peripatasmatis *K* toreumatis peripetasmatis *GL* torehumatis *R* cicero casibus in uerinis utitur *K* [uer]inis *G* 6 *Cicero in Verrinis: cf. lib.* VII § 82 7 DE NOMINIBVS LITTERARVM ET NVMERORVM *DL* a et h et k] *rh* a h k *A* A.&.KA. *B* a et k *HGLK* et ak *R* litterrarum *R* 9 sed] sic *HL* sicut *K* 10 similia *A* 11 generi *R* sunt indeclinabiles sunt omnis sunt *A* generis sunt *GL* 12 est et masculini] *hl* est masculini *DHGL* DE NOMINIBVS FLVMINVM *D* Mulucha] *h* mulucca *R* Mulu[h]ccha *BDH* Mulcha *GLK* 13 inueniuntur similia *A* inuenia[u]ntur *g* figurata *G* figurate *b* 14 tyberis *GL* 15 tyria *G* t•ria *L* Mulucha] *h* muluccha *BDH* mulcha *GLK* natura] *b* neutra *ni f. in ras. B* 16 in quo] *h* in qua *RBADHL* nomina *om. B* sunt *om. GL add. l* 17 tala *H* tāla *h* opidum *G* tirm•da *H* tirmada *h* Thirmida, Tirmida, Tirimida *etc. libri Sall. Iug.* 12, 3 18 figuratae *G* coniuncta sunt. *DGK* Vnde et *GL* *Sall. hist. fr.* II 24 *p.* 136 *Kr. cf. lib.* V § 6 19 m[oe]anium *Rr* dexterum *K* tyriam[uel u] *Gg* tiriam[u] *L* 20 prae[ter]fluit *L* tyriam[uel u] *Gg* tiriam[u] *L* 21 est masculini *g* 22 affiera *R* affrica *Hr* etiam in aliis *LK* *post* regionibus: nomina *add. sed ipsa del. l* fluuiorum in a inueniuntur nomina *GL* 23 *Luc. Phars.* II 426 *sq.*

nullasque vado qui Macra moratus
Alnos.

in eodem:

Senaque et Adriacas qui verberat Aufidus undas,

qui sunt Italiae. similiter 'Himella' et 'Allia'. Virgilius in VII:

prope flumen Himellae.

idem in eodem:

et quos infaustum interluit Allia nomen.

Sallustius in II historiarum: nisi quia flumen Clurda Tauro monte defluens. nec non etiam Graeca nomina tam fluviorum quam aliorum || in 'as' apud illos desinentia, quae in ου faciunt genetivum Graecum, nostri absque s solent plerumque proferre, ut 'Marsya', 'Geta', 'Chaerea', 'Sosia'. Lucanus in III:

Qua celer et rectis descendens Marsya ripis
Errantem Maeandron adit.

Hoc etiam sciendum, quod omnis nominativus in a desinens corripitur, quamvis sit apud Graecos productus, ut 'Lydiă', 'Syriă', 'Phrygiă', 'Italiă', 'Hispaniă'. unde accentus quoque cum tempore mutatur. in paucis tamen inveniuntur poetae Graecis servasse morem Graecum; Statius in IIII Thebaidos:

Non Tegéa, non ipsa deo vacat alite felix
Cyllene.

idem in VI:

te plangeret Argos,

1 moratur *r cum aliquot libris Lucani* 3 Idem in *DL* *Luc. Phars.* II 407 4 saenaque *RBDK* senaquae *H* adric(a)as *Dd* adriaquas *L* adria(c)das *K* 5 qui sunt — Himellae *add. d* italia *G* alliā *A* *Verg. Aen.* VII 714: Casperiamque colunt Forulosque et flumen Himellae (et flumen *sup. lin. add. Med.*) 6 himelle *HL* 7 *Verg. Aen.* VII 717: Quosque secans infaustum interluit Allia nomen 8 quos] *b* quod *B* Allia] *h* alia *H cum Rom.* 9 *Sall. hist. fr.* II 38 *p.* 147 *Kr.* qu(i)a *Prisc. Vat.* Clurda] *d Vat. m. alt.; idem fluvius l. videtur apud Plin. nat. hist.* V 29, 108: fuit in eo tractu et Maeandropolis, est Eumenia Cludro flumini adposita. clurdia *D* clu*a *Vat.* lurda *Bh* durda *A et aliquot Krehlii et sic ni f. ante corr. H* monte tauro *L* 10 DE NOMINIBVS GRECIS IN SECVNDA DECLINATIONE *D* De nominibus grecis in ·I· declinatione *L* 11 in v *K* 12 sol*unt (u *ni f.*) *B* soliut *b* marsia *RBAHGLK* 13 cheria *L* cherea *rell.* *Luc. Phars.* III 207 *sq.* .UI. *G* 14 Qua] *in litura h* quae *BAD* quem *GL* caeler *R* celer et] *hl* celeret *HL* rectis] ripis *A* descendens] *h* discendens *HGLK* marsia *RBAHGLK cum utroque Voss.* ripis *ex* rupis *corr. K* 15 meandron *RAHGL cum Voss. B* 16 omnis *add. d* corripitur apud latinos quamuis *B* 17 apud graecos sit *GL* produc(v)tos *Dd* lidia *HGLK* siria *AGK* phrigia *ADHGLK* 18 quoque cum tempore accentus *GL* quoque cum tempore motatur accentus *K* 19 seruare *GK* *Stat. Theb.* IIII 287 *sq.* 21 tege(a)o *H* tegeae *Cass.* uocat *RAGK* 22 cyllenae *H cum Cass.* cy(l)lene *K* cy*lene (!) *G* cyllaene *A* cillenae *R* cellene *L* 23 *Stat. Theb.* VI 515 *sqq.* VI *ex* VII *corr. L*

p. 681 P. p. 225 K.

Te Neméa, tibi Lerna comas Larissaque supplex
Poneret.

In e correptam Latina sunt neutra, quae e in 'is' conversa faciunt genetivum, ut 'hoc marĕ huius maris', 'hoc monilĕ huius monilis', 'hoc mantelĕ huius mantelis' — Ovidius in IIII fastorum: 11

Dixerat. a dextra villis mantele solutis
Cumque meri patera turis acerra fuit —,

'hoc Soractĕ huius Soractis'. Horatius in I carminum:

Vides, ut alta stet nive candidum
Soracte.

Virgilius in XI:

sancti custos Soractis Apollo.

excipitur unum indeclinabile in singulari numero, 'hoc cepĕ huius cepe' — Apuleius in medicinalibus: cepe sucum melle mixtum —, quod in plurali numero femininum est primae declinationis, 'hae cepae harum ceparum', quamvis antiquissimi in a quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inveniuntur. Naevius in Apella:

Vt illum di ferant, qui primum holitor cepam protulit.

Lucilius in saturarum VI:

Lippus edenda acri adsidue ceparius cepa.

1 Nemee *ex libris suis, ut vid., Queckius* nemea lernea *Cass.* Lerna] *h* ..erna *H* laris aquae *R* larisaque *HGLKr* supplex] *g* suplex *RG* 3 DE NOMINIBVS IN E CORREPTAM *DL* quae in *R* 4 munile *A* monilis] *d* munilis *AD* 5 mantele] *in litura h* mantile *ADGLK* huius mantelis] .is *G* .lis *L* huius .lis *K* mantelis] *in litura h* mantilis *AD* *Ovid. fast.* IIII 933 *sq.* III *BAHr* 6 a dextra *scripsi cum libris Ovidianis opt. et plurimis* at dextra *BHLr cum aliquot codd. Ovid.* ad dextra *RA cod. fastor. Berol. olim Reland.* ac dextra *GK* ad dextram *D* mantile *ADGLK* 7 mera *A* acersa *Kk* acersa *in litura g* ruit *h et sic multi codd. Ovid. ex praestantioribus* 8 soracte *ex* socrate *corr. L* huius soractis *g* .tis. *GL* oractis *Rr* *Hor. carm.* I 9, 1 *sq.* 9 uide. (t) *L* niuum *Rr* candidem *R* 10 soractae *Rr* saracte *H* 11 *Verg. Aen.* XI 785 12 appollo *RHGK* 13 indeclinabile *om. A* caepe *Hb* cepe *G* coepe *BL* caepe *BH* coepe *GL* 14 Apoleius *L* Apoleus *G* Apuleius in medicinalibus] *Apul. fr.* 15 *t.* II *p.* 638 *Hldbr. cf. O. Iahnium in act. soc. sc. Sax. class. ph. h. a.* 1850 *p.* 285 caepe *B* coepe *GL* cepae *Apuleius scripsisse videtur C. L. Schneidero gramm. Lat.* II 1, 366 15 haec *Rr* heae *in litura h* cepae] *g* coepe *ni f. G* cepe *B* coepae *L* 16 coeparum *L* ceparum *B* cepa.rum *D* singulari *BL* 17 Neuius *libri* appella *BADHGLK* *Naev. Apell. fr.* 1 *p.* 12 *Both. p.* 138 *Klussm. fr.* II *p.* 7 *Ribb.* 18 di fer.. *D* dii ferant *rd* differant *RBAHG* differant *L* defferant *K* dii terant *α* primus *Bothius* holetur *R* holitus *D* holi.. *Hh* olitr *B* olit *A* cepam *B* 19 Licilius *GL* VI] libro V *Non. p.* 201, 9 *Luc. sat.* V 12 *Dous.* V 13 *Gerl.* 20 edendo *R* agri *A* acria *H* assiduae *B* adsidue *Rr* adsiduae *DH* assidue *AG* assiduo *Nonius* *ante* ceparius: κρομμυοπώλης (*sic recte librorum scripturam expressit π:* ΚΡΟΝΟΥΠΟΛΗϹ *B* ΚΡΟΝΥΟΠΟΛΕϹ *D* ΚΡΟΝΙΟΠѠΛϹ *A*) *add. BAD* ceparius *B* coepa .i. coepa ΚΑΡѠΝΥѠΛΗϹ *L* cepa lacrimosa *Nonius* cepa id est κρομμυοπώλης homo *Paul. Leopardius emendatt.* XIV 14 1 coepe *L*

frequentior tamen usus 'hoc cepe' protulit. Naevius in Apella:

cui cepe edundo oculus alter profluit.

Novius in eculeo:

oleas, cepe, ficus.

Varro de actionibus scenicis III: multifariam in patellis coquere cepe. Caper tamen et 'cepicius' et 'cepicium' veteres dixisse ostendit.

III 12 In e productam Graeca sunt | feminina et vel Graece declinantur, ut 'Libyē Libyes', vel mutata e in a et acce||pta e faciunt in ae diphthongum genetivum, ut 'Helena Helenae'.

In i Latina sive Graeca inveniuntur et neutra sunt vel omnis generis et aptota: 'hic' et 'haec' et 'hoc frugi', 'nihili', 'mancipi', 'huiusmodi', 'nauci' quoque, quod putamen nucis significat et pro nihilo accipitur. Plautus in mustellaria:

Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit.

idem in truculento:

tympanotribam amas, hominem non nauci?

quibusdam autem non irrationabiliter genetivi vel dativi casus isti sunt existimati, qui figurate cum omnibus aliis casibus et generibus possint adiungi. nam 'frugi' dativus est a nominativo 'frux' vel 'fruges' et 'mancipi' a 'manceps' et 'nihili' genetivus a nominativo 'nihilum'. 'hoc

cepe *B* Neuius *libri* apella *1* [o] appella *libri* *Naev. Apell. fr.* 2 *p.* 12 *Both. p.* 139 *Kl. fr.* I *p.* 7 *Ribb.* 2 cepe *Gg* coepe *L* cepe *B* edendo *RBAD et ex* edundo *mut. LK* oculos *GK* 3 Neuius *RBAH* eculeo] *r* aeculeo *R* *Nov. ecul. p.* 44 *Both. p.* 169 *Mk. p.* 217 *Ribb.* 4 olea[s] *Rr* caepe *RB* coepe *L* ficos *AGLK* 5 *Varro de act. scen.* III: *Varr. ed. Bip. p.* 251 *cf. Ritschelium mus. phil.* VI 517 *sq.* 556 *sq. parerg.* I 180. 321 *de Varr. logist. p.* IX *sq.* actionibus] *r* accionibus *RH* III] *r* I *ni f. in lit. R* multiphariam *H* 6 quoquere *R* caepe *BAH* coepe *GL* Caper] *de dub. gen. v. Osannum de Capro p.* 12 cepi[ci]•us *Dd* coepicius *G* cepitius[ci] et cepitium[ci] *Kk* coepicium *G* dix[iss]ere *L* 8 IN E PRODVCTAM GRECA NOMINA. *D* In e productam gr̄ *L* et *om. K* 9 lybiae *RB* lybie *GLr* libie *in* lybie *corr. K* Libyes] *d* lybies *RBHL* libies *G* libyas *D* libies *in* lybies *corr. K* et accepta] *d* • accepia *D* excepta *GL* genitiuum in ae diptongum (dyptongum *L*) *GL* 11 IN I PRODVCTAM LATINA ET GRAECA ET BARBARA *D* In i productam lat. gr. ac barbara *L* neutri[uel a] *Kk* 12 ut hic *ADb* mancipi nihili *GL* 13 putamen] *l* putamus *GL* nu[ci]as *Rr* 14 *Plaut. mostell.* V 1, 1 (*v.* 1041) 15 dubii••s *Plauti Vet. m. pr.* dubiisis (dubii sis, dubiis is) *rell. libri Plautini* 16 *Plaut. trucul.* II 7, 49 *sq.* 17 timpanotribam *K* tympano tribam *H* tympano tribam *D* tipano tribam *G* timpano tribum (tribum *in* tribam *corr.*) *L* tymphano tribam *Vet.* lympha notribam *Dec.* 18 autem *add. h* inrationabiliter *RBDHGLK* in raciionabiliter *A* sunt] *r* ••unt *R* 19 ex•istimati (h) *D* figurate *ex* fugarate *corr. K* aliis omnibus *GL* possunt[v] *RAHGL* 20 adiungui *LK* adiungi *G* *post* nominatiuo: frux — nominatiuo *om. D* frux — nominatiuo nihilum *in mg. add. d* et mancipi — nihilum] *in litura g* et genitiuus est nihilo a nominatiuo nihilum et mancipi a manceps *L* et

gummi', 'hoc sinapi' magis peregrina sunt, quamvis quidam 'haec sinapis' dixerunt, ut Plautus in Pseudulo:

Teritur senapis scelera, cum illis, qui terunt,
Priusquam triverunt, oculi ut extillent facit.

inveniuntur et barbara, ut 'Iliturgi' oppidum. Livius in XXIII ab urbe condita: Iliturgi oppidum obpugnabatur. Traianus in I Dacicorum: inde Berzobim, deinde Aizi processimus. Herodianus 'gummi' quoque et 'piperi' barbara dicit esse, sed nostri 'piper piperis' declinaverunt, ut Persius: 13

Et piper et pernae.

idem:

Rugosum piper,

et Iuvenalis:

solvite funem!
Frumenti | dominus clamat piperisve coemptor.

De 'huiuscemodi', 'istiusmodi', 'illiusmodi' et aliis talibus multi dubitaverunt, utrum composita sint an non: sed ea composita esse ipse accentus docet, qui in fine praecedentis dictionis poni non posset, nisi essent composita. ideo autem indeclinabilia sunt, quia utraque pars genetivum casum habet. quomodo igitur, si uterque sit nominativus in compositis, uterque declinatur, sic in his, quia uterque genetivus est, mansit indeclinabilis.

In o correptam, quam tamen veteres frequenter producunt, Latina 14

hoc gummi *G* 1 cummi *B* hoc *om. G add. g* perigrina *LK* haec *in litura d* sinapis] *hg* senapis *HGb* 2 *Plaut. Pseud.* III 2, 28 *sq.* (*v.* 817 *sq.*) phendulo *H* seudulo *Bd* sendolo *D* psedulo *L* 3 territur *R* senapis *Rb cum Palatt. Plaut.* sinapis *r rell.* scelera] *r et sic Charisius et Servius cf. Ritschelii ann.* ˢcelera *L* celera *libri Plaut. plerique* scelerata *RADH Plaut. ed. princ.* cum] *sic etiam libri Plautini praeter palimps. Ambros.* Q. (que *i. e.* quae) *Ambros.* te·runt (r) *L* 4 exstilleut *A* extillant (a *in* ac *et ras. iterum in* a *mut.*) *Bb* exᵉtillant *Hh* exstillante *G* extillᵃ·nte (e) *L* extillenteᵉ *K* facit·· (ur?) *B* 5 et] ut *Rr* barbara in i *L* i·liturgi (l) *D* liturgi *A* opidum *G* *post* oppidum: Livius — oppidum *om. D* Libius *B* liusius *GLK* *Liv. ab u. c. lib.* XXIII 49, 5: Iliturgi oppidum ab Hasdrubale ac Magone et Hannibale Bomilcaris filio ob defectionem ad Romanos oppugnabatur 6 Illiturgi *D* opidum *G* obpugnabatur *R* oppugnabatur *rell.* troianus *K* *de Traiani Dacicis, quae alibi non commemorantur, cf. Vossium de hist. Lat. lib.* I *cp.* XXX *p.* 161 *sq. ed. alt. Franckium zur Gesch. Trajans p.* 670 *sq., qui de l. nostro disputat p.* 105 *sq. ed. alt. Quedlinb. et Lips.* 1840 in .I. *spscr. in L* 7 docicorum *GLK* unde *B* berzomim *A* berzobini *K* bertobuni *GL* Aizi] azi *A* aiti *GL* Aixi *edd.* procesimus *K* proᵉcesimus *G* Horodianus *Rr utrumque voc. una tractavit Herod. in catholicis v. Arcad.* 118, 18 *Choerobosc. in Theod. can. p.* 373, 8 *sqq. Gsf.* 8 cummi *B* barbara *add. d* dicunt esse barbara *A* dicunt *B* 9 *Pers. sat.* 3, 75. 5, 55 12 ruguosum *G* 13 *Iuv. sat.* V 14, 292 *sq.* 15 fruniti *L* piperis siue *r* coemptor] *sic etiam libri Iuv. dett.* coemᵖpti *cod. Pith.* coemtor *Gg* coemptor (uel i) *Caroliruh. alter.* 16 huiuscemodi] *g* huiusmodi *GL* 18 praecidentis *GLK* non posset poni *K* posset] *r* possit *R* possint *B* 20 casum *om. A* sit *add. h* 21 declinantur *Rr* declina·tur (n) *D* quia uterque] *dk* quia igitur uterque *ADK* indeclinabile *A* 23 IN O CORREPTAM

sunt et, || si feminina fuerint g vel d antecedentibus, mutant o in i et accepta 'nis' faciunt genetivum, ut 'haec Carthago huius Carthaginis', 'haec virgo huius virginis', 'haec dulcedo huius dulcedinis', 'alcedo alcedinis' - Plautus in Poenulo:

Quam mare olim est, cum ibi alcedo pullos educit suos -;

alia vero omnia producunt o in genetivo, ut 'hic Cicero Cicerōnis', 'caupo caupōnis', 'haec Iuno Iunōnis', 'Castulo Castulōnis', 'Ruscino Ruscinōnis' - nomina sunt urbium Hispaniae -, 'hic' et 'haec bubo bubōnis'. excipiuntur haec, quae in genetivo non servant o: 'hic cardo cardinis' - quidam tamen veterum etiam feminino genere hoc protulerunt. Gracchus in Atalanta:

O grata cardo, regium egressum indicans -,

'ordo' etiam 'ordinis', 'homo hominis', quod est commune - Cicero pro Cluentio, cum de eius | matre loqueretur, ait: cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem appellare possit, et Lucanus in V de Phemonoe:

atque hominem toto sibi cedere iussit
Pectore.

Virgilius in I:

nec vox hominem sonat,

de femina loquens. vetustissimi tamen etiam 'homo homonis' declinaverunt. Ennius:

Vulturus in silvis miserum mandebat homonem,

LATINA *D* 1 femina *H* 2 chartago. huius chartaginis *B* karthago huius karthaginis *H* kartago huius .nis *K* cartago .nis *G* kartago .ginis *L* chartago. chartaginis. dulcedo. dulcedinis. uirgo. uirginis. alcedo. alcedinis. *A* 3 huius uirginis] .nis *GL* huius dulcedinis] .nis *GL* 4 *Plaut. Poen.* I 2, 143 Paenulo *RB* Penulo *ADGLK* 5 mare] *b* mari *B* olim est *etiam Pal. uterque* alcyo *Vet.* pullos *ex* pollus *corr. B* pullos edocet *ex* edocet pullos *mut. K* educat *ADL* educet *BH* seducit *Pall.* 6 suos] pios *G* 7 o *add. r* ut hic] *h om. AHGLK* 10 o non seruant *GL* *post* hic *duodecim fere literarum litura in L* cardo cardinis *in litura g* 11 etiam *om. K* femino *A* haec *A* Gracchus] *1* graccus *RBHL* grachus *ADG* gracus *K* *Gracch. Atal. p.* 272 *Both. p.* 196 *Ribb.* 12 atalenta *RD* athlanta *GL* atalanto *BK* 13 egresum *G* 14 ordo etiam ordinis *in mg. add. L* ordo — commune *in litura g* homo quod est commune .nis *L* commun(e)* (s) *B* communi *Dd* *Cicero pro Cluent.* 70, 199 cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem, ea uis, ut nemo feminam, ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit procul cluentio *H* 16 hominē* *H* appellare *ex* appellari *corr. H* *Lucan. Phars.* V 168 *sq.* 17 Phemonoe] *d* phemone *ADb* phoemone *RG* phoemonoe *Lg* phoemonoe *H* phomone* (o) *B* 18 hominem sono toto *A* toto] *r om. G* to***to (tos) *R* iusit *K* uissit *Luc. Voss. b in ras.* pectore iussit *h* 20 *Verg. Aen.* I 328 . in I Aeneidos *DH* 22 femine *K* uetussimi *D* uetustis(simi) *in litura g* etiam *om. A* homonis] *r, m. rec. in B* hominis *R* (*B?*) 23 *Enn. ann.* II 33 *E. S.* II 16 *p.* 23. XL *Vahl.* *cod. Charis. p.* 120 *P.* Volturus. Ennius: Vulturus in spineto supinum mandebat homonem. *Serv. ad Aen.* VI 595 Ennius: Vulturus (*al.* uulturis) in campo (*al.* siluis) miserum (*al.* supinum *s.* supinum miserum) mandebat homonem 24 uulturis *RH* uultu*ris *A* silvis] spinis *H. A. Kochius exerc. crit. p.* 12 *sq.* miserum *ex*

Heu quam crudeli condebat membra sepulchro

(nam et 'vultur' et 'vulturus' et 'vulturius' dicitur) —. 'nemo' quoque, sive ex hoc compositum, ut quibusdam videtur, seu non, communis est generis et similiter o in i convertit in genetivo: 'neminis' - Lucilius in XXX:

Neminis ingenio quemquam confidere oportet.

Plautus in captivis:

neminis
Misereri certum, quia mei miseret †nemo.

Titinius:

quod rogas,
Neminem decet bonam.

Terentius in Andria:

Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic.

nec solum de hominibus dicitur: Virgilius: 16

Turne, quod optanti divum promittere nemo —,

'turbo turbinis', quando de vi ventorum loquimur - nam si sit proprium, servat o in genetivo, 'hic Turbo (nomen proprium gladiatoris) Turbonis'. | sic Horatius in II sermonum:

Corpore maiorem rides Tur||bonis in armis
Spiritum —,

miseris *corr. A* mandabat *A* 1 [h]eu *R* m̄bra *A* sepulcro *AHGK* 2 vulturus] uulturis *RAH* uulturius *d* et uulturius dicitur. Nemo quoq; *ad mg. et in ras. B* uult·rius (o) *L* uulturis *d* Nemo *in litura g* 3 ɔpossi[tum] *Gg* non *add. r* 4 et *add. h* neminis] nemo neminis *g* [ut nemo] neminis *L* ut nemo neminis *BDHKra* ut nemo nemis *R* ut nemo nemonis *A* *Lucil. sat.* XXX 35 *Dous.* 33 *Gerl. Non. p.* 143, 19: Lucilius lib. XXX. Neminis ingenium tantum confidere oportet 5 XXXmo *B* 6 quemquam *spscr. in A* quemq[ua]om *Dd* 7 *Plaut. capt.* III 5, 107 *sq.* (*v.* 764 *sq.*) 9 misereri *ex* miserere *corr. R* certum *ex* ce·tum *corr. B* certum est *libri Plaut.* mei *in Vet. Plaut. m. rec. sup. lin. add., unde* mis *scriptum fuisse coni. Fleckeisenus* miseret mei *A* nemo mei miseret *Dg* neminem *Plautus* 10 Titinnius *libri* *Titin. fr. inc.* 20 *p.* 76 *Both.* XVIII *p.* 151 *Neuk.* III *p.* 133 *Ribb., qui l. sic constituit:* ......quód rogas, néminem | Decét bonam. *equidem h. l. Bothium et Neukirchium secutus sum* 11 quid *Gg* [uel quod] quid *L* 12 neminem] *d* nominem *D* dic[e]et *Rr* bonam] *d* bon·· *D* bonum *LK* 13 *Ter. Andr.* III 2, 26 14 n[e]ominem *Rr* 15 nec solum de hominibus] *in marg.* sed etiam de diis *add. k* *Verg. Aen.* VIIII 6 *post* Virgilius: in VIIII *add. B* in VIII. *r* 16 optan[di]diuum *Bb* d[v]iū *Dd* promitteret *K* nemo auderet *GK* nemo [auderet] *L* 17 b *in voc.* turbo *ubivis ex* p *corr. in D* ui[u]centorum *Rr* loqui[m]tur *A* 18 o *add. g* Turbonis nomen proprium gladiatoris *AGL* 19 Horatius] *ex corr. in H* oratius *GDHLK* *Hor. serm.* II 3, 310 *sq.* sermon[v]em *Rr* 20 maiorem] *r* maiore *RBDGLK* maiori *A* 21 spirituum *A*

'Anio' etiam 'Anienis' - quod antiqui secundum analogiam 'Anien' nominativum proferebant. Cato contra Veturium: aquam Anienam in sacrarium inferre oportebat. non minus XV milia Anien abest. Ovidius:

quaque Numici
Aut Anienis aquae cursuque brevissimus Almo.

Cicero pro Cornelio in I: trans Anienem. Horatius in I carminum:

Et praeceps Anio ac Tiburni lucus -,

'Apollo Apollinis'. praeterea 'cupido cupidinis', quod masculino quidem genere deum significat plerumque et est proprium, feminino vero ipsam rem. itaque feminini praevaluit declinatio. 'margo' quoque 'marginis' notandum, quod tam masculini quam feminini generis invenitur. Statius Thebaidos libro III:

Solverat Hesperii devexo margine ponti.

Iuvenalis in primo:

aut summi plena iam margine libri -.

Excipitur etiam 'caro' femininum 'carnis'. vetustissimi tamen etiam nominativum 'haec carnis' proferebant, qui magis rationabilis est ad genetivum. Livius Andronicus in Odyssia:

Carnis, ait, vinumque, | quod libabant, anclabatur.

et Titus Livius XXVI ab urbe condita: Latinaeque instaura-

1 etiam] autem *L* nominatino *D* 2 Cato contra Veturium] *'or. in L. Veturium de sacrificio commisso' v. Meyerum l. l. p.* 62 *sqq. or.* 28, *ibique l. nostrum p.* 65; 'de sacrificio commisso' *infra* § 40 'de Lucio Veturio' *lib.* VIII § 12 'de Veturio' X 17 *cf. Brillenburgium de Cat. p.* 75 *G. E. Weberum Cat. mai. p.* 31 Veturium] *b* vet•rium *B* Anienam] *Lipsius var. lect.* III 11 *cf. Krehlium* II 516 *sq.* anienen *g* anienem *rell. Klotzius in Iahnii ann.* XL 390 *sq.* 3 in sacrarium in sacrarium *A* autem *post* oportebat *add. BAHKg* (. Oportebat autem *B et sic Vat.*), *post* non *LG*, *post* minus *rd*
uel habemus
4 abest *Gg* Ouidius ait *L* *Ovid. metam.* XIIII 329 *sq.:* quasque Numici | Quas Anienis aquae *etc.* 5 quoque *BGLK* 6 alma *R* alno (o) *A* 7 trans Anienem *extat in Cic. pro Corn. or.* I *fr.* 23, *t.* IIII *p.* 450 *sq. Cic. ed. Or., servato ab Asconio ibid.* V 2 *p.* 75 *sq.* cornilio *G* aniaenem *H* oratius *GLK* *Hor. carm.* I 7, 13 in ·I· *add. D* 9 ac] et *aliquot libri Hor.* lucus *Brg* locus *rell.* 10 Apollo] *d* appollo *DGL* appolli·nis *Gg* ·nis *L* 11 plerunque (*sic*) *spscr. in L* femino *H* uero *add. b* 12 femini *A* 13 quam *add. d* femini *A* *Stat. Theb.* III 407 14 tebaidos *K* primo *L* III] *h* lib. *lac. rel. num. om. D num. om. BHK* II *A* primo *G* I. *b* 15 hisperii *GL* diuexo *L* 16 *Iuv. sat.* I 1, 5 Iuuenalis — libri *in marg. K* 17 pleno *pars codd. Iuv. dett.* 18 femininum caro *D* caris (N) *Dd* ueteres (uetustissimi) *Gg* uetussitissimi *H* tamen *spscr. in L* 19 ad *add. r* 20 libius *GLK* odissia *RBH* odysia *G* odisia *L* *Liv. in Od.: libro* XXIII *coll. Hom. Od.* XXIII 304 *sq. assignavit G. Hermannus elem. doctr. metr. p.* 627: carnis autem | Vinúmque, quod libábant, ántlabatur 21 libant *L* *ante* anclabatur: ΚΞΑΝΤΑΑ.ΤΟ *add. g* ΕΞΗΗΤΑΝΤΟΝ *A* ΕΞΗΝΤΑCCΤΟΝ (ΑΙ) *Dd* antlabatur (ante labatur *3, u*) *edd. ante α at v. Muellerum ad Paul. s. v. anclare p.* 11 22 libius *BADHGLK* *Liv. ab u. c.* XXXVII 3, 4 XXVI *libri, quod*

tae, quod Laurentibus carnis, quae dari debet, data non fuerat. itaque eius, quod est 'caro', diminutivum 'caruncula' est, ut 'virgo virguncula', 'ratio ratiuncula'. Varro in andabata: sed quidvis potius homo quam caruncula nostra. ab eo autem, quod est 'carnis', 'carnicula' debet esse, ut 'canis canicula'. -

Et sciendum, quod quinque inveniuntur in o terminantia, quae faciunt in a feminina: 'leo leaena' vel 'lea', 'draco dracaena', 'leno lena', 'caupo caupona', quod significat tam ipsam tabernam quam mulierem. Lucilius in III:

Caupona hic tamen una Syra.

'strabo' etiam 'straba' facit. Varro de nomismatis:

non haec res de Venere paeta
Strabam facit.

In o productam desinentia Graeca sunt feminina et vel Graece decli- IIII 18
nantur, ut 'Manto Mantus' - Virgilius in X:

Fatidicae Mantus et Tusci filius amnis -,

vel || addita 'nis' faciunt genetivum, ut 'Dido Didonis'. Accius: |

Custodem adsiduum Ioni adposuit virgini.

Pacuvius:

filios

mutare dubitavi cf. § 96 1 carinis *Liv. cod. Bamb.* darit *B* 2 ciusdem (quod *superscr.*) est *Rr* eius quod eius caro *A* est caruncula *A* 3 *Varro in andabata: sat.* VII *fr.* 8 *p.* 96 *Oehl.; andabata hacc satura vocatur etiam lib.* X § 38, andabatae *apud Nonium* Sed quidvis potius homo quamde carnucula nostra *vel* Sed quidvis potius, mi homo, quam caruncula | Nostra *temptat Fleckeisenus* 4 autem *om. AL* 5 carnicula] *r* corniculas *ni f. in lit. R* caruncula *A* 6 inueniuntur nomina in o *GL* 7 feminina in a *G* ut leo *ADK* uel lea *spscr. in L* ∗ leno (a) *R* a leno *BAHK* ale∗nolena (nel conciliator stupri *superscr.*) *L* 8 cauponia *K* terbernam (a *superscr.*) *Rr* Lucius *G* *Lucil. sat.* III *fr.* 33 *Dous. Gerl. fr.* 10 *Varges C. Lucilii sat. ex libro tertio q. s. p.* 5 10 tamen hic *A* tantum *L* sira *GL* syria *H* 11 straba *ex* strabo *corr. B* *Varro de nomismatis: sat.* LXI (*octogessis, περὶ νομισμάτων*) *fr.* 4 *p.* 174 *Oehl.; iambos agnovit Fleckeisenus* nōmismatis *k* 12 peta *BAGLKr* peca *R* petas *b* peta ΜΕΤ∗ωΡΟΦΘΑΛΜΟΥ *D* ΜΕΤΟΡΟΦ.ΤΑΛΜΟϹ. strabo uel straba *in marg. d* ΜΕΤΕωΡΟΦΕΑΛΑΜΟΥ *in mg. g* ΜΕΤωΡΟΦΘΑΛΜΟΥ ·i· suspice. ΜΕΤωΡΟΦΘΑΛΜΟϹ suspex strabo uel straba *in mg. l* 13 fecit *D* 14 IN O PRODVCTAM GRECA *D* et *om. GK* 15 mantoys *AD* mantos *Lh* mantys (o *superscr.*) *Kk* *Verg. Aen.* X 199 16 mantos *GL* mantoys *D* manto(s) *in litura h* mantys *K* Tusci filius amnis] *r* tuscilius mannis *R* amni(s) *Hh* 17 ut Dido Didonis *om. A* *post* Didonis: Calipso calipsonis io ionis idque usus antiquorum comprobat *add. h* Accius in ioae *D* *Att. Ion. fr.* 4 *p.* 211 *Both.* 1 *p.* 157 *Ribb. v. p.* 210, 12 18 *ad* custodem *in mg.* argus aristoris fls. *L* adsiduum] *DH cod. Char. p.* 47 *P.* 35 *L.* assiduum *rell.* ioni *in litura h* Inoni *cod. Char.* adpossuit *cod. Char.* apposuit *codd. h. l. cf. infra l. l.* apposuit uirgini *spscr. in L* 19 Pacubius *AKg* Paccubius *DH* Paucobius *GL* *Pacuvii fr. inc.* 4 *p.* 148 *Both.* XL *p.* 110 *Ribb., ad niptra a Delrio relatum assentiente Ribbeckio p.* 287 20 Filius *K.* filios | Tris sibi *Ribbeckius* Filios sibi procreasse per Calypsonem autumant *Bothius*. 1 procreasse eundem] *Charis.* I *p.* 47 *P.* procreasse dicitur eundem, *gloss. ad* autumant *pertinente in verbo-*

†. sibi procreasse [dicitur] eundem per Calypsonem autumant.

Plautus in aulularia:

Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Ioni Iuno custodem addidit.

quod autem 'Ionis' et 'Calypsonis' et 'Didonis' dicitur, ostendit hoc etiam Caesellius Vindex in stromateo his verbis: Calypsonem. ita declinatum est apud antiquos. Livius:

Apud nympham Atlantis filiam Calypsonem.

Ennius in VIII:

Poenos Didone oriundos.

Accius in Ione:

Custodem adsiduum Ioni instituit virgini.

19 In u Latina sunt generis neutri et aptota in singulari numero, non etiam in plurali, ut 'hoc cornu', 'genu', 'tonitru', quae tamen antiquissimi inveniuntur in 'um' quoque proferentes in eodem genere et in 'us' genere proferentes masculino et quartae declinationis, ut Lucanus in VII:

cornus tibi cura sinistri.

idem in eodem:

Seu tonitrus ac tela Iovis praesaga notavit.

Cicero tamen in Arato 'hoc genus' pro 'genu' protulit:

rum ord. perperam illato codd. Prisciani per *in litura H* calipsonem *BHGLK* autūnant *AK* 2 *post* autumant: calypso calypsonis io ionis idque usus antiquorum comprobat (conprobat *D*) *add. RBADH, del. h* calipso.onis io.ionis (nis *G*) idque usus antiquorum confirmat *GL* 3 *Plaut. aulul.* III 6, 19 *sq.* aularia *LK* 4 Quod *G* fer**ret [seruet] *Rr* ser [uet] *Bb* occuleus *Plaut. Vet.* 5 ioni* (o) *B* addidit *in litura b* 6 quod autem] *h* Quod hec *H* et didonis calipsonis *K* calipsonis *HGL* Didonis] *ex* didonius *corr. D* dydonis *RA* dicitur *om. A del. g* ostendit *post* his uerbis *collocant GL* 7 cesellius *K* celsius *GL* Caesellius Vindex in stromateo] *cf. Graefenhanium hist. phil.* IIII 68 *sqq.* calysonem [p] *Rr* calipsonem *GLK* 8 est] esse *ADHGL* Lius [ui] *Rr* libius *G* lybius *L* *Liv. Andr. Odyss. fr. cf. Hom. Od.* IIII 557 V 14 XVIIII 143 *v. Hermannum elem. doctr. metr. p.* 621 *sq. coll. tamen epit. doctr. m. p.* 223 *sq. ed. alt. postremam thesin suppressam perperam censet Corssenius origg. p.* 199 9 nymphan [ph] *H* nimeam *G* nimeam *K* nimiam *L* athlantis *BADHGLK* calipsonem *HGLK* 10 Ennius in VIII] *r* In VIII. ennius *RAHK* *Enn. ann.* VIII: VII 11 *E. S.* VIII *inc.* 1 *Hug.* VIII, XXIV *p.* 45. LXV *Vahl.* 11 penos *RAHGK* phoenos *L* 12 Alcius *GK* Actius *h* Attius *ni f. in lit. H* *Att. in Ione: v. supra p.* 209, 17 Ione] *1* ioe *libri cf. lib.* X § 51 13 adsiduum] *D* assiduum *rell.* instituit] opposuit *G* apposuit *L et libri supra cf. Ritschelium monum. epigr. tria p.* 7 14 IN V PRODVCTAM *D* neutri generis *GL* monoptota *h* in *om. GLK* non] *lk* nec non *BGLK* 15 in plurali] *r* plurali *RGL* plurali *ex* plurale *corr. B* plurali* (a) *L* quae nomina tamen *B* tamen] etiam *RL* antiquisimi [s] *Gg* 16 proferentes in um quoque *G* proferentes in um·*L* 17 ut *om. GL* *Lucan. Phars.* VII 217 VIII *r* 18 cornus] *b* curnus *B* cornu *codd. nonnulli Luc. cum Voss. A m. pr.* tibi] *r* tibe *R* senistri *G* 19 idem in eodem] *r* Idest eodem *R* *Lucan. Phars.* VII 197 20 tronitrus *AD* nonitanit *H* 21 *Cic. Arat. fr.* XIX (*Cic. ed. Or.* IIII 2, 522) *sive v.* 149 (*p.* 527) a*rato(u) [a] *L* arto *K*

p. 685 P. p. 231. 32 K.

Tertia sub cauda ad genus ipsum lumina pandit.

in eo|dem:

At propter laevum genus omni ex parte locatas
Parvas vergilias tenui cum luce videbis.

in eodem:

Haec genus ad laevum nixi delapsa resedit
Atque inter flexum genus et caput alitis haesit.

Accius in Prometheo:

profusus flamine hiberno gelus.

illud etiam notandum, quod, cum plerumque composita simplicium declinationem servant, 'capricornus' secundae invenitur. Cicero in Arato: 20

Corpore semifero magno capricornus in orbe.

item in eodem:

Tum magni curvus capricorni corpora propter
Delphinus iacet, haut nimio lustratus nitore.

Ovidius in II metamorphoseon:

dextra cornum tenet.

idem in V:

flexile cornum.

Lucretius similiter in VI:

Propterea fit, uti, quae semina cumque habet ignis,
Demittat, quia saepe gelum, quod continet in se,
Mittit.

pro genu sicut hoc uirus protulit *R* protulit pro genu *GL* 2 *Cic. Arat. v.* 261 (27) *sq.: v. l. congessit Moserus ad Cic. de nat. deor.* II 44 *p.* 387 *ed. suae, ubi add. cod. Prob. inst. p.* 46 *Lind.* (1392 *P.*): Hac propter laevum genu omnis parte locatus 3 ad *BAG* propter] *g* pro *G* 4 vergilias] *g* uirgilias *BGr* cum tenui *GL* 5 *Cic. Arat. v.* 279 (45) *sq.* 6 Hoc *A* Quae *et* Quod *v. l. ap. Cic.* gens *Dd* nixi] *h* nisi *H* delapse *D* 7 flexum] *r ex* fluxum *corr. B* fexum *R* kaput *K* haesit] *om. A* haessit *L* hae•sit (s) *G* 8 Actius *H* *Att. Prometh. fr.* 1 *p.* 239 *Both. fr. unic. p.* 158 *Ribb., cui potius ad Io fabulam Prometheus Attiana referenda videtur p.* 300 *sq.* 9 tum profusus *Non. p.* 208, 1 flaminae iberno *K* ge•us (u) *L* 10 notantum *Rr* no• tandum (n) *D* semplicium *G* 11 capricornos *A* saecunde *R* innenitur declinationis *D* *Cic. Arat. v.* 293 (59) 13 Idem *ADGK et sup. lin. L* *Cic. Arat. v.* 332 (91) *sq. cf.* §. 26 14 curvus] *bh* cornus *BHGLKr* cornus *A* cornus *Dd* capricornii *r* 15 delphinos *B* delfinus *G* dephinus *H* aut *R* haud *BADH* nitore] in orbe *L* 16 *Ovid. metam.* II 874 17 dext•ra (e) *B* dextera *K* cornum] *sic etiam* cornū, *ut tamen de lineola superducta possit dubitari, Ovid. Laur.* (*Med.* 1 *et exc. Calandr. l. Heinsius*); cornu *libri Ovid. plerique cum Marciano* tenet cornum *h* 18 *Ovid. metam.* V 383 19 flexibile *B* cornu *cum Laur. et Marc. codd. Ovid. ut vid. omnes* 20 *Lucr.* VI 876 *sqq.* 21 proptere *Rr* utiquae semina *H* utique semina *RBADGLK* utique femina *b* cumquae *r* quaecunque *GL* cūque *Hh* ignis] *r* in se (*ex v. sq. etiam huc relatum*) *R rell.* 22 demittat] *r Heidelb. Krehlii teste censore eius Ienensi l. l. p.* 419 *cum libris Lucretianis* emittat *R* •mittat(e) *B* mittat *ADLK* mitat *G* mittat *in litura h* quia] *sic etiam Heidelbergensis m. alt.* quasi *Lucretius* qua *Heidelbergensis m. pr.* 23 Mittit] *Heidelbergensis cum Lucretio* emit-

Accius ve||ro in Troadibus:

sed utrum terrae motus sonitusne inferum
Pervasit auris inter tonitra et turbineis.

In c duo sunt generis neutri: 'lac lactis', quod antiquissimi etiam 'hoc lacte' protulisse inveniuntur teste Capro, apud quem exem|pla invenis (Plautus in Menaechmis:

Neque aqua aquae neque lacte est lacti, crede mihi,
usquam similius),

et 'allec allecis'. sic Martialis:

Capparin et putri cepas allece natantes,
Et pulpam dubio de petasone voras.

Horatius in II sermonum:

Pervellunt stomachum siser, allec, faecula Coa.

21 (est autem 'allec' genus piscis.) inveniuntur tamen quidam veterum etiam 'haec allex' feminino genere protulisse, quod Caper ostendit de dubiis generibus, Verrium Flaccum posuisse allecem hanc dicens. non

tit *RBAHLK* emittat *Dd* emitit *G* 1 Actius *H* *Att. Troad. fr.* 3 *p.* 248 *Both. fr.* II *p.* 168 *Ribb., qui Troades Neoptolemo coniungit p.* 320 *sq.* uero *om. ADHGL add. dg* troiadibus *L* droadibus *G* 2 sed *in litura h* utrum dubium est terrae motus *H* sonitus uerii ferrum *L* inferum] *d* infernum *ADG* inferum *in litura h* 3 persuasit *BDALK* peruassit *G* auris] *in mg. add. L* aures *Rr* inter] in *L* tonitr• (a *ni f.*) *H* tonit•• *B* tonitrua *b* tonitrū *h* turbineis] turbines *BADHGLr* turbinis *RK* 4 DE NOMINIBVS IN C. *D* neutri *om. BH, ante generis add. h et in mg. B* 5 Capro] *cf. Capr. p.* 2241 *P. coll. Osanno de Capro p.* 12 *sq.* 18 inuenies exempla *GL* 6 *Plaut. Men.* V 9, 30 (*v.* 1089) menechmis *DAHGK et ex* memichmis *corr. B* menethmis *Rr* mechenis *L* 7 Neque — neque *Prisc. cum Vet. Plaut.* Nec — nec *rell.* nequae lacta *Rr* lacte est lacti *Prisc. cum Plauti libris opt.* lacte lacti *deteriores* lacte lactis *Ritschelius v. mus. phil.* VII 584 *sqq.* mihi crede *cum Lingio Ritschelius* 8 usquam] *r* usquequam *R* similiust *Ritschelius* 9 et allec allecis] *om. G* et hallec hallecis *DHKg* et hallec halecis *Rr* et h•c (i) allec huius hallecis *L* et hallec hallecis *B* Martialis] *r* marcialis *RHL* *Mart. epigr.* III 77, 5 *sq.* 10 Capparin] *sic etiam Mart. T al. ap. Schneidewinum* caparin *GK* capparī *Ar* camparī *R* capparim *Mart. P* capparis *codd. Mart. permulti* putri] *b* p•tri *B* patri *G* pri *L* caepas *B* allec|ce *A* hallece *DGLK* 11 dubio] *r* debeo *R* 12 oratius *K* *Hor. serm.* II 8, 9 13 Peruellunt] *om. RAH add. h* Per *BD* stomacū *H* siser] *r* cicer (*in mg.* siser) *h* herba .i. pastinax ϹΤΑΦΙΛΗΝΟϹ *in mg. l* ϹΤΑΦΤΑΙΝΟϹ *D om. RBAHGLK* hallec *DGK* allec *L* facula *Rr* foetula *G* foetula *L* fetu lacoa *K* fetula coa *k* *post* coa: piper allece (hallece *BDGLK* halete *H*) non sine aceto *add. libri del. rh* Hoc magis ulla mali ut [*l.* ullum alint] pipere albo non sine aceto (*eiusd. serm. v.* 49) *in mg. r* 14 autem *om. G* allec *R* hallec *BDHGLK* tamen *sup. lin. add. L* quidam *ex* quaedam *corr. H* 15 allec *AG* hallec *BDLK* femino *HK* genere *add. h* 16 Verrium Flaccum] *v. Muellerum ad Fest. praef. p.* XV flacum *K* posuise *G* allecem *A* hallecem *BDHGLK*

habet plurale nec hoc nec 'lac'. nam 'hae lactes' partes sunt intestinorum a Graeco γαλακτίδες dictae et servaverunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare 'haec lactis' est. **Titinius in Ferentinati:**

Farticula, cerebellum, lactis agninas.

Pomponius in Lare familiari:

oro te, vaso, per lactes tuas.

In d quoque duo sunt neutra, quae a masculinis nascuntur in s desinentibus, 'aliud' et 'quid' et ex eo composita, ut 'aliquid', 'siquid', 'nequid', quorum genetivus in 'ius' profertur, ut 'alius' et | 'cuius' et dativus in i, 'alii', 'cui', secundum quorundam pronominum declinationem, unde quidam indocti pronomina esse putaverunt. sed ipsa significationis ratio et omnes Graecorum doctissimi haec nomina esse comprobant, **Probus** etiam 'alius alia aliud' inter nomina posuit. latius autem de his in pronomine disseremus. inveni tamen apud **Livium in CXII ab urbe condita** in 22
d desinens barbarum nomen regis Maurorum 'Bogud', cuius genetivum secundum tertiam declinationem 'Bogudis' protulit, ut: **castra quoque diversis partibus Cassius et Bogud adorti hau multum afuere, quin opera perrumperent.** in eodem: **quo tempore firmandi regni Bogudis causa exercitum || in Africam traicere**

1 pluralem *B* nec non lac *G* i nec hoc nec lac *in mg. g* (a *supra*) neque lac *D* intestinorum] *r* intestinarium *R* intestinarum *bd* 2 ΓΑΛΑΚΤΙΔΕS *L* ΓΑΛΑΚΤΙΑΕC *B* ΓΑΛΑΛΚΤΙΑΕC *D* (A *supra*) ΓΑΛΑΚΤΙ.ΔΕC *Gg* (ΘΙΛΗC *supra*) ΛΑΚΤΙΔΕC *K* taλaκτyΔΗC dictae *in lac. h* quoque *spscr. L* 3 singulare] *h* singu *H* *Titin. Ferentinat. p.* 60 (*cf. psaltr. fr.* 3 *p.* 66) *Both. psaltr. fr.* III *p.* 119 *sq. Neuk., psaltr. s. Ferent. fr.* IV *p.* 125 *Ribb.*; *Nonius* 331, 26: Lactes dicuntur intestina. Titinius psaltria: Farticula (ferticula *cod. Leid.*), cerebellum, lactis agninas in ferentinati *in litura B* 4 Farticula] *Nonius cf. Ouwensium noct. Hagan.* I 13 *p.* 78 craticula *RHK* graticula *BADGL* lactis agninas] *Nonius cf. Ritschelium mus. phil.* VII 606 *sqq.* lactis agnina *libri Prisc.* 5 *Pomp. Lar. fam. fr. p.* 109 *Both. p.* 144 *Mk. p.* 198 *Ribb.* la**rē (te) *B* 6 vaso] *Ribbeckius* baso *BADHK* (o *supra*) bas* (e *ni f.*) *L* basso *G* base *R* basse *Heidelb. Lips.* 1 *Erl.* 1 *Krehlii* 7 DE NOMINIBVS IN D. *D* quoque *spscr. L* in s desinentibus nascuntur *A* 8 et ex] *bd* ex *BD* nequid siquid *AGL* 9 ut] et *RB* ut alius et cuius] *l* alicuius *G et in litura L* dactiuus *R* 10 i] *r* ****** *R* alii cui] *hgl* alieni *AHGL* alii et cui *D* corundam *Rr* (qu *supra*) declinationem pronominum *DL* 11 esse] ea esse *BHr* esse ea *D* esse aca *A* ea *GL* esse putauerunt ea *K* putarunt *L* *post* esse: putauerunt — nomina esse *om. R add. r* 12 conprobant *B* Probus his *G* *Probus: cf. lib.* VII § 1 13 alius] aliuds *H* pronomina *GLK* 14 diseremus *L* (d *supra*) Inuenitur *h* aput *Rr* lauium *G* (i *supra*) lauium *L* lanium *K* *Liv. lib.* CXII *ab u. c.*: *t.* XIIII *p.* 795 *Drb. ed. Stuttg. t.* VI *p.* XII *Wssb.* 15 desinens *add. r* 16 boguddis *Rr* protulit: Vt castra *H* 17 casius *GL* adhorti *RB* ador*ti (a) *L* adorati *K* haud *DHr* aut *AGLK* 18 affuere *ADGLK* abfuere *h* *Livius l. l.* 19 in] ad *H* a*fricā (f) *G* affricam *HK* traiicere *g* traiecere *BG* uelociter traiicere (traicere *h*) *HK* uelociter mittere *gloss. add. r* uelociter [illegible] *d*

conatus sit. idem in eodem: **Cassius gessisset cum Trebonio bellum, si Bogudem trahere in societatem furoris potuisset.** idem in CXIII oppidi nomen in d desinens per accusativum casum neutro genere protulit: **et ipse circa Pulpud oram tuebatur.**

In t 'hoc caput capitis' invenitur et ex eo composita, 'sinciput sincipitis', 'occiput occipitis'. 'git', *μελάνθιον*, et 'Nepet', nomen oppidi Italici, indeclinabilia sunt.

In 'al' Latina et barbara inveniuntur et sunt masculini generis vel neutri, quae addita 'is' faciunt genetivum, ut 'hic sal huius salis', 'Hannibal Hannibalis', 'hoc tribunal huius tribunalis', 'cervical cervicalis'. sed neutra a producunt in obliquis casibus.

V 23 In 'el' desinentia correptam Latina sunt neutra et addita 'lis' faciunt genetivum, ut 'mĕl mellis', 'fĕl fellis'. in 'el' productam, quae sunt barbara, vel 'il' vel 'ol' vel 'ul' desinentia, cuiuscumque sunt generis, Latina seu barbara, addita 'is' faciunt genetivum, ut 'hic Daniēl huius Danielis', 'haec Tanaquil huius Tanaquilis', 'hic sol huius solis', 'hic consul huius consulis', 'hic' et 'haec exul huius exulis'. 'nihil' indeclinabile est, quia per apocopen ab eo, quod est 'nihilum', prolatum est, sicut | etiam apud Graecos '*κρῖ*' et '*δῶ*' et '*κυκεῶ*' pro '*κριθήν*' et '*δῶμα*' et '*κυκεῶνα*'. quidam tamen adverbium esse putant, quod nomen esse adiectivum quantitatis ipsa ostendit constructio. quomodo enim dicimus 'multum bonum'

1 *Livius l. l.* Idem *supscr. in L, add. b* casius *GL* gressisset *Rr* gessiset *G* gesiset *L* tribonio *GL* tremonio *A* 2 sotietatem *H* furoris *ex* furores *corr. A* 3 *Liv. ab u. c. lib.* CXIII *ll. supra ll.* in *om. H* CXIII] *bh* CXIIII *BHGL* casum *om. HLK* 4 ipsa *GL* circa * pul*pud *H* pudpud *B* horam *R* 5 DE NOMINIBVS IN T. *D* capud *Rr* kaput kapitis *K* .capitis. Inueniuntur ex *A* sincipud *Rr* senkiput .tis *K* 6 occipud *Rr* ockiput .tis *K* git. ΓΙΤ ϿϹΕΜΝΕΙΟΤ ΤΟ ΜΕΛΑΝΘΙΟΝ *B* ΜΕΛΑΝΕΘΙΓΟΝ *in litura r* ΜΕΛΑΝΤΙΟΝ *D* ΜΗΜΗΕΙ*Ν *G* ΜΗΜΗΙΟΝ *L* ΜΕΜΝΕΙΝ *K* et]. En *B* neppet *GL* 7 et sunt indeclinabilia *A* 8 IN L SED PRIMVM IN AL. *D* generis masculini *D* masculini uel neutri generis *GL* 9 huius *om. GL* 10 tribunal ***** huius tribulalis (huius) *B* huius *om. GLK* ceruica*lis (l) *L* 11 producunt a *DGL* 12 IN EL CORREPTAM *D* correpla *RA* et neutra et *Db* 13 ut] *om. G* ** *Hh* IN EL PRODVCTAM ET IL ET OL ET VL. *D* producta *RA* 14 sint generis *BADHLrg* sint generis *K* 15 siue *R?* daniel *R* danihel *BADG* danihelis *RBAD* .lis *G* 16 tanacil. huius .lis *Gg* hic sol] sic sol *H* huius solis *om. GL* huius consulis *om. GL* 17 ex*ul (s) *D* exsul. *is *G* exsul huius .lis *K* quia] quod *BGK* 18 apagopen *GK* apocopam *H* sicut] *g* sed *G* 19 *κρὶ — κυκεῶνα*] *lac. rel. om. H* non solum istud sed etiam alia quedam *in lac. inseruit h* ΕΤ ΔΟ ΕΤ *Rr* et da et kikea *K* ΔΩ. ΚΥΚΕΩ *B* *κυκεῶ*] *l* ΚΙΚΕΩ *AGL* ΠΡΟ *BA* ΠΡΩΚΡΥΤΗΝ ΕΤ ΔΩΜΑ ΕΤ ΚΥΚΕΜΝΑ *Rr* ΚΡΙΤΕΝ *Al* ΚΡΙΤ*Ν *L* et dama et kikeana *K* uel tinae ΚΙΚΕΩΝΑ *DG* 20 tamen] autem *H* adiectiuum *Kk* quantitatis adiectiuum *GL* 21 constructio ostendit *GL*

et 'boni, bonorum' et 'nimium lucrum' et 'lucri, lucrorum', sic 'nihil malum' vel 'mali' vel 'malorum'. **Terentius in Andria:**

†**Nihil horum egregie praeter cetera**

et **Cicero de signis: nihil minus ferendum** pro 'nihil intolerabilius'. potest autem etiam loco adverbii accipi, quomodo 'multum' et 'primum'. 'nihil' autem vel 'nihilum' a 'non' et 'hilum' est compositum, quod sine dubio nomen est: 'hilum' enim pro 'ullum' vetustissimi proferebant. **Lucilius in XIIII:**

Naumachiam licet haec, inquam, alveolumque putare et
Calces. delectes te, hilo non rectius vivas. ||

In 'am' unum desinit generis omnis indeclinabile, 'hic' et 'haec' et 24 'hoc nequam'.

In 'im' quoque unum indeclinabile, 'Cim' (nomen est vici), ut dicit **Celsus.**

In 'um' Latina seu Graeca, apud Graecos in *ον* desinentia, neutra sunt et mutata 'um' in i faciunt genetivum, ut 'hoc templum huius templi', 'hoc Pelium huius Pelii', 'hoc hostorium huius hostorii' [lignum, quo modius aequatur]. inveniuntur tamen apud comicos multa huiuscemodi neutrorum formam habentia mulierum nomina, quibus articulos feminini generis necessario significationis gratia praeponere solent, ut 'ἡ *Δόρκιον* haec Dorcium', 'ἡ *Γλυκέριον* haec Glycerium', 'ἡ *Χρύσιον* haec Chrysium',

1 et bonorum et *AHL* nimium] *R* minium *K* minimum *rell.* lucrum lucri *L* et lucrorum *BA* 2 uel mali malorum *D* mali malorum *L* et mali et malorum *A* *Ter. Andr.* I 1, 31: Horum ille nihil egregie praeter cetera 3 Nihilorum egregiae *Rr* egregiae *H* 4 *Cic. in Verr.* II 4, 38, 83 nihil minus ferendum *in litura B* nihil minus *om. codd. Cic. dett.* pro] *r* quod *R* intollerabilius *RGK* 6 a non et hilum *om. B* est compositum quod] *h* est compositum. est hilum quod *G* est compositum. hilum est quod *L* est compositum. hilum quod *RAHL* est compositum et non et nilum hilum quod *B* 7 pro] quod *A* uetustisimi *G* netustissimi proferebant] dicebant antiqui *A* Lucius *Kk* *Lucil. sat.* XIV 4 *Dous. Gerl.* 9 naumachiam] *d* naumachum *D* haec licet *K* albeolumque *GL* potare et calces *Rr* 10 dilectes *GL* uiuas. Nullum autem alteri plus potest contrarium et oppositum repperiri quam nihil ad aliquid et aliquid ad nihil. In am *B* 11 IN AM *D* 13 IN IM *D* unum cim nomen uici in declinabile est ut *GL* est *om. K* 14 celsius *A* cellsus *K* 15 IN VM *D* Graeca *om. K* in on apud geos *GK* in on desinentia apud graecos *L* on *DH* 16 sunt *supscr. in L* um i *Bb* templum .li *GL* 17 hoc *om. L* pelium .lii *L* pellium .lii *G* hoc *om. L* ostorium huius ostorii *R* ostorium .rii *L* ostorium .rii (h) *GL* hostrium huius hostrii *H* lignum commodius aequatum *G* quo *in litura* (com?) *l* quo modius] *h* quomodo dius *H* 18 multa apud comicos multa *R* cōmicos *GL* 19 articulos *ex* articulus *corr. B* femini *K* 20 gratiam *Rr* gracia *H* causa *L* uel gratia *l* ἡ] n *in litura rh om. BK* ΔΟΡΚΙѠΝ *RGL* ΔΟΡΚΥΟΝ *DH* 21 dortium *A* dorthium *r* ΔѠΡΚΙVΜ *R* ἡ *om. BK* *Γλυκέριον*] *l* ΓΛΥΚΕΡΙѠΝ *R* ΓΛΙΚΕΡΙΟΝ *BA* ΓΛΙΚΟΝΙѠΝ *G* ΓΛΙΚΙΟΝ *K* ΓΛΙΚ***** *L* glicerium *BH et in litura l* clycerium *Rr* greccrium *A* gliconium *G* gleconium *K*

'ἡ Ἀβρότονον haec Abrotonum', 'ἡ Λεόντιον haec Leontium'. hoc autem solet fieri adulationis causa sive diminutionis aetatis.

In 'an' aut in 'in' aut 'on' aut 'yn' desinentia Graeca sunt masculina vel feminina et producuntur omnia et vel Graece declinantur, ut 'Pan Panos' - Virgilius in VIII:

Parrhasio dictum Panos de more Lycaei -,

vel ex genetivo Graeco fit Latinus, mutata ος ultima in 'is', ut 'Titan Titanos', 'Titan Titanis'; 'delphin delphinos', 'delphin delphinis'. dicitur tamen et 'delphinus delphini'. in multis enim invenimus | a genetivo Graeco factum Latinum nominativum - ut 'elephas elephantos, hic elephas huius elephantis' et 'hic elephantus', a genetivo Graeco 'elephantos', 'huius elephanti'. similiter 'hic abacus huius abaci' a genetivo Graeco ἄβακος; "Ἄραψ Ἄραβος', 'Arabs Arabis' et 'Arabus Arabi'; 'Τιτάν Τιτᾶνος', 'hic Titanus huius Titani' - Plautus in Menaechmis:

Barbatum, tremulum †Titanum qui lucet Cygno patre -,

ἡ *om. R* ἡ Χρύσιον haec Chrysium] *om. H* ἡ Χρύσιον — Leontium] *om. G in litura scripsit l* *PICION *R* XPICION *r* XPICION *B* Chrysium] *b* chryseum *B* chrisium *RADl* 1 ἡ *om. R* ἡ Ἀβρότονον — Leontium] *om. K* BPωTωNON *R* ABPωΘωNON *r* brotonium *Rr* ab rotonnium *H* abrotunium *h* AHONTION *R* AEONKION *H* Haec autem solent *H* 2 adolationis *GLK* 3 IN N SED PRIMVM IN AN ET IN ET YN ET ON GRECA PRODVCTA. *D* an aut in ON aut YN *B* an *** yn *G* an ā in ā on yn *g* an aut in aut on aut yn *L* aut in on aut in yn *K* aut in yn aut in on *D* yn] *n *H* en *h* gca disinentia *L* 4 *post* omnia: in an terminantia. et uel graece declinantur *in litura b* omnia uel *GK* panos *add. r* 5 *Verg. Aen.* VIII 344 6 Parrhasio] *H Med. Pal.* parrasio *BLrd* parnasio *RADGK cum Vergilii Romano. sic igitur f. s. Priscianus s. Theodorus* dictam *Med.* Panos] panpanos *B* *** panos (pan?) *K* lycei *ADK* licei *GL* licei *Rr* 7 gco genitiuo *GL* o* *R* oc *r* os *BDGL* his *Rr* tytan tytanas (tytanos *d*) tytan tytanis *D* 8 delphian *B* delfin delfinos *G* delphian delphianos uel *K* delfin delfinis *RG* delphinis *ex* delphinos *corr. H* 9 et *om. G* delfinus delfini *G* graeco genitiuo *GL* 10 nominatiuum *add. h* ut] hic *GL* hellefas helefantos *Rr* elifas elifantos *GK* elefas elefantos *DH* elefas *elifantos *L* elephans *B* elefas *RDH* elifas *GLK* 11 elefantis *RDH* elifantis *GLK* elifantos huius elifanti *GK* elefantos huius elefanti *DHr* huius elifanti elifantos *L* 12 abacus a genitiuo graeco abacos huius abaci *K* huius] huic *R* abaci] abacos *BA* ἄβακος] ABAKOC abaci *A* abakos *RH* abacos abacis *G* abacos nbaci *L* 13 Ἄραψ Ἄραβος] *om. RHGLK* APABC. APABOC. *in mg. r* arabs arabos *Ah* hic arabs arabos *B* hic arabs arabis *BDrh* *** arab* arab** *R* arabos arabis *GLK* Τιτάν Τιτᾶνος] *om. H* TIΘAN TIΘANOC *r* titam titanos *R* titan titanos *BADGLK* 14 tytanus *D* huius *om. GL* tytani *D* *Plaut. Menaechm.* V 2, 101 (*v.* 854) megmis *Rr* menecmis *B* menechnis *G* menegmis *AD* minechinis *L* mechenis *K* 15 tremulum titanum] *l* titanum tremulum *L* Titanum] *sic etiam libri Plautini* tytanum *D* Tithonum *Meursius* qui lucet (lucit *K*) cygno (cyno *Rr* cyno *K* cyeno *H* .cyc.no *B* cieno *G* cigno *ADL*)] cyeno prognatum *testantur libri Plaut. opt.* moseo prognatum *Ritschelii Lips.* Cygno qui cluet *Palmerius l. ms. Berchemi et Colerus l. Prisciano antiquissimo et Constantinopoli olim scripto, quorum illud* qui cygno lucet, *hic* cygno qui lucet *offerebat* patri *A*

nec non et ab accusativo: 'panthera', 'creterra', quod Graeci quoque in 26 multis fecere, quos in hoc quoque sequimur, qui saepe et genetivo et aliis casibus pro nominativo sunt usi: 'ὁ μάρτυς τοῦ μάρτυρος, ὁ μάρτυρος', 'ὁ ἰκτίς τοῦ ἰκτῖνος' καὶ 'ὁ ἰκτῖνος' - Virgilius in VII:

Hyrcanisve Arabisve parant seu tendere ad Indos,

qui est a nominativo 'hic Arabus'. idem in VIII:

Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.

Lu||cilius in IIII 'Aethiopus' dixit pro 'Aethiops':

Rinocerus velut Aethiopus.

'Titanus' quoque pro 'Titan' dicebant; unde Naevius in carmine belli Punici primo:

Inerant signa expressa quo modo Titani,
Bicorpores Gigantes magnique Atlantes.

Lucanus in VIIII:

Nec tutus spatio est elephas.

Iuvenalis in IIII:

Rursus ad Aethiopum populos aliosque elephantos.

Virgilius in VIII:

pantherae terga retorquens.

Cicero in Arato:

1 et *om. B* pantera *B* cratera *ADK et in litura H* crat•era (a) *L* et cratera *G* quoque *om. A* 2 fecere] *b* facere *B* facere *H* quo• *L* saepe ex (et) *L* 3 usi ut *ADHG* ω (o) *R* ΜΑΡΤΥΡ *BGLK et in litura H* ΜΑΡΤΙΡ *Ad* ΜΑΡΤΙ• *D* ΤѠΥ *R* ΤΟΙ *G* ΜΑΡΤΙΡΟϹ *AGd* ΜΑΡΤΙΡΟΝ *D* *post* μάρτυρος: Ν (i. e. ἤ) *superscr.*, ΚΑΙ *in mg. add. r* ΚΑΙ *etiam BA* ΚΙΑΙ *D* ὁ μάρτυρος *om. G add. g* ΜΑΡΤΙΡΟϹ *ADr* 4 ΥΚΤΙϹ *D* ΙΚΤΥϹ *RH* ΤѠΥ ΙΚΤΙϹΝΟϹ (NO, N) *Rr* ΝΟΥ. ΤΟΥ. ΙΚΤΙϹΝΟϹ *A* ΤΟΥ ΙΚΤΙϹΝΟϹ *K* ΤΟΙ ΙΚΤΙΝΟϹ *G* ΤΟΥ ΙΚΤΥΝΟϹ *H* ΤΟΥ Ο|ΙΚΤΙΝΟΝ *B* ΙΚΤΙϹΝΟϹ *A* ΙΚΤΥϹΝΟϹ *R* DE EXEMPLIS *D* *Verg. Aen.* VII 605 5 hircanisuae *Rr* hircanisue *BAHGLK* hyrcaniisque *Verg. Fr.* 6 hic *om. L* *Verg. Aen.* VIII 706 7 oms arabs *G* terga Sabaei] *r* tergas abaie *R* tergebant ei *A* 8 licilius *L* *Lucil. in* IIII: III 21 *Dous. Gerl.* 18 *Varg., his verbis a Dousa compositis cum fragmento libri* III *a Nonio* 25, 28 *citato:* Bronchus Bovillanus (?) dente adverso eminulo, hic est | Rinocerus VII *L* VIIII *K* 9 renocerus *K* neluti *B* uelud *A* 10 •••••••• dicebant pro titan (pro titan) *B* tytan *D* neuius *libri* *Naev. bell. Pun.* I *v.* § 6 11 punici. Primo inerant *BA* 12 signa] *b* sign•• *B* expsa *GLK* titani *ex* titanus *corr. K* 13 bicorpores] *b* bicorpore• (s) *Dd* bicorpore *B* gygantes *RD* adlantes *R* athlantes *BADGLK* athlatentes *H* 14 lucanus *ex* lucantes *corr. D* *Lucan. Phars.* VIIII 732 15 totus (v) *Dd* elephas] *b* elephaus *B cum Luc. Voss. B* eliphas *K* elefas *RH* elifas *GL* 16 *Iuv. sat.* IIII 10, 150 17 aliosque *Prisc. cum Iuv. libris dett.* altosque *Iuv. cod. Pith.* elifantos *GL* aeliphantos *K* 18 *Verg. Aen.* VIII 460 19 pantherea *Pal.* 20 *Cic. Arat. v.* 332 (91) *sq. cf. supra* § 20

Tum magni curvus capricorni corpora propter
Delphinus iacet, haut nimio lustratus nitore.

Horatius in II carminum:

Nec curat Orion leones
Aut timidos agitare lyncas.

27 (et notandum etiam de genere, quod masculino genere protulit Horatius, cum Virgilius feminino in III georgicon:

Quid lynces Bacchi variae?)

Horatius in II carminum:

nulla decempedis
Metata pri|vatis opacam
Porticus excipiebat Arcton,

'haec decempeda' ab accusativo Graeco [ἀπὸ τοῦ 'δεκάποδα']. idem:

Diversum confusa genus panthera camelo.

'cassida' quoque accusativus est Graecus, ab eo quod est 'cassis', quo usus est pro nominativo 'cassis' Virgilius:

aurea vati
Cassida.

Statius vero 'cassis' protulit in II Thebaidos:

Bellipotens, cui torva genis horrore decoro
Cassis et asperso crudescit sanguine Gorgon.

quod autem Graecum est hoc nomen, ostendit etiam Probus in libro, qui est de catholicis nominum. Persius:

1 Tum] cum *G* coruus *BGL* coruus *Dd* cornus *H* corbus *K* propter] pro *G* 2 delphinos *Dd* delfinus *G* haud *BADHr* aut *K* nitore *G* uel in ore *g* nitorie *H* 3 oratius *LK* *Hor. carm.* II 13, 39 *sq.* carminum secundo *L* 5 timido *R* lincas *HGLr et in litura d* linquas *K* linces *RBA* 6 etiam *om. GLK* oratius *GL* 7 cum] *r* cur *R* *Verg. georg.* III 264 III] *d* IIII *ADHGLK* quarto *R* IIII *h* 8 Quod *AHK* lynches *Med.* linces bachi *RADHGL* linquis bachi *K* bachi *B* 9 oratius *K* *Hor. carm.* II 15, 14 *sqq.* sermonum *B* 10 Nullam *R* decempedis] *d* decimpedis *GD* 11 metata] *ex* mutata *corr. H* metat *Dd* meta *B* 12 anton *D* 13 decimpeda *Dd* id est ΑΠΟ *B* ἀπὸ τοῦ δεκάποδα] *om. H* id est ΑΠΟ ΤΟΥ ΔΕΚΑΠΟΔΑ *Dd* ΑΠω ΤωΥ ΔΕΚΑΠωΔΑ *R* ΑΠΟ ΤΟΙ ΔΕΚΑΠΑΑ *G* ΘΟΥ ΔΕΚΑΠΟΔΑ *h* idem] *r* In eodem *RBAHGL* Idem in eodem *D* In eodem quoque *K* *Hor. epp.* II 1, 195 14 confussa *L* camelo] *r* camello *RHGLK* 15 casida *GK* graecus est *L* casis *K* 16 nominatiui *Rr* casis *G* cassis *K* *post* cassis: Virgilius — cassis *om. G add. g* *Verg. Aen.* XI 774 *sq.* 17 auria *K* 18 casida *K* 19 *Stat. Theb.* II 716 *sq.* casis *K* tebaidos *K* 20 bella potens *Gg* bellapotens *LK* torba *G* turba *RBLK* genis] *h* genus *H* decoro] *g Statius* decore *GDHLK* dedecore *RBA* decoros *r* decora *h* 21 casis *K* asper•s *K* aspersso *k* 22 *Prob. de cathol. nom. p.* 1473 *P.* 130 *Lind.* 23 Persius] *versus conflatus ex Pers. sat.* 2. 52 *sqq.*: Si tibi creterras (*sic Montepess. Vat.* crateras *rell. tantum non omnes*) ar-

p. 689. 90 P. p. 237 K.

Creterram argenti sudabit praetrepidum cor.

Iuvenalis in I:

Lectus erat Codro Procula minor, urceoli sex
Ornamentum abaci.

idem in IIII:

Quanto delphinis ballaena Britannica maior —.

Et sciendum, quod omnia in 'in' desinentia etiam in 'is' productam 28 finiuntur: 'Arin' et 'Arīs', 'delphin' et 'delphīs', 'Eleusin' et 'Eleusīs', 'Trachin' et 'Trachīs'. et notandum, quod auctores Graecorum in 'is' magis terminatione sunt usi, nostri vero frequentius in 'in', quamvis Cicero pro Scauro: cum dare nollet, inquit, Aris, clam ex Sardinia est fugere conatus. in eadem: Arinis uxorem pelicatus dolore concitatam.

In 'yn' quoque terminantia addita 'is' || faciunt genetivum: 'Adramyn (nomen herois) Adramynis', 'Phorcyn Phorcynis'. unde Lucanus libro VI 29 VIIII:

Squalebant late Phorcynidos arva Medusae.

nam 'Phorcys' per s 'Phorcyis' declinatur, non 'Phorcynis' facit.

cuimus, quattuordecim: vocales quidem quinque a e i o u, consonantes vero novem, semivocales sex l m n r s x, mutae tres c d t. vocales, ut 'poeta', 'monile', 'gummi', 'frugi', 'virgo', 'cornu'; semivocales, ut 'sol', 'templum', 'flamen', 'Caesar', 'civitas', 'Pollux'; mutae, ut 'lac', 'caput', 'aliud' - hoc enim nomen esse, et **Probus** in **institutis artium** ostendit et ratio ipsa, de qua in pronomine latius tractabimus. ostendit autem **Probus** his verbis: **hoc unum nomen tantum, id est alius, quam maxime propter structuras genetivo et dativo casu numeri singularis, sic anomale confirmatum sit declinari: hic alius, huius alius, huic alii.** inveniuntur etiam in y desinentia Graeca: 'hoc Dory', 'hoc Aepy', nomina civitatium. **Statius** in **IIII Thebaidos**:

Quos Thrion et summis ingestum montibus Aepy.

Igitur masculinorum nominum finales sunt literae septem, a o l n r 2
s x, ut 'hic scriba', 'Cicero', 'consul', 'Paean', 'pater', 'Priamus', 'rex'; femininorum quoque eaedem nec non etiam e produ|cta in Graecis et m . figurate in comicis nominibus, ut 'haec Aurora', 'Iuno', 'Tanaquil', 'Siren',

2 lytterae *R* quoque *om. HL* 3 quidem] *d* autem *D* 4 t d *K* 5 munile *AGLK* cummi *B* frugi *om. G* 6 flumen *BGLKr* pullux *GLK* capud (t) *Dd* 7 *Probus in instit. art.: Maii class. auct.* V *p.* 221[b], *art. min.* § 366 *anal. Vindobon. p.* 306 *sq. v. Osannum Beiträge zur gr. und röm. Litteraturgesch.* II 207 *sqq. cf. lib.* VI § 21 in *ante* institutis *om. RBDH add. rd*, in cõmoniciob; *spscr. h* 8 &tratio *Rr* 9 his] *add. g* in his *B* uerbis his *LK* u*num(i) *K* 10 quam] quod *HLKr* propter structuras (uel con) *Ll* 11 numeris *B* comfirmatum *G* declinare *GLK* 12 inveniuntur] *dl* Inuenitur *DL* 13 hordory (c) *A* doroy *K* epy *RA* ΕΡΥ *B* aery *GL* nomina] *r* nominum *R* ciuitatum *BAHGLK* *post* ciuitatium: sunt *add. RBADH* unde *GL* *Stat. Theb.* IIII 180 14 tebaidos *K* 15 Thrion] *α*, *Statius* trion *AD* tryon *RBHGK* tityon *r* strion *L* et summis] *h* et in summis *DHG* in summis *LK* uel congestum *g* epy *BD* aery *L* 16 lytterae *R* r *add. r* 17 ut *om. L* 18 Feminorum *B* eaedem] *r* **eaedem *B* eadem *RGK* eaedaem *A* 19 in comicis nominibus figurate *L* tanaquil *ex* tanaquid *corr. B* tanacil *G* syren *BDH* sirien *GLK*

'mater', 'virtus', 'lux', 'Taygetē', 'Glycerium'; neutrorum vero duodecim, id est omnes absque o et x - per se enim neutrum in eas literas nullum desinit -, ut 'hoc poema', 'sedile', 'gummi', 'cornu', 'tribunal', 'saxum', 'numen', 'marmor', 'tempus', 'lac', 'caput', 'aliquid'; communium vero masculini et feminini sex, a o l r s x, ut 'hic' || et 'haec advena', 'homo', 'vigil', 'auctor', 'custos', 'coniunx'; communium trium generum quinque, i m r s x, 'hic' et 'haec' et 'hoc frugi', 'nequam', 'par', 'vetus', 'felix'. et hae quidem generales sunt nominativi terminationes, de quibus in nominativo latius tractatum est. nunc vero de genetivo et aliis casibus obliquis per singulas declinationes doceamus.

DE OBLIQVIS CASIBVS PRIMAE DECLINATIONIS.

II 3 Prima declinatio habet terminationes in nominativo tres, 'a as es': in a tam Latinorum quam Graecorum, tam masculinorum quam femininorum et communium, in 'as' vero et in 'es' Graecorum tantum et masculinorum, ut 'hic scriba, poeta', 'haec Roma, Musa', 'hic' et 'haec advena', 'hic Aeneas', 'hic Anchises'.

Eius genetivus et dativus in 'ae' diphthongon desinit. et pares habent syllabas nominativo, ut 'hic poeta huius poetae huic poetae', 'hic Aeneas huius Aeneae huic Aeneae', 'hic Anchises huius Anchisae huic Anchisae', nisi divisio fiat in genetivo poetica, qua frequenter veteres Romanorum poetae utuntur, 'Aeneai' et 'Anchisai' et 'pictai' et 'aulai' pro 'Aeneae, Anchisae, pictae, aulae' dicentes. | Virgilius in III Aeneidos:

Aulai medio libabant pocula Bacchi.

1 taigetac (y *sup.*) *Rr* taigete *L* Glycerium] *r* clycerium *RH* glicerium *A* gligerium *GL* glygerium *g* gliggerium *l* cligerium *K* nero *add. l* 3 paema (o *sup.*) *A* sedille *A* cummi *B* saxsum *H* 4 nomen *GLK* capud (t *sup.*) *Rr* aliquid] aliud *GLh* aliud uel aliquid *K* 5 feminini generis sex *L* ut *om. K* 6 trium trium *L* 8 et hac] *r* aethae *R* 9 tractatum] *a* tractum *AK* 11 DE OBLIQVIS CASIBVS *eras. ante* PRIMAE DECLINATIONIS *in H* de. .i. decli *K* 12 III. in * a (a) *H* 13 quam *ante* fem. *om. GLK* feminorum *RB* 14 et *post* femininorum *om. GLK* et (in *sup.*) es *Rb* masculonorum (i *sup.*) *K* 15 hic *om. L* poeta roma *A* 16 aenias (e *sup.*) et hs aeniae huic aeniae hic *G* anchies (s *sup.*) *Dd* 17 cuius *K* habet *L* 18 h (nius *sup.*) *in* h (uic *sup.*) *mut. d* huiŭs petae (o *sup.*) *Rr* huic poetae *om. ADG add. a* aenias (e *sup.*) *Gg* aeneas .ae .ae *L* eneas huius .nae huic .nae *K* 19 et huius aeniae (e *sup.*) *Gg* huic Aeneae *om. D* aeniae (e *sup.*) *Gg* hic anchises huius sae huic sae *in mg. add. K* anchies (s *sup.*) *Dd* anchises .ae .ae *L* huic Anchisae *om. D* 20 Nisi dinisio (si *sup.*) *D* 21 poetae] *r* pete *R* aneai *D* Anchisai et pictai] *b* anchisai pictai *BGL* picta. i. *R* et *om. G* aula. i. *G* pro aenea auchise et picta et aula *B* pro aenea et anchise et pictae et aulae *b* 22 *Verg. Aen.* III 354 *cf. lib.* I § 50 23 aula.i *R* aulai (*ex* aulae *corr. A*) in *ADHGK et in litura b* aulai in *L* procula *Rr* bachi *HGLK*

idem in VIIII:

Dives equum, dives pictai vestis et auri.

Cicero in Arato:

Atque oculos urget pedibus pectusque nepai,

pro 'nepae', id est 'scorpii'. in eodem:

Serius haec obitus terrai visit equi vis.

Lucretius in I:

Effice ut interea fera moenera militiai.

idem in eodem:

Aulide quo pacto Triviai virginis aram,
Iphianassai turparunt sanguine foede. ||

DE ACCVSATIVO SINGVLARI PRIMAE DECLINATIONIS.

Accusativus 'ae' diphthongum genetivi sive dativi mutat in 'am', ut 'poetae hunc poetam', 'Musae hanc Musam'. frequentius tamen invenimus in Graecis nominibus 'as' et 'es' terminantibus accusativum Graecum proferre auctores, 'hunc Aenean' et 'Anchisen'. Virgilius in V: 4

Aenean credam quid enim fallacibus austris?

et in VI:

Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit
Aenean, alacris palmas utrasque tetendit.

idem in III:

Anchisen facio certum remque ordine pando.

Romanae tamen declinationis ratio exigit 'hunc Aeneam' et 'hunc Anchisam' dicere. Horatius in II sermonum:

et scribere fortem
Scipiadam, ut sapiens Lucilius,

1 *Verg. Aen.* VIIII 26 *cf. lib.* I *l. l.* 2 *equum(a) *A* equm *K* picta .i *R* 3 Cicaero *D* *Cic. Arateor. fr.* XIV *p.* 521 (*v.* 90 *p.* 525) *Orell. cf. Cic. de nat. deor.* II 41, 109 4 urguet *RBDH* surget *K* nepāi *L* 5 *Cic. Arat. v.* 291 (57) *p.* 532 *Orell.* 6 haec *ex corr. k* hoc *ni f. K* *obitus (h-[?]) *A* obiitus *K* terrae peruisit *Cic. cod. Leid.* terrai iussit equinis *Cic. edd. vett.* uissit *K* iussit *Gh* equi] *a* aequi *ADLK* 7 *Lucret.* I 29 8 ut *om. D* interrea *R* fera *BAHGLd* moenera *K cum Lucr.* munera *k rell.* militia *Lucr. oblong. pr. m.* 9 *Lucret.* I 84 *sq.* 10 aulidae *rd* Aulide quo] Aliud equo *B* pacto] *g* pictai *G* Triviai] *r* triniagi *R* 11 iphianasai *RHL* ñiphianassai *K* niphianassai *k* iphianasaitur parunt *Gg* sanguinae *D* poedi (*in mg.* At foede *R ni f.* [*non r*], *quae est lectio genuina librorum Lucretianorum*) *R* phoede *Heidelb.* poedi *GLK* phoedi *BAH* p[h]oedi *D* 13 [a]e *Rr* genetu[i]i*** *Hh* mutant *A* 16 anchise[n]m *Rr* *Verg. Aen.* V 850 V aendi[o]is *D* 17 Aeneam *Rom.* austris *Prisc. cum Donato, et sic* a[st s]uri *ex corr. Pal.* auris *Med. Rom. Servius* 18 *Verg. Aen.* VI 684 *sq.* VII *r* 19 hisque *Rr* gramina] *a* garmina *A* 20 adaeuean *Rr* detendit *G* 21 idem *spscr. L* *Verg. Aen.* III 179 22 "facio "certumque remque *G* rem"q̄ *K* 23 ratio *in mg. add. m. rec. in H* exigit *add. r* 24 oratius *LK* *Hor. serm.* II 1, 16 *sq.* 26 Scipiadam] *sic etiam codd. Hor. tantum non omnes* (Scipiadem *Dresd.* 3) *et Kirchneri cod. ms. schol. Porph.* (Scipiadem *edd.*) [s]excipiadam *Rr* Lucilius] *add. a* Luciliusq; *K*

'Scipiadam' dixit, non 'Scipiaden'; cuius nominativus in 'es' desinit secundum formam patronymicorum, quae est Graeca 'hic Scipiades', quamvis antiqui huiuscemodi quoque nominum, id est in 'as' vel in 'es' terminantium primae declinationis, nominativos etiam in a finiebant, ut est 'Geta', 'Sosia', 'Byrria', 'Chaerea', 'Marsya'; similiter 'poeta', 'sophista', 'Scytha'. Terentius:

Poeta cum pri|mum animum ad scribendum appulit.

Lucanus:

et iuncto Sarmata velox
Pannonio.

Terentius in adelphis:

Geta autem hic non adest.

in eodem:

hic Geta
Praeterea, ut captus est servorum, non malus
Neque iners.

idem in Andria:

aut tu aut hic Byrria.

idem in eunucho:

hic Chaerea. -
Qui Chaerea?

Iuvenalis in III:

Occurris fronte obducta ceu Marsya victus.

5 oportet tamen scire, quod in femininis a terminantibus Graecis, etiam si producta sit apud illos a finalis, plerumque corripiunt eam Latini: omnis enim nominativus Latinus a terminalem corripit. est tamen quando ser-

1 e[s]xcipiadam *Rr* scipiaden *ex corr. r* (syciaden *R?*) sci[pi]aden *L* 3 quoque *om. H* 4 nominatiuo[s] *Rr* etiam in a] *in lit. b* in a [etiam] *K* fineiebant *A* gesta *D* 5 Byrria] *d* byrrhia *B* burria *DG et vel hanc formam vel* Birria *praefert Ritschelius ind. Bonn. hib. a.* 1843 *p.* VI *ann** burrea *L* cherea *BDGLKh* cherra *ni f. H* marsia *libri* sophysta *RD* scitha *GL* scita *K* scyta *D* schyta *A* schita *BH* 6 Therentius *D* *Ter. Andr. prol. v.* 1 *cf. de metr. Ter.* § 11 7 animum ad scribendum appulit] *B* animum asa *ADGL* ad scribendum appulit *h* appulisset ad scribendum *r* a sa *R* [pro] assa *Kk* a• *H* 8 *Lucan. Phars.* III 94 *sq.* 9 et] nec *Lucanus* iuncto] *AH cum Luc.* cuncto *DGa* cuncta *L* cuncto sarmata *rk* cunctos armata *RK* cunctos armata et *B* 11 *Ter. adelph.* III 1, 4 adelph[i]ys *Rr* adelfis *DL* 13 *Ter. adelph.* III 4, 33 *sqq.* *num* eadem? 14 Geta — iners. idem *in mg. add. r* 15 seruulorum *Bas.* malum *Bemb.* 17 *Ter. Andr.* II 1, 33 adria *G* 18 tu] *sic etiam de* XII *vss. Aen.* § 99 *cum libris Ter.* tute *Bentleius* birrya *G* birria *LK* 19 *Ter. eun.* V 1, 7 *sq.* iunucho *K* innacho *GL* e[u]nucho *Hh* 20 hic] iste *Terentius* cherea *RBDH* coerea *G* 21 qui? *Bas.* qui coerea *G del. g* ch•erea(r) *R* cherea *BADH* 22 *Iuv. sat.* III 9, 2 IIII *B* 23 occur•ris *H* occurras *cum Iuv.* (occuras *Pith.*) *Heidelb. Caroliruh. alter* fronte] *h* in fronte *BAHGLKr* caeu *R* Marsya] *B* marsia *rell. cf. de* XII *vss. Aen.* § 99 victus] *rdh* uirtus *RADHGLKb* 25 latini eam *GLK*

vant eam productam, sed raro. ergo quando corripiunt eam secundum Romanam consuetudinem, accentu quoque Latino pronuntiatur, ut in his: 'Itáliă, Phrýgiă, Lýdiă, Sýriă, Tróĭă': haec enim antepaenultimam habent acutam, quia a finalem corripiunt, quamvis apud Graecos sit producta. Horatius in I carminum:

Lydiă, dic, per || omnes

vocativum, qui similis est in hac terminatione nominativo, corripit: est enim choriambus et bacchius, ex quo ostenditur correpta in nominativo quoque 'Lydiă' finalis a. Virgilius in V:

Troiă Criniso conceptum flumine mater
Quem genuit.

apud Statium vero 'Nemeā', quia servavit a productam, accentum quoque Graecum servavit, id est paenultimam acutam, in V Thebaidos:

Nec facilis Neméā latas evolvere vires.

accusativum | quoque Graecum in femininis invenimus a poetis proferri, sed raro. idem Statius in VII:

Namque ferunt raptam patriis Aeginăn ab undis.

DE VOCATIVO CASV PRIMAE DECLINATIONIS.

Vocativus casus primae declinationis in a correptam effertur, ut 'poetă, Musă', nisi sit Graecum et apud Graecos producens a servet eandem etiam apud nos productam, ut 'Aeneā'. Virgilius in X: 6

vigilasne deum gens,
Aeneā? vigila.

est tamen quando in 'es' productam terminantium Graecorum vocativus in

2 acentu *D* quodque *Rr* pronuntiantur *B* ut in in his *K* in *in litura B* 3 phrigia *BD* frigia *G* frygia *LK* lidia *K* sirya *Rr* troya *L* antepenultimum (antepaenultimum, antepeneultimum) *RADGLKbh* 4 acutum *RBADHK* quia] quae *B* corripiunt *in litura B* sit] *r om. L* sid *R* 5 oratius *K* *Hor. carm.* I 8, 1 in carminum lib. I. *GL* 6 lidia *R* 7 uocatiuus *b* 8 coriambus *GLKr* bachius *RGLK* correpta *in mg. K* 9 lidia *RK* *Verg. Aen.* V 38 *sq.* V end. *D* 10 troga *Rr* troya *L* Criniso] *sic etiam libri Verg. fere omnes cum Med. Pal. Rom.* crinisso *cum nonnullis Verg. GK* Crimiso *Verg. Par.* 10 *Pott.*, *Heynius* 11 quem *ex* qui *corr. L* 12 uero *in lit. B* 13 seruant *Kk* paenultimum *BD* penultimum *AK* peniultimum *L* ...ultimum(pen) *H* acutum *BADHKr* acutus *R* *Stat. Theb.* V 44 14 Nemea] *sic etiam* § 7 nemee *Stat. Cass.* Nemee *Stat. edd.* lates *Rr* 15 quoque *om. K* feminis *R* proferre *B* 16 stacius *A* *Stat. Theb.* VII 319 17 patris *K* eginan *GL* ab undis] habundis *DK* ab aruis *Stat. Cass.* 18 *inscr. om. AK* CASV *om. HGL* DECLINACIONIS SINGL. *H* 19 effere *Rr* profertur *K* 20 Graecu.(s) *K* a *spscr. r* servet] seruat *HGL* 21 nos] latinos *GL* aenea uigila *Hh* *Verg. Aen.* X 228 *sq.* in X *add. l* X] *gh* I *RBHGK* 22 uigelasne *G* genes *Rr* 23 uigela *Gg* uigilia *K*

e longam exit secundum Graecos vel communiter vel poetice, ut 'Achatē', 'Anchisē', 'Politē', 'Laertiadē'. Virgilius in I:

quis iam locus, inquit, Achatē?

idem in III:

Coniugio, Anchisē, Veneris dignate superbo.

idem in V:

tua clara, Politē,
Progenies.

Horatius in II sermonum:

O Laertiadē, quidquid dicam, aut erit aut non.

Virgilius in VIIII:

Sit satis, Aenidē, telis inpune Numanum
Oppetiisse tuis.

nec solum in his, quae sunt primae, sed etiam in illis, quae tertiae, id est in omnibus Graecis 'es' producta finitis, similiter invenis vocativum in e productam proferri, ut 'Chremē', 'Lachē', 'Achillē' - Terentius in Andria:

Immo ita volo itaque postulo ut fiat, Chremē.

idem in eadem:

o Chremē,
Pietatem gnati! nonne te miseret mei?

idem in hecyra:

A Myrrhina haec sunt mea uxore exorta omnia. -
Mutatio †est. - ea nos perturbat, Lachē.

1 e] ae *D* longam] *bd* logam *H* longum *BAD* exiit *K* poeticae *A* achate *B* 2 lertiade *RBHGL* *Verg. Aen.* I 459 III. *G* 3 inquid *Dd* Achate] *add. h om. H, ni margini ascripserat, qui nunc abscissus est* 4 *Verg. Aen.* III 475 5 Anchisae *Med. m. pr.* (*cf. Wagneri ann. crit. ad Aen.* VIIII 653) Anchise *Pal.* Anchisa *Med. ex corr., deficit Rom.* 6 *Verg. Aen.* V 564 *sq.* 7 Tu *L* cara *Pal.* polyte *R* polites *Med. m. pr. Pal. m. pr. Rom.* polite *Med. m. alt. Pal. m. alt.* 9 Oratius *BK* *Hor. serm.* II 5, 59 II sermonum] *a* II. carminum *RBADHK* carminum II *GL* 10 lertiade *HGLK* lertiade *B* quidquid] *R cum libris Hor., si Kirchneri silentio fides, omnibus* quicquid *rell.* dico *libri aliquot Hor.* 11 *Verg. Aen.* VIIII 653 *sq. cf. lib.* II § 36 VIIII] IX *Krehlius* VIII *libri* 12 impune *RALK* **manum (nu) *B* 13 oppetiisse] *r* oppetisse *R* opetiisse *Dd* ō petiisse *L* duis *Dd* tuis primā hanc tibi magnus appollo *L* 14 *is(h) *D* primae sunt *B* quae sunt tertiae *K* 15 in e productam uocatiuum *L* 16 proferre *RAGLK* ut *om. L* creme *D* lache chreme *L* lache creme *G* achile *GLK* *Ter. Andr.* III 3, 18 sin *Rr* 17 adria *G* 18 imo *K* postolo *L* faciat *Rr* chraeme *R* creme *D* 19 *Ter. Andr.* V 2, 27 *sq.* 20 chraeme *R* creme *D* 21 piaetatem *R* pietate *H* gnati *L* misseret *GK* 22 *Ter. hecyr.* IIII 4, 10 *sq.* ecyra *AK* echyra *RBH* echira *DGL* 23 mirrhina *A* myrrina *BHGLK cum Bas.* myrryhina *Rr* mea uxore *b* ***** *B* exorta] ex *Bemb.* 24 est] *eras. in H* fit *Terentius* lachae *RB* Laches *Bas.*

p. 730. 31 P. p. 293. 94 K.

Ovidius in XIII metamorpho||seon:

Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille.

idem in XII: 7

Armiger ille tui fuerat genitoris, Achille.

nec mirum, cum Graecorum || quoque poetae similiter inveniantur protulisse vocativos in supra dicta terminatione. *Ἀνακρέων·*

Ἦλιε καλλιλαμπέτη

posuit pro *καλλιλαμπέτα*, *Ἱππῶναξ·*

Εὔηθες κριτή

pro '*κριτά*', et Apollonius Argonauticorum in III:

Αἰήτη, κείνην μὲν ἄφαρ διέχευαν ἄελλαι

pro *Αἰήτα*, in eodem:

Αἰήτη, σχέω μοι τῷδε στόλῳ, οὔτι γὰρ αὔτως.

[in femininis etiam] Alcaeus *Νήρη* pro *Νήρης* posuit et Theopom-

1 *Ovid. metam.* XIII 130 *cf. lib.* VI § 92 XIIII. *K* 2 poteremur] *L Caroliruh. alt. m. pr. et sic, ni f., H et Krehlio teste Heidelb.* potiremur *RADGKbh Caroliruh. alt. m. alt.* poti••• *B* achille *B* achile *GLK* 3 *Ovid. metam.* XII 363 4 genetoris *R* achille *B* achilė *GLK* achilles *v. l. libror. Ovid.* 5 similiter — *αὔτως scriptura pr. m. passim servata in rasura l* inueniuntur *Kl* 6 uocatiuum *Kl* supradicte (a) *Rr* anacreon *H* ΑΝΑΡΕΟΝ *G* ΑΝΚΕѠΝ (Α) *L* *Anacr. fr.* 25 *ed. Bgk. fr.* 27 *poet. lyr. Gr. p.* 782 *ed. alt. Bgk.* 7 *ἦλιε*] *om. l* ΗΖ *G* ΝΝΕ *K* ΚΑΜΙΛΑΜΠΗΤΗ *R* ΚΑΛΛΗΛΑΜΠΕΤΗ *D* ΚΑΛΛΗΛΑΜpΗΤΗ *H* ΚΑΛΛΗΛΑΜΠΕΤΗ *l* ΚΑΜΑΑΜΠΕΤΕ *GK* 8 possuit *GK* ΠΡΟ *RDK* ΚΑΛΛΙΛΑΜΠΗΤΑΙΠΗΤΑ *R* ΚΑΛΗΛΑΜΠΕΤΑ (Α) *D* ΚΑΛΛΗΛΑΜpΗΤΑ *H* ΚΑΛΛΛΛΑΜΠΕΤΑ *l* ΚΑΜΛΑΜΠΕΤΑΙ. *G* ΚΑΝΥΛΛΛΑΜΠΕΤΑ *K* *Ἱππῶναξ*] ΙΠѠΝΑξ *R* ΙΠΠΟΝΑξ *AD* ΙΠΡΟΝΑξ *B* ΙΠΟΝΑξ *K* *Ἱππῶναξ· εὔηθες*] ΠΡξ ΕΗΝΕΤΕϹ *G* pro ΖΕΥΓΝΝΤΗϹ ΖΕΥΓΝΗΤΑ (iouis nata) *L* *Hippon. fr.* LXXXVI *p.* 100 *Welck. fr.* 118 *poet. lyr. Gr. ed. alt. p.* 612 *Bgk.* 9 *εὔηθες*] *Krehlius om. H* ΕΥΗΤΗϹ *R* ΕΥΝΤΕϹ *AD* ΕΥΓΕϹ *B* ΕΙΤΝΕΤΕϹ *K* '*fort. εὐγενὲς κλέπτη*' *Bergkius* ΚΑΡΙΤΗ *RBADHL* capite *GK* summa *spscr. l* 10 ΡΡΟ *RD* ΚΑΡΙΤΑ *RBADL* kapita *H* capita *GK* appollonius *AGL* .III. *ex* .IIII. *corr. B* *Apoll. Rhod. Argon.* III 320 in III. ΑΙΝΤΗ ΕΚΕΙΝΗ ΜΗΝ ΦΑϹΙ ΕΧΕΥ ΑΙΝΤΗ ΑΙΝΤΕ ΚΑΙΝΗ ˥ ΝΗΝ ΑΦΑ ΔΙΕ ΕΥΑΝΑΕ ΕΜΗ *Ll* 11 ΑΙΝΤΗ *RBAHL* ΑΝΤΕ *G* ΑΝΤΗ *K* ΚΕΙΝ.ΗΝ *A* ΚΕΝ *R* ΚΕΙΝΟΝ *H* ΚΑΙΝΗΝ *K* ΚΑΙΝΗΥΗΗ. ΗΑΦΑΡ ΔΙΕΧΕΥΑΗ ΕΛΛΗ *G* ΜΗΝ *R* *ἄφαρ — Αἰήτα*] ΑΦΑΡΑΙ pro ΑΙΝΤΑ *H* ΑΦΑ.‿.ΡΑΙΕΧΕΥΑΝ (Α) *Dd* ΑΙ.ΕΧΕΥΑΝ *R* ΗΛΛΑΙ *A* ΑΕΜΜΗ *K* 12 ΑΙΝΤΑ *RBAKl* ΑΙΝΤΑΙ *b* ainta *L* in eodem — *αὔτως om. H* *Apoll. Rhod. Argon.* III 386 13 ΑΙΝΤΗ *AK* ΑΙΗΤΕ *D* ainte (ΑΙΝΤΕ) *Rr* ΑΙΝΤΙ *B* ΑΙΗΤΕϹ.ΧΜΟΥ ΤΟΥΒΕϹΤΟΛΛΥ *G* xeo (ΧΕΟ) *Rr* ϹΧΕΟΥ *l* *χρέος Apoll. Guelferb.* ϹΧΕΟ ΝΟΥ ΤΟΥΔΕ ϹΤΟΛѠΙ *K* ΤѠΙΛΗ ϹΤѠΛΟΙ *R* ΤѠΛΟ *l* ϹΤΟΛѠΙ *D* ΟΥΤΕ *l* ΑΥΤΟϹ *R* ΑΙΤѠϹ *G* ΑΙΤΟϹ *B* 14 in femininis etiam *glossatori debetur, cui* ΝΗΡΗϹ *pro* ΝΗΡΗΙϹ *positum videbatur cf. Choerobosc. in Theodos. can. p.* 172, 28 *Gaisf.* alceus *LK* alcheus *R* alcheuus *B* *Alcaei fr.* CXX *p.* 68 *Matth. fr.* 145 *poet. lyr. Gr. ed. alt. p.* 733 *Bgk.* *Νήρη*] *scripsi* ΝΕΡΗ *B* ΝΕΡΕ *AD* ΝΕ͂ΡΕ *H* nepe *LK* nephe *Rr* nepe (*κηρη*) nõ *G* nepe pro nepes (*κηρης*) '*an excellent ms*' *l. a Kiddio in R. Porsoni tracts p.* 295 *sq. unde coni. νηρὴ* pro *νηρῆς* vel *νηρῆϛ* *Νήρης*] *scripsi* ΝΕΡΗϹ *B* ΝΕΡΕϹ *AD* ΝΕΡΕ͂Ϲ *H* nepes *GL* nephec (s) *Rr* nepet *K* possuit *GK* theompompus *L* *Theopomp. com. fab. inc. fr.* XXII *com. Gr. t.* II *p.* 821 *ed. mai. fr.* XXI *p.* 455 *ed. min. Meinek.*

pus *Χάρη* pro *Χάρης*. Latina vero proportio in a correptam vult vocativum primae declinationis, sicut supra dictum est, terminari etiam in Graecis. unde Horatius in II sermonum:

Ne quis humasse velit Aiacem, Atrida, vetas cur?

feminina quoque Graeca est quando apud poetas Graecum vocativum servant in a vel e productas desinentem secundum proprium nominativum, ut 'Taygetē', 'Nemeā'. Virgilius in VIIII:

Vos, o Calliopē, precor, adspirate canenti.

Statius 'Nemeā', ut ostendimus, a producta protulit more Graeco.

DE ABLATIVO CASV SINGVLARI PRIMAE DECLINATIONIS.

8 Ablativus huius declinationis in a productam desinit: 'ab hoc poetā', 'ab hac Musā', 'ab hoc' et 'ab hac advenā'. est autem quando hunc quoque poetae e producta terminant in Graecis nominibus, quae dativum Graecum in *η* finiunt. Virgilius in I:

uno graditur co|mitatus Achatē

[pro 'Achatei']. Ovidius in VIII metamorphoseon:

Cumque Pheretiadē et Hyanteo Iolao.

Iuvenalis in I:

Penelopē melius, levius torquetis Arachnē.

et hoc vel metaplasmus est dicendus, qui fit more poetico mutata a longa in e productam, vel potius dativus Graecus pro ablativo positus, qui quamvis apud Graecos i habeat post *η*, tamen apud Latinos secundum eorum

1 chare pro chares *RBDHGLK* uero *om. D* 2 praedictum *BAD* predictum *H* 3 . unde *om. D* oratius *HK* *Hor. serm.* II 3, 187, *ubi cf. Bentleius* 4 humanasse *A* uellit *G* Aiacem] *b* aiace *K* acie (ia) *G* aia••m *B* Atride *codd. aliquot Hor. dett.* uetos (a) *Rr* uetus *LK* 5 est] sunt *K* uocatiuum graecum *GL* 6 uel in e *AGLKr* productam *HK* 7 taigete *R* tagietae (y) *A* taigyte (i) *G* ta•gyte(y) *L* taugete *K* *Verg. Aen.* VIIII 525 VIIII] *B* VIII *b rell.* 8 Calliope] *sic etiam Pal. Rom. Fr.* caliope *HGLK Med.* praecor *BDH Med.* asspirate *R* asspirate *A* aspirate *GLK* 9 *Statius v.* § 5 *post* Graeco: nec facilis nemea *add. h* 10 DE ABLATIVO SINGVLARI *A* De ablatiuo casu prime declinationis *D* De ablatiuo casu primae declī *L* De ablā sing̃ primae dec̃ *G*; *ex HK hic et in sqq. inscr. non satis diligenter enotavi* 11 ut ab hoc poeta *R* 12 et a hac *L* et hac *G* 13 productam *Rr* 14 in I•• faciunt *A* *η*] ι *BHGL* •i(h) *D* ut *ante* Virgilius *add. BADHGLK* *Verg. Aen.* I 312 15 ipse uno *L* graditur *add. r* 16 Achatei] (*i.e.* ΑΧΑΤΗΙ) *K* achata (ei) *L* achate•(s) (uel i) *G* achati *R* achata *BAD* achat• uel achata *in litura h; v. l. videtur prodere gloss.* *Ovid. metam.* VIII 310 VII. *G* methamorphoseon *R* metamorphosaeon *D* 17 pheregiade *B* feretiade *K* pheritiade *L* feritiade *G* et *add. k* etyante o ioleo (h) *Rr* hyantaeo *D* phyante_o *K* hyanthe oio lao *B* ioloa *ni f. H* iolaω *h* 18 *Iuv. sat.* I 2, 56 *cf. lib.* VI § 63 19 Paenelope *RAH cum Pith.* penolope *L* levius torquetis] *l* leuius in I torquetis *GL* leuius .I. torquetis *K* arache *GL* 20 uel *om. B* mero (o e) *A* 22 *η*] α (ecta) • (uel h) *Rr* Η et a *G* Η. et. a. *Dd* a *A* ΗΤΑ (heta) *in lit. l* Η hetā *in lit. b*

consuetudinem scripturam servavit, apud quos i scribi post vocalem et non pronuntiari solet. hoc et ex aliis possumus conicere, quae quamvis Graece proferantur, scripturae tamen Latinae rationem servant, ut Virgilius in bucolico: ||

Orphi Calliopea, Lino formosus Apollo.

nam cum sit dativus Graecus pro ει diphthongo, i longam habuit more scripturae nostrae. illud miror, quod Iuvenalis 'Calpe' ablativum corripuit, cum sit simile hoc nomen 'Penelope', 'Arachne', 'Calliope', quorum ablativus numquam in e correptam terminat. Lucanus in I:

Tethys maioribus undis
Hesperiam Calpēn summumque inplevit Atlanta.

Iuvenalis in V:

nec Carpathium Gaetulaque tantum
Aequora transiliet, sed longe Calpě relicta
Audiet Herculeo stridentem gurgite solem.

DE NOMINATIVO PLVRALI ET VOCATIVO PRIMAE DECLINATIONIS.

Nominativus et vocativus pluralis primae declinationis similis est gene- III 9
tivo et dativo singulari. nam in | 'ae' diphthongum profertur, ut 'hi' et 'o poetae'; sed in his non potest divisio fieri, sicut in illis.

DE GENETIVO PLVRALI PRIMAE DECLINATIONIS.

Genetivus pluralis eiusdem declinationis fit addita ablativo singulari

1 scribi i *H* solet et non pronuntiari *in litura h* non pronuntiari non solet *AGLd* 2 pronuntiari] *r* pronunciari *RK* possimus (v) *Dd* posumus *GL* coniecire (i) *G* quamuisnis *R* graecae *RK* grecae *D* 3 *Verg. ecl.* 4, 57 *cf.* § 14 (*deficit Med.*) 4 bucolicho *Rr* bocolico *A* bocō *G* bucō *L* bco *K* 5 ut orphi *RADH* orphei *Pal.* calliophea *Rr* caliopea *LK* caleopea *G* caliope. *H* caliopea *Pal.* calliope a lino *B* lieno *Rom.* appollo *GLK* 6 sit *add. h* ει] ei *H* i] *r in ni f. R* 7 illud autem miror *H* calphe *B* corripit *K* 8 poenelope *R* paeneplope *A* paenelope *DH* penelopae *K* arache *G* arache *L* caliope *GLK* 9 ablatiuus in e nunquam in e *K* terminatur *AD* *Luc. Phars.* I 554 *sq.* 10 Tethys] *Ag* theth** *R* thetys *BD* tithys *K* tichis *G* tichys *L* thetis *r* thetis *Voss. A* thethis *Voss. B* 11 hisperiam *GL* hesperium *libri nonnulli Luc.* calpen *A* calpe*(n) *K* calpe *HGL* sum_numque (m) *Rr* impleuit *RADHLK* Atlanta] *g* adlanta *R* athlanta *BAGL* 12 *Iuv. sat.* V 14, 278 *sqq.* 13 carpatium *A* carphatium *B* charpathium *R* carrathium *DL* carathium *G* carpathum (f h i mare) *Hh* getulaque *RDGLK et sic Pith.* getula quae *B* 14 transsiliet *G* relicta*(s) *L* 15 erculio *GL* erchuleo *K* in herculeo *h* solemus *Gg* 16 DE PLVRALI NOMINATIVO ET VOCATIVO PRIMAE DECLINATIONIS. *B; de HK nil annot.* 17 pluralis *add. b* pluralis (e) *Rr* 18 ut (et) *Rr* in] *Kl et eras. in B om. RHGL* per *ADrh* ae] e *R* *ae(h) *D* profercetur *H* 19 o] ho *A* se (d) *Rr* diuisi (o) *Rr* 20 PLVRALI *om. R add. r* 21 eiusdem] *RK Heidelb.* eius *ADHG* primae *L*

'rum' syllaba, ut 'ab hoc poeta, horum poetarum'; 'ab hac Musa, harum Musarum': producitur enim a tam in ablativo singulari quam in genetivo plurali. et notandum, quod omnes casus tam singularis quam pluralis numeri pares habent numero syllabas in hac declinatione, excepto genetivo plurali; hic enim abundat una syllaba. est autem quando hunc quoque per concisionem proferunt, et maxime in compositis et patronymicis, ut 'Graiugenum' pro 'Graiugenarum' Virgilius in III:

Graiugenumque domos suspectaque linquimus arva.

in eodem:

Caprigenumque pecus nullo custode per herbam

pro 'caprigenarum'. idem in VIII:

Optume Graiugenum, cui me fortuna precari.

in eodem:

Omnigenumque deum monstra et latrator Anubis.

sic 'caelicolum' pro 'caelicola||rum' et 'trinundinum' pro 'trinundinarum' - Cicero pro Cornelio I: ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum potestasque venisset -, 'amphorum' pro 'amphorarum'. 'Aeneadum' quoque pro 'Aeneadarum' Lucretius in primo versu:

Aeneadum genetrix, hominum divumque voluptas.

similiter 'Dardanidum' pro 'Dardanidarum' Virgilius in II:

O patria, o divum domus Ilium et inclyta bello
Moenia Dardanidum.

idem in XI:

variusque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor.

1 hab *D* paeta *R* ho^ac^ musa *Rr* 4 nume^ro^ syllabas. In ^h^ac *Rr* 5 abundat(h) *A* habundat *RDHG* 6 in *ante* patronymicis *add.* *HGK* 7 *Verg. Aen.* III 550 8 domos *R Heidelb. cum Med. Pal.* (*deficit Rom.*) domus *ADHGLK cum nonnullis libris Verg. dett.* 9 *Verg. Aen.* III 221 *cf. lib.* VI § 3 10 nulo *Rr* 11 *Verg. Aen.* VIII 127 *cf. lib.* VI § 3 VIIII. *RBADH* 12 optime *RBADHLk* cui] cū *L* furtuna *GLK* praecari *R* 13 *Verg. Aen.* VIII 698 14 omnigenumque] *cf. Lachmanni ad Lucr.* V 440 *sqq. comm.* ^om^nigenumque *Med.* latratora nubes *GL* annbes *K* anobis *Med.* pro omnigenarum *post* Anubis *add.* *BADHGLK* 15 celiccolarum *Rr* trinundinum] *hl* trinum nundinum *DHGLK* trinundinarum] *hl* trinarum nundinarum *BADGLK* trirū nundinarum *H* *post* trinundinarum: Cicero — trinundinum *om.* *R* *add.* *r* 16 *Cic. pro Cornel. or.* I *fr.* 30: *t.* IIII 2 *p.* 451 *Or.* cornilio *GK* cornelio primo. Ex *B* cornelio proximo ex *H* promulgatio ñ *G* trinum nundinum *BADGLK* trinum nundinum (trinum nundinarum) *H* dies afferendum *B* 17 uenisset amphorum. Aeneadum *D* tamphorum *R* anphorum *GL* amphor^ra^um *Rr* anphorarum *GL* 18 pro enaeadarum *D* *Lucr.* I 1 19 genitrix *GL* gnenetrix *H* 20 *Verg. Aen.* II 241 *sq.* 21 inclita *BDGLK* incl^y^uta *Med.* incluta *Pal.* (*deficit Rom.*) 23 *Verg. Aen.* XI 296 *sq.* 24 hora *Rr* 25 fremor] *rl cum Med. Pal. Rom.* ^t^fremor *G* tremor *L* fremur *BD* murmur fremur *R* tremor *et* fremur *vv. ll. aliquot codd. Verg.*

DE DATIVO ET ABLATIVO PLVRALI PRIMAE DECLINATIONIS.

Dativus et ablativus supra dictae declinationis mutat a extremam ablativi singularis in 'is' produ|ctam, ut 'a poeta, his' et 'ab his poetis' et 'Musa, his' et 'ab his Musis'. 10

Inveniuntur tamen quaedam pauca feminini generis, quae ex masculinis transfigurantur non habentibus neutra, quae et animalium sunt demonstrativa, naturaliter divisum genus habentia, quae differentiae causa ablativo singulari 'bus' assumentia faciunt dativum et ablativum pluralem, quod nulla alia habet declinatio in 'bus' terminans supra dictos casus, ut a longam in eis paenultimam habeat, ut 'his natābus', 'filiābus', 'deābus', 'equābus', 'mulābus', 'libertābus', 'asinābus'. M. Cato in originibus: dotes filiabus suis non dant. et 'filiis' tamen in eodem genere dictum est. Ennius in Andromeda:

filiis propter te obiecta sum innocens
Nerei

[id est Nereidibus]. Plautus in Sticho:

ego ibo intro et gratulabor vestrum adventum
filiis,

pro 'filiabus'. idem: 11

qui talis est de gnatabus suis.

Ovidius posuit in XIII metamorphoseon:

1 PLVRALI] *om. D* CASV PLVRALI *B* 2 supradictae primae *G* mutant *B* 3 is] *r* his *RG* ab (hoc) poeta *Kk* 5 feminini *add. d* 6 habentibus neutra] *l* habentibus autem neutra *GLK* *post* habentibus nen *unum folium deficit in H usque ad* Tydei. cuius § 13 7 diferentiae *L* deferentiae *G* ablatino casu singulari *B* 10 habeat] hebeat *D* deabus filiabus *GL* aequabus *RK* 11 mulabus] *r* nullabus *R* *M. Caton. origg. lib. inc. fr. p.* 124 *Kr. fr.* CXVI *p.* 68 *Wr.; inter libri* VII *fragmenta l. Strab. geogr.* III 4, 18 *p.* 165 *Cas. posuit Rothius fr.* 122 *p.* 287 originalibus *K* 13 *Enn. Andromed. fr.* 5 *p.* 38 *Both. fr.* III *p.* 23 *Ribb. fr.* VII *p.* 106 *Vahl.* andromeada *Rr* andromedia *GK* 14 obiectu *in* abiecta *mut. B* 16 id est Nereidibus] id est nereidibus *Dd* id est natis (na-itabus) tamen pro natabus. id est (st) nereidibus *A* idem natis tamen pro natabus. idem (st) nerei (is) natabus. *Rr* id est (em) (id *L*) natis pro natabus id est (id ** *L* idem tamen *ad mg. l*) nerei filiabus *GLK* natis pro natabus id est *postea del. G* id est natis tamen pro natabus id est Nerei natabus *teste Lindemanno Heidelb.* Id est nereidibus. Idemque talis est gnatis tamen pro gnatabus. Id est nerei natabus. *B* Id est filiabus. natis tamen pro natabus *edd. usque ad Krehlium* id est filiabus. Idem: Nerei natis pro natabus *Krehlius, unde* Nerei natis *inter Enn. trag. inc. nom. rell. fr.* XIV *p.* 54 *recepit Ribbeckius eoque* (*p.* 261) *suasore Enn. Andromedae fragmentis inseruit Vahlenius* (*Andr. fr.* III *p.* 106). *at videntur varia glossemata ad h. l. pertinentia in aliis codd. alio modo confusa et conflata esse* Planstus *Dd* stico (h) *R* stico *D* *Plaut. Stich.* IIII 1, 61 (*v.* 567) 19 *Plaut. fr. com. inc.* 58 *p.* 417 *Both.* 20 qui] quin *GL* Quintalis *K* 21 *Ovid. metam.* XIII 660 *sq.* possnit *G* XII *D* methamorphoseon *Rr*

Euboea duabus
Et totidem natis Andros fraterna petita est.

Cicero pro Cornelio I: ut ab Iove optumo maximo ceterisque diis deabusque omnibus opem et auxilium petam. 'eabus' etiam pro 'eis' differentiae causa in feminino Emina protulit in IIII annalium: scriba pontificius, qui cum eabus stuprum fecerat; dicit enim de Vestalibus.

Multa || tamen alia quoque contra regulam vitiose et in his et in aliis casibus vetustissimi protulisse inveniuntur, in quibus non sunt imitandi. 'ambae' etiam et 'duae', quamvis nulla simili differentiae causa cogente, similem habent dativum 'ambabus', 'duabus', quamquam genetivum 'ambarum' et 'duarum' faciunt.

DE ACCVSATIVO PLVRALI PRIMAE DECLINATIONIS.

Accusativus quoque plu|ralis fit addita s ablativo singulari. producitur enim, ut 'hos poetās', 'has Musās'.

DE OBLIQVIS CASIBVS SECVNDAE DECLINATIONIS.

IIII 12 Secunda declinatio terminationes habet nominativi sex: in 'er', in 'ir', in 'ur', in 'us', in 'eus', in 'um'.

In 'er' masculinorum tam Latinorum quam Graecorum, ut 'caper capri', 'Alexander Alexandri'. 'Hiber' etiam 'Hiberi', quod per apocopam extremae syllabae prolatum solum in hac declinatione producit 'er', et ab eo compositum 'Celtibēr Celtiberi'. dicitur tamen et 'Hiber Hiberi' pro 'His-

1 •boea *R* Eboea uel oboea *r* Ebea *GL* Eboea *g* oboea *K* Euboea duabus] deac duabus *A* De aedebus *D* duabus] *B Darmstad.* ᶜ, *Ovidius* diabus *G* deabus *RL* duobus *codd. aliquot Ovid.* 2 natis *Ovidius* latis *libri Prisc.* petita *K Ovidius* potita *libri Prisc. rell.* 3 *Cic. pro Corn. or.* 1 *fr.* 28: *opp.* IIII 2 *p.* 451 *Or.* cornilio *GK* I *om. GLK* optiimo *K* optimo *RA* obtimo *D* 4 deabusque *ex* diabusque *corr. L* deabusque *Gg* deabusquae *Rr* poetam *Rr* peteam *D* petamus *K* deabus *G* •eabus (d) *L* 5 •eis (d) *L* deis *G* diferentiae *L* deferentiae *G* in *om. L* Emina] *sic hanc vocem a Prisciano scriptam fuisse praeter locos fere omnes, ubi Cassius laudatur (cf. ind.) testatur etiam cod. Bob. in carm. de pond. et mens. v.* 68. *eandem formam Persio in sat.* 1, 130 *ex optimis membranis restituit O. Iahnius* hemina *B et sic Paulus Festi* p. 100, 9 *Cass. Hemin. ann. lib.* IIII *p.* 163 *Kr. fr.* 32 *p.* 293 *Rth.* III *K* 6 pontifitius *D* pontificibus *K* •eabus (d) *L* deabus *G* strupum *B* 7 de *add. b* 8 quoque] q̄ *L* 9 uetustissime *Rr* imitandi *ex* emitandi *corr. K* 10 diferentiae *L* deferentiae *G* casa *B* cogentes *Rr* 11 datiuum et ablatiuum *d* 12 et *om GL* 13 accussatiuo *L* 14 pluralis prime declinationis fit *R* 15 petas *Rr* 16 De obliquis casibus secunde decliñ de t̄minib̄ *D* 17 Secunde *Rr* 18 um] *r. m. R* 20 alenxauder *B* alaxander alaxandri *G* alaxander. ri *K* extraemae D 21 producta *K* er] r *R* 22 Celtiber *om. R* ut celtiber *Br* ispanus *G*

panus' et 'Hiber Hiberis', quando de illa gente loquimur, quae est iuxta Armenios, et 'Hiberus Hiberi' fluvius. unde Lucanus in IIII:

Qui praestat terris, aufert tibi nomen Hiberus.

In 'ir' et 'ur' Latinorum tantum masculinorum, ut 'vir viri', 'satur saturi'.

In 'us' et Latinorum et Graecorum masculinorum et femininorum neutrorumque, ut 'hic clarus huius clari', 'hic Homerus huius Homeri', 'haec cupressus huius cupressi', 'haec platanus huius platani', 'hoc vulgus huius vulgi' (dicitur tamen et 'hic vulgus'), 'hoc pelagus huius pelagi'.

In 'eus' Graecorum tantum masculinorum: 'hic Tydeus huius Tydei', 'hic Orpheus huius Orphei'.

In 'um' neutrorum tam Latinorum quam Graecorum et figurate femininorum apud comicos, ut 'hoc regnum huius regni', 'hoc Pelium huius Pelii', 'haec Glycerium || huius Glycerii', 'haec Sophronium huius Sophronii'. ('Panthus' per synaeresin pro 'Panthous', quomodo 'Alcinus' pro 'Alcinous' prolatum est. unde Horatius in I epistularum:

Nos numerus sumus et fruges consumere nati,
Sponsi Penelopae, nebulones Alcinoique.

Virgilius in georgicon II:

Pomaque et Alcinoi silvae.)

DE GENETIVO SINGVLARI SECVNDAE DECLINATIONIS.

Genetivus secundae declinationis in omni nomine i | longa terminatur, 13
sed in quibusdam pares habet syllabas nominativo, ut 'niger nigri', 'magnus magni', 'templum templi'; in quibusdam una syllaba abundat: 'tener

1 loquitur *LK* 2 Armenios] *r* armoenios *RG* fluius *G* *Lucani Pharsal.* IIII 23 *cf. lib.* VI § 44 4 masculinorum tam (uel tantum) *K* 6 us et] *b* us *BGLK* feminorum (ni) *Bb* 7 clarus (hic) *Rr* clarus.ri hic homerus homeri *L* 8 cypressus huius cypressi *B* cyp̄ssus (op) huius cyp̄ssi *K* cup̄sus hs̄.si *G* cup̄sus (huius). si *L* 9 hic uulgus ** hoc *B* pylagus huius.gi *K* 10 ut hic *B* tytheus *K* titheus *GL* tythei *K* tithei *GL* 11 hio (c) *A* horpheus *D* 12 um] *r* m.*R* figuratę *B* 14 clycerium *A* gligerium *GK* gliggerium *L* Glycerii] *r* clycerii *RA* gliggerii *L* .rii *K* 15 Panthus] *b* pantus *BD* panthoys *K* panthoys *b* panthuos *B* Alcinus *add. r* Alcinus pro *add. d* alcinus *D* alcinoys *K* 16 oratius *D et, in mg. add., K* *Hor. epp.* I 2, 27 *sq.* 17 numeros *Bd* 18 penelope *RADGLK* nebolones *G* alchinoique *Rr* alcionique *D* alcinoyque *K* alcinoique plure *G* 19 *Verg. georg.* II 87 II georgicon *Br* georgicon V *RD* 20 romaque (p) *Rr* alcini (o) *Dd* alcinoy *K* *post* siluae: idem (id est *r*) horatius (horationus *A*) alcinoique (*r* alchinoique *R* alginoique *Dd* alcinoyque *K*) plures (plure *GLK* plurae *Rr*) *add. libri, quod ortum est ex gloss. ad* Alcinoique *voc. in versu Hor. cummaxime laudato pertinente* 21 SINGVLARI] CASV *B* 22 Genetivus] Genitiuus singularis *GLK* 23 pares] duas *R* duas pares *DGL* nominativo] *rl* nominatiuus *RG et ni f. L* nominatiuus et genitiuus *D* 24 *abundat (h) *A* habundat *RD*

teneri', 'vir viri', 'satur saturi', 'Tydeus Tydei'. cuius rationem quamvis in libro, quem de nominativo exposuimus et genetivo, latius tractavimus, nunc quoque quantum possumus breviter percurramus.

In 'ir' et 'ur' et 'eus' desinentia semper una syllaba vincunt in genetivo, quae paenultimam brevem habent, ut 'Trevir Trevĭri', 'satur satŭri', 'Oileus Oilĕi', nisi si poetica productio fiat in Graecis, ut 'Tydei'; in 'us' vero et in 'um' desinentia pares habent, ut 'primus primi', 'Virgilius Virgilii', 'templum templi', 'Taurominium Taurominii'. frequenter tamen invenimus veteres in huiuscemodi genetivis, id est geminantibus i, subtrahere alteram ex eis. Virgilius in I:

> Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit,

pro 'Patavii'. idem in bucolico:

> Nec spes libertatis erat nec cura peculi,

pro 'peculii'. in eodem:

> Pauperis et tuguri congestum cespite culmen,

pro 'tugurii'. idem in IIII georgicon:

> florentem studiis ignobilis oti,

pro 'otii' et Iuvenalis in IIII:

> Antoni gladios potuit contemnere, si sic,

pro 'Antonii'. hoc autem faciunt metri causa, numquam enim minores vult habere syllabas genetivus nominativo.

In 'er' igitur tantum desinentia ancipitem habent regulam ge||netivi; in aliis enim abundat, in aliis non abundat. abundat quidem in huiusce-

1 uir *add. r* *inde a* rationem quamuis *iterum inc. H cf.* § 10 4 et in ur *GLK* et in eus *GK* eus] eī (*i. e.* eius) *D* genitiuo (in *superscr.*) *Bb* 5 quae] qui *AD* habet *D* 6 oleus olei (i *superscr.*) *K* si *om. BHK* productio poetica *B* 7 um] r m. *R* habe*t (n) *B* primus.mi (a *superscr.*) *K* priamus priami *L* Vergilius Vergilii *D* Vergelius (i *superscr.*) Vergilii *H* 8 Taurominium] *Kr v. lib.* II § 59 tauromoenium *A* tauromenium *rell.* Taurominii] *r* tauromenii (o *superscr.*) *Aa* .nii *K* tauromenii *rell.* 10 *Verg. Aen.* I 247 11 ·/· urbem ·/· ille *H* petaui *G* paetaui *K* sedemque *G cum exc. Burm. Verg.* loquauit (e *superscr.*) *G* 12 petauii *G* paetauii *K* *Verg. ecl.* 1, 33 14 *Verg. ecl.* 1, 69 (*deficit Med.*) 15 tugori *GK* tugurii *Rom.* conge*tum (s *superscr.*) *D* cispite (e *superscr.*) *G* cispite *K* caespite *Pal. Rom.* 16 tugorii *GK* *Verg. georg.* IIII 564

17 illo uirgilium me tempore dulcis alebat | Parthenope (parthinope *G*) studiis florentem ignobilis oti, *addito v.* 563. *GL* studiis florentem *Vergilius* ignobilis *ex* ignobiles *corr. Med.* 18 otii] *rb* ocii *Rr* **ii *B* *Iuv. sat.* IIII 10, 123

19 gladius *RGLK* gla*dius (g) *A cf. lib.* XII § 22 potui (t *superscr.*) *Hh* "contempnere si sic "potuit *K* contempnere *BDG et* p *eraso A* 21 nomatiuo *H* 22 disinentia tantum *GL* dissinentia tantum *K* 23 *abundat (h) *AD* habundat *B* habundat *RH* aliis enim non *H* abundat] *in mg. add. K* *abundat (h) *AD* habundat *RH* Ab*undat (h) *L* Habundat *R* quidem *om. GLK* huiuscemodi nominibus *L*

modi: 'lucifer luciferi', 'armiger armigeri', 'tener teneri', 'miser miseri', 'prosper prosperi'; pares autem habet in huiuscemodi: 'Menander Menandri', 'sacer sacri', 'ater atri', de quibus [supra dictum est], cum de nominativo et genetivo tractabatur, sufficienter exposuimus.

('Androgeo' | Virgilius in VI genetivum posuit Atticum:

In foribus letum Androgeo; tum pendere poenas.)

DE DATIVO ET ABLATIVO SINGVLARI SECVNDAE DECLINATIONIS.

Dativus et ablativus singularis huius declinationis fit a genetivo mutatione extremae i in o productam, ut 'huius luciferi huic' et 'ab hoc lucifero', 'huius sacri huic' et 'ab hoc sacro', 'huius viri huic' et 'ab hoc viro', 'huius saturi huic' et 'ab hoc saturo', 'huius Priami huic' et 'ab hoc Priamo', 'huius Taurominii huic' et 'ab hoc Taurominio', 'huius Typhoei huic' et 'ab hoc Typhoeo'. Virgilius in VIIII: 14

Inarime Iovis imperiis inposta Typhoeo.

idem in eodem:

Nec Clytio genitore minor nec fratre Mnestheo.

est tamen quando etiam Graeco dativo in huiuscemodi nominibus, id est 'eus' finientibus nominativum, uti solent antiqui. idem poeta in bucolico:

Orphi Calliopea, Lino formosus Apollo.

Et oportet scire in hac declinatione, quod omnes obliqui casus tam singulares quam plurales eundem numerum syllabarum servant, quem ge-

1 licifer (v *suprascr.*) *Rr* 2 habent *L* 3 alter *H* supra] ut supra *Ar* sicut iam supra *BD* est et cum *G* 5 Androgeo pro androgei *h* in *om. GL* VI *spscr. in L* aticum (t *suprascr.*) *G* aticum *K* *Verg. Aen.* VI 20 6 laetum *RB* laetum (o *suprascr.*) *Aa* loetum *GK* Androgei *Med. Pal. Rom. cf. Wagneri not. crit. ad Aen.* II 371 androgeot' pendere *D* tum] *H et plerique codd. Krehliani, ut videtur, cum libris Vergilianis* tunc *RBAGLK Zwicc. 1 Krehlii et Lindemanno teste Heidelb.* paenas *H* 7 SINGVLARI *om. G* 9 extreme *Hr* extrema *RB* i extreme *K* 10 *inde ab* huius sacri *et* huius *et* huic *et* ab hoc *per sqq. exempla usque ad* Priamo *om. L add. l, inde ab* huius uiri *eadem om. G* huius uiri *eras. in B* 12 Taurominii *cf. lib.* II § 59 et ab hoc *add. l* a *B* huius *add. l* Typhoei] *a* typhei *A* tiphoei *GL* typheei *b* 13 huic et ab hoc *add. l* Typhoeo] *a* typheo *AD* (tipho *suprascr.*) eo *Gg* tiphoeo *in lit. l* *post* Typhoeo: Virgilius — Typhoeo *om. GLK add. glk* *Verg. Aen.* VIIII 716 14 in arrime *Dd* inarimae *Rom.* in, arim*c, i_ouis (a) *Rr* imposta *HKg* impos*ta (i) *R* inposita *A* inpostaque *Rom.* tipheo *g* tiphoeo *L* typhaeo *Med.* 15 idem in eodem] *immo* X 129 eadem (o *suprascr.*) *Dd* 16 clitio *GL* Mnestheo] *sic Med. Pal. Rom.* menestheo *RD* menesteo *L* minestheo *K* 17 graeco etiam *GL* in *om. BHLK spscr. hk* 18 e.us (in *suprascr.*) *Hh* ut*i (h?) *D* *Verg. ecl.* 4, 56 *cf.* § 8 20 orphy *A* orphi (e *suprascr.*) *L* caliopea *HK* caliopea *L* caleopea *Gg* caliope_a,lino phormosis (f, v *suprascr.*) *Rr* phormosus *H* a*pollo (p) *G* appollo *LK* 21 scire *infra lin. add. K* 22 *post* plurales: nec non etiam nominatiuus uel uocatiuus pluralis *R del. r* eundum *A*

netivus singularis, absque genetivo plurali, qui una syllaba vult superare, nisi per concisionem proferatur. unde 'dii' et 'diis', cum pro monosyllabis ponuntur, per synizesin sunt accipienda sive magis per synaeresin e et i in unam syllabam. veteres enim i finalem, quae est longa, per 'ei' diphthongum scribebant, longas autem vocales vetustissimi etiam geminare solebant. quae vero secundum analogiam proferuntur, id est 'dei' et 'deis', disyllaba sunt. **Lucanus** in || II:

O utinam caelique deis Erebique liceret.

idem accidit etiam in pronomine 'ei' et 'ii', 'eis' et 'iis'. e quibus | illud apparet, quod vetustissimi, ut supra diximus, pro una longa vocali solebant duas scribere. ecce enim vestigium antiquitatis in his adhuc servatur, cum duae i pro una longa ponantur tam in supra dicti nominis quam pronominis ternis casibus: 'hi dii his diis ab his diis', 'ii iis ab iis'. nam si dicas 'dei deis a deis', 'ei eis ab eis', disyllaba sunt, sicut ostendimus. **Iuvenalis** in V:

Implet et ad moechos dat eisdem ferre cinaedis.

puto autem, quod in his quoque differentiae causa servata est geminatio i, ne, si 'di' et 'dis' et 'i' et 'is' dicamus, dubitatio fiat significationis; nam 'di' etiam praepositio est et 'dis' et praepositio est et 'i' et 'is' verba. in pluribus autem invenis, differentiae causa huiuscemodi quasdam fieri syllabarum vel literarum additiones vel ademptiones vel accentuum mutationes; itaque in compositione 'idem' et 'isdem' per unam i scripsisse, quia nulla confusio fit significationis, inveniuntur pro 'eidem' et 'eisdem'. et quia diximus, omnes obliquos casus genetivum sequi, sciendum, quod vo-

1 nul [t] *B* 2 Vnde et dii *L* 3 synizesin] *B* sineresin [uel sinizesin] *D* sineresin *R* sinheresin *H* sincresin *A* sincrisin *GK* sincrysin *L* syncrisin *l* sinaeresin *A* sineresin *RD* sinerisin *GLK* sinheresii *H* e et in i in *K* 4 fina•lem (n) *L* 6 [di] syllaba *D* 7 *Luc. Phars.* II 306 8 [o] utinam *Rr* coelique *K* eribique *GL* herebique *D* liceret *cf. lib.* XV § 2 luceret *G* liqueret *L* 9 ei et ii [et eis] eis ••••• (et iis *in litura h*) *H* "eis et "iis *R* ei et iis *B* 11 dua[s]scribere *K* 12 duo i *H* ii *B* 13 .Vt hi *A* et his *B* ab his diis] *om. R* et ab his diis *B, add. r* ii [i] is *Aa* 14 dicamus *B* a deis *add. r* eis *add. b* 15 *Iuv. sat.* V 14, 30 16 et admethos *H* moechos] *libri Iuv. praeter Pith. et Prisc. h. lib.* § 21 *lib.* XIII § 15 XVIII § 288 medios *G* (*L?*) moechas *A* mechos *K et in litura l* moechum *Pith.* cinedis *RBHL cum Iuv. Pith.* cynedis *D* 17 in [h] is *Dd* deferentiae *G* diferentiae *L* seruata [est] *Rr* geminatio i] *b* gemi•••• *B* 18 i] id est *RDLK* et i *om. R* dicam *B* signifitationis *A* 19 et *ante* dis *om. BHK* et *post* dis *om. BAHGL* est et i] *r* est et dues i *RBADGL* (*H?*) est et diuis.i. *K* est et nom i *in lit. h* et is] autem et is *L* 20 plur••ibus (al) *R* pluralibus *BD* deferentiae *G* diferentiae *L* literarum uel sillabarum *G* litterarum et syllabarum *L* 21 uel ademptiones uel accentuum mutationes *add. a* ademtiones [p] *Gg* ademtiones *K* accentum [u] *K* accentum *D* 22 in commutatione [positione] *Rr* 23 confussio *L* pro eid eidem *H* pro eidem et eisdem] *d* pro idem *D* 24 casus obliquos *GL* sciendum est *G*

cativus nominativum suum sequitur, de quo mox docebimus: sed prius de accusativo tractemus.

DE ACCVSATIVO SINGVLARI SECVNDAE DECLINATIONIS.

Accusativus quoque a genetivo fit mutatione i in 'um', ut 'huius Priami V 16
hunc Priamum', 'luciferi luciferum', 'Tydei Tydeum'. in huiuscemodi tamen nominibus, id est in 'eus' desinentibus, Graeco magis accusativo utuntur auctores. Virgilius in I:

Ilionea petit dextra laevaque Serestum.

idem:

et amicum Crethea Musis,
Crethea Musarum comitem.

Statius in | I:

nec non et viribus infra
Tydea fert animus.

invenitur tamen in usu etiam in 'um' accusativus huiuscemodi nominum. Cicero de natura deorum III: Theseum, Hippolytum. Livius in XL ab urbe condita: odio, cui Perseus || indulgeret. in eodem: Perseo sese adiungunt. in eodem: totus in Perseum versus. in eodem: ad Perseum misit. in eodem: transgressus Perseum filium. in eodem: Perseum Amphipolim mittit. idem in XXXVIIII: Areus et Alcibiades. in eodem: quod Areum et

1 suum nominatiuum *GL* docebimus] *r et in lit. h* doceamus *RBD* (*H*?) dicemus *GLK* sed] si *GLr* 3 SECVNDE DECLINATIONI *D* 4 i in um mutatione (motatione *G*) *GL* um] um *m. Rr* huius *spscr. L* 5 tithei titheum *GL* 6 e*us(i) *R* 7 *Verg. Aen.* I 611 in I *spscr. in L* 8 ilioneae *D* ilionaea *d* leuaque *libri* Serestum] Sergestum, Segestum, Serestrum *vv. ll. librorum Verg.* 9 *Verg. Aen.* VIIII 774 *sq.* 10 Cretea *B Med.* chrethea *GK* chretea *L* Crethea Musis *om. A* 11 Cretea *B Med.* chrethea *GLK* 12 *Statius Theb.* I 415 *sq.* 13 nec] sed *Statius* 14 tithea *GL* feret *A* fertur *GLK* 15 ussu *G* um] *r m. R* 16 Cycero *D* *Cic. de nat. deor.* III 31, 76, *ubi tamen* Theseus Hippolytum perdidit (Theseus *ibid. etiam* 18, 45) deorum *add. l* ui *K* teseum *GL* hippolitum *B* hyppolitum *A* hipolitum *GLK* ypolitum *in litura h* lenius *GLK* *Liv. ab u. c.* XL 5, 5 17 in] *r om. RADGLK* odio in Romanos cui *Livius* perseus (seus *ex* sius *corr.*) *L* *Liv.* XL 5, 5 18 Perseo sese] *d* Perseum ad sese *AD* se *libri Liviani* adiungit *G* adiunguit *L* *Liv.* XL 5, 9 *post* in eodem: totus — misit. in eodem *om. R* tutus *K* Perseum] *sic Liv. Lov.* 3 Persea *rell. libri Liviani* 19 *Liv.* XL 56, 11: misit ad Perseum ad *spscr. in L* ad Perseum] *a* ad persea *BADHr* missit *G* in eodem: transgressus Perseum filium] *haec vocc. spectare videntur ad Liv.* XL 22, 12 *sq.*: in Maedicam regressus....Perseum filium cum modica manu circummisit In eodem transgressus Perseum filium *post* Amphipolim mittit *ponit H* transgresus *GK* *Liv.* XL 24, 3... Demetrium mittit,... Perseum Amphipolim 20 Perseum amphipolim mittit *Rr* Perseum misit. amphipolim mittit. *H* Perseum misit amphipolim *B* anphipolim *DK* amphipholim *G* mitit *G* *Liv.* XXXVIIII 35, 7: Areus etiam et Alcibiades in *om. GK* 21 XXXVIII *libri* aureus *B* areum et alcibiadē *Da* calcibiades *GLK* *Liv.* XXXVIIII 36, 2: quod Areum et Alcibiadem. *ibid.* § 12 quod cum alii laudent, reprehendere ne Lacedaemonii quidem possint *cf. Dukerum ad* § 2 aureum *B*

p. 738 P. p. 302 K.

Alcibiaden ne Lacedaemonii possint reprehendere. Statius Thebaidos II:

> Pentheumque trahens nondum te Phaedimus aequo,
> Bacche, genus.

Plautus in vidularia:

> Eiusdem Bacchae fecerunt nostram navem Pentheum.

DE VOCATIVO SINGVLARI SECVNDAE DECLINATIONIS.

17 Vocativus huius declinationis, quando in r vel in m finitur nominativus, similis est ei, ut 'hic lucifer o lucifer', 'hic sacer o sacer', 'hic vir o vir', 'hic satur o satur', 'hoc templum o templum', 'haec Glycerium o Glycerium'. Virgilius cum paulo ante 'Thymber' nominativum protulit, mox vocativum 'Thymbre' posuit in X:

> Daucia, Laride Thymberque simillima proles,

et:

> Nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis.

sed non est vocativus a nominativo in 'er' desinente, sed in 'us' accipiendus: 'hic Thymbrus o Thymbre'; solent enim poetae huiuscemodi saepe nomina tam in 'er' quam in 'us' proferre: 'Teucer' et 'Teucrus', 'Euander' et 'Euandrus'. in X:

> Pallas, Euander, in ipsis
> Omnia sunt oculis.

in VIII:

> Tum rex Euandrus Romanae conditor arcis.

tandum tamen etiam 'sector sectaris', quod differentiae causa puto per syncopam u paenultimae prolatum, ne nomen putetur, si 'secutor' diceremus, cum supinum primitivi eius 'secutum' est. rare tamen derivationes huiuscemodi specierum fiunt a verbis in 'or' desinentibus.

Sunt praeterea aliae species derivativorum variae tam terminationis quam significationis, ut a 'video' 'viso visis', id est 'cupio videre'. Virgilius in VIII:

Nam memini Hesionae visentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum,

'visentem' dixit pro 'cupientem videre', quod Graeci dicunt ὀψιοῶντα. simi||le est 'facio facesso', 'capio capesso', 'lacero lacesso', 'arceo arcesso', 'accio accerso', quae non esse frequentativa coniugatio ostendit. possumus tamen ea non incongrue desidera|tiva nominare.

Sunt alia in 'lo' desinentia, quae diminutiva ipse sensus ostendit, quod apud Graecos in verbis inveniri non potest, ut a 'sorbeo sorbillo', 'garrio garrulo', 'calvo cavillo' pro 'calvillo', cuius primitivum Sallustius in III historiarum ponit: calvi ratus.

Sunt et aliae derivationes diversas terminationes habentes tam a nomi- 77
nibus quam a verbis nascentium verborum, ut a patre 'patrisso', a Graeco 'graecisso' et 'graecor', a grege 'grego', a philosopho 'philosophor philosopharis', a poeta 'poetor poetaris'.

1 aegrescitque medendo] ardescitque tuendo *Med.* 2 primitiuorum significationem *K* 3 quam^uis^ *Kk* transire utraho *R* 4 trao *Dd* trac^h^o tracto *L* adtentius *D* 5 neque *eras. in L om. K* 7 putaretur *r* si secutor *ex corr. in ras. B* 8 eius primitiui *l* secutum] secutu *BGLd* secuti *D* Rarae *LK* Raro *Drb* 10 DE DESIDERATIVIS VERBIS *in mg. D* 11 *Verg. Aen.* VIII 157 *sq.* 12 haesoniae *Rr* haesione *DG* hesione *B* haesionae *LK cum Pal.* hesione^n^ *Med.* hisionae *Rom.* 14 laomedontiaden] *d* laomedontiadem *B* laomedentiaden *D* laomedentiadem *K* lamidontiaden *GL* 15 ὀψιοῶντα] *B* ΟΦΙΟωΝΤΑ *R* ΟΨΙΟCΟΝΤΑ *G* ΟΨΙΟΚΟΝΤΑ *L* ΑΨΙΟCΟΝΤΑ uel ΟΦΙΟΝΤΑ *K* ΟΨΟωΝΤΑΙ *Dd* ὀψείοντα *α*, *Struvius lat. Decl. und Conj. p.* 316 *sq.* (ὀψέι οντα *ea* 2 οψει ὄντᾶ *3 etc.*) 16 Simile est *ex corr. d* lace^s^sco *Rr* arce^s^sco *Rr* 17 accio *add. r* acce^r^sso *Rr* acerso *K* coiugatio *G* 18 incongrue *B* 19 diminutiuae ipse *Rr* (plenae esse significationis) *post* diminutiua: planae significationis *add. D* esse plenae significationis *GK* esse planae significationis *L* esse plane significationis *B* 20 sorbilo(l) *L* 21 garrulo. ΑΠΑΤω. Caluo *B* ca*uillo(l) pro *K* *num* cauillor pro caluillor? *Sall. hist.* III 96 *p.* 299 *Kr.;* contra ille calui ratus quaerit extis, num somnio portenderetur thesaurus *Eutych. p.* 2182 (86) *P.* 195 *L. cf. lib.* X § 13 *Non.* 7, 8 22 .Ut. *GL* 23 Sunt ^et^ aliae *G* 24 ag̃ ĝcisso *K* 25 a grege grego *om. LK* 26 pe^o^tor *Rr*

In 'co', ut 'albo albas albico'. Horatius in primo carminum:

Nec prata canis albicant pruinis.

similiter 'vello vellico', 'fodio fodico', itidem 'nutrio nutrico' et 'nutricor'. Cicero in II de natura deorum: omniaque sicut membra et partes suas nutricatur et continet. nec mirum, Ciceronem 'nutricatur' pro 'nutricat' dixisse, cum Virgilius quoque georgicon II:

Hoc pinguem et placitam paci nutritor olivam.

Impersonalia quoque omnia vel ab activis vel a neutris derivantur, ut supra diximus, ut 'amo amatur', 'lego legitur', 'sto statur', 'misereo' antique 'miseret', similiter 'placeo placet'. sic antiquissimorum consuetudine a 'paeniteo paenitet', a 'taedeo taedet', 'pigeo piget', 'pudeo pudet', 'liceo licet', 'oporteo oportet'. Caelius in V: morbosum factum, ut ea
78 | quae oportuerint facta non sint. et sciendum, quod omnia impersonalia tertiae passivorum personae voces habent exceptis supra dictis et aliis paucis, ut 'evenit', 'vacat', 'contingit', 'accidit', 'liquet'.

Sunt alia verba, quae ex verbalibus nascuntur nominibus vel ex participiis, ut a 'rego rex', a rege 'regno'; a 'ducor ductus', a quo 'ducto'; a 'legor lectus', a quo 'lecturio' et 'lectito', de quibus supra docuimus. et sciendum, quod frequenter apud Graecos ex nominibus dignitatum solent derivari verba, quae actum vel admini||strationem ipsius dignitatis significent, ut 'οἰκονόμος οἰκονομῶ', 'πρύτανις πρυτανεύω'. apud Latinos autem dignitatum nomina pleraque ex verbis vel nominibus nascuntur, quae faciunt verba, ut 'consul' a consulendo, 'dictator' autem a dictando, 'quaestor' a quaestu et 'aedilis' ab aedibus, 'praetor' a praeeundo, 'ductor' a ducendo, 'imperator' ab imperando. ergo 'rex' solum, quod

1 *Hor. carm.* I 4, 4 primo] *r* prima *R* 2 Nec prata canis] Alti montes *B* 3 uello *ex corr. r* itidem] *r om. GLK* idem *R* 4 *Cic. de nat. deor.* II 34, 86 Cicero de natura in .II. deorum *K* omniaque] *r* omnia quae *RBDGL* mbra *D* 5 nutricat *libri nonnulli Cic. dett.* 6 *Verg. georg.* II 425 *cf.* § 24 georcon[gi] *Rr* georgicorum *GLK* 8 pingem *K* placitam] *r* placidam *R* nutritor] *k* nutritur *GLK* 9 DE INPERS *in mg. r* Inpersonalia *et sic semper B* diriuantur (*sic*) *add. g* 10 amator[v] *Rr* legitor[v] *Rr* stato[sto] *Dd* antiqui *BK* 11 misseret *G* antiquisimorum[s] *Rr* 12 paenito[c] *Rr* 13 liceo[uel liqueo] *Dd* liqueo liquet *GL* coelius[ci] *Rr* Celius *D* coelius *K* *Coelii Antip. hist. lib.* V *fr. p.* 192 *Kr. fr.* 45 *p.* 319 *Roth. cf. B. A. Nautae de L. Coelio Antipatro disput. fr.* 22 *p.* 37 *sq.* 14 oportuerant *L* 16 vacat] *rb* nocat *RB* continguit *GL* 17 licet[qu] *L* licet *K* 18 et alia *Dr* nerbialibus *B* nascuntur] *r* noscuntur *R* 19 ut rego *Rr* a rege] a rego *r* 22 uerba diriuari *G* administrationem] *d* aministrationem *D* amministrationem *GL* 23 ΟΙΚΩΝΟΜΟΟ[C] *Rr* ΟΙΚΟΝΩΜΟC *K* ΟΙΚΟ.ΝΟΜΟ *G* ΟΙΚΟΝΟΜΟ *BL* πρύτανις] *om. GLK* ΠΡΙΤΑΝΙC *b* ΠΡΥΤΑΝΕΙѠ *D* ΠΡΙΤΑΝΕΥѠ *BK* 24 autem *om. DGLK* 26 et *om. DG* praeundo[e] *Rr* 27 doctor *R*

a regendo nascitur, peperit ex sese aliud verbum 'regno'. a vilico etiam 'vilico' vel 'vilicor' dicebant antiqui. Cato in oratione, quae inscribitur uti basilica aedificetur: antequam is vilicare coepit. Atta in tirone proficiscente:

pater vilicatur tuus, iam mater vilica est.

a metallorum quoque nominibus solent nasci verba, ut ab auro 'auro au- 79
ras', ab aere 'aero aeras', unde 'auratus' et 'aeratus'. Persius:

et veri speciem dinoscere calles,
Ne qua subaerato mendosum tinniat auro?

et a multis aliis nominibus invenimus verba derivari, ut a cornice 'cornicor' et a frutice 'fruticor'. Persius:

Nescio quid tecum grave cornicaris | inepte.

Iuvenalis in IIII:

Sed fruticante pilo neglecta et squalida crura.

a philosopho quoque 'philosophor philosopharis' et ab architecto 'architector architectaris', a patre 'patro patras' et 'patrisso', a Graeco 'graecisso', a spuma 'spumo', ab unda 'undo, abundo, inundo', ab aqua 'aquor aquaris' - Virgilius in IIII georgicon:

Sed circum tutae sub moenibus urbis aquantur -,

a frumento 'frumentor frumentaris', a pabulo 'pabulor pabularis', ab antiquo 'antiquo antiquas' [id est 'infirmo'], 'heres exheredo', 'Graecus graecor graecaris', a vespera 'vesperasco', a luce 'luceo', a nocte 'pernocto', a mare vel marito 'marito maritas', ab hieme 'hiemo hiemas', a fortuna 'fortuno fortunas' - Persius:

Mercuriumque
Accersis fibra. da fortunare penates -,

1 perpeperit K (b m. rec.) ex se DGLK post regno in ras. uilicus auctor uille uel propriae uille guuernator. A uilico B, uilico etiam uilico uel uilicor Kk 2 Caton. or. uti basilica aedificetur: or. 44 ap. Meyerum orr. R. fr. p. 81 sq. 3 ut GK bassilica K aedificatur GLK ante quamuis uilicare G is] his Rr autem L uilificare K caepit D 4 Attae tiron. proficisc. fr. p. 101 Both. p. 162 Neuk. p. 139 Ribb. tyrone r 5 vilicatur] rd uilicator RD uilificatur K uilicata est Dd 6 alterum auro add. r 7 ere D aeras ex aer•s corr. B eratus D Pers. sat. 5, 105 sq. 8 nerri Rr uiri K ueris Pers. Montepess. alter speciem] Montepess. alter specimen rell. libri Pers. opt. calles] r callo R, quod in f. v. praecedentis pro talo praebet Montep. pr. callis B. 9 tinniat] sic cum Persio etiam § 103 et de XII vss. Aen. § 15 p. 1220 P. 13 L.; ex ti••iat corr. b tinniet R 10 inuenimus om. B 11 fritice K (u) Pers. sat. 5, 12 13 Iuv. sat. IIII 9, 15 IIII] •• III. R III. BGL 14 fructicante Rr fructificante Pith. cum parte al. codd. Iuv. neglecta] r neclecta RGLK scalida K 15 philosopho] philoso D philopharis R 17 a spuma aspumo G ab unda] ex abundo corr. B abundo om. L aquaris unde uer̄ G 18 Verg. georg. IIII 193 III. B 19 totae Pal. sub] pro RBL aequantur Med. 20 pabulo] r pabula R alterum antiquo add. r 21 heres] B haeres rell. exhaeredo RGL 22 luce] ex luce• (o?) corr. B pernocto] per|nocte B 23 vel marito] r uel a marito R furtuna furtuno .as K 24 Pers. sat. 2, 44 sq. 26 accersis] sic etiam Montep. alter et al. codd. Persii acersis K acersis (c) RrD accessis Pers. Montep. pr. Vat. fibram Montep. alter de Vat. furtunare K penatis Montep. alter

80 a Baccho 'bacchor baccharis', a lympha 'lymphor lympharis'. artium vero nomina tam apud Graecos pleraque quam apud nos omnia post verba naturaliter sunt accipienda. 'doceo' post 'doctor', 'profiteor' post 'professor', 'suo' post 'sutor', 'scribo' post 'scriptor', 'oro' post 'orator'. et sunt fere omnia professionum nomi||na apud Latinos verbalia et in 'or' desinunt; nam 'grammaticus' et 'philosophus' et 'architectus' et 'sophista' et 'poeta' Graeca sunt; itaque ex nominibus ipsis habent verba apud Graecos, unde nos quoque 'philosophor', 'architector', 'poetor' in usu habuimus. Ennius:

Numquam poetor nisi si podager.

omnia quoque, quae ex ipso actu agentibus imponuntur, ex verbis nomina, non ex nominibus verba perficiunt, ut 'amo amator', 'moneo monitor', 'curro cursor', 'lego lector'; 'impero' similiter 'imperator', | 'consulo consultor', 'duco ductor'; ex his quaedam dignitatium quoque inveniuntur, ut 'imperator', 'ductor'.

Ab adverbiis etiam et praepositionibus inveniuntur derivativa verba, ut 'perendie perendino', 'cras', ex quo 'crastinus' et 'procrastino procrastinas', 'intra' vel 'intro', hinc 'intro intras', 'supra' vel 'super supero superas'.

DE FIGVRA.

XV 81 Figura quoque accidit verbo, quomodo nomini. alia enim verborum sunt simplicia, ut 'cupio', 'taceo', alia composita, ut 'concupio', 'conticeo', alia decomposita, id est a compositis derivata, ut 'concupisco', 'conticesco'. Cicero in oratore: divino aliquo animi motu maiora concupiscam. inveniuntur tamen quaedam verba etiam ex tribus partibus composita, ut 'perterrefacio'. sunt alia, quae in compositione mutant coniugationes, ut 'do das', 'reddo reddis', 'prodo prodis'; 'facio facis', 'amplifico amplificas'; 'pello pellis', 'compello compellis' et 'compellas',

1 bacho *GK* bachor *GK* bacharis *RG* ,ris *K* limpha limphor limpharis *libri* 2 plaeraque *R* omnia *om. B* 3 profeteor *L* profesor *G* 4 scri[b]po *K* 5 profesionum *G* uerbialia *et sic semper B* 7 ex] et *K* ipsis [uel istis] *Dd* habent] inī (*i. e.* inter, *pro* hn̄t) *D* 8 poet[o]ar *hic, non in ipso versu, K* Ennius] *inter sat. lib.* III (*Scipionis*) *reliquias Th. Hugio auctore posuit Vahlenius fr.* II *p.* 155 10 si *add. Vahlenius, om. libri* 11 omnia] Nomina *GL* Nomina [omnia] *Kk* inponuntur *B* nomina *h. l. om. GLK in mg. al. m. add. in K* 12 perficiunt] perficiuntur *ex* p••ficiuntur *corr. B* proficiuntur *d* 13 curro] curror *B* cursu *D* curro — consultor *om. R* consulator *G* 14 dignitatum *DGrb* *post* inueniuntur *sqq. usque ad* inueniuntur *om. R add. r* ut *add. b* ut imperator ductor *add. k* 17 perendiae *D* 20 DE FIGVRIS *B* Incipit de figura. *D* de figura uerborum. *GL* 21 itaque [quoque] *K* alia• enim (e) *R* 22 *post* composita: ut — decomposita *om. G add. g* contigeo *g* 24 *Cic. orat.* 13, 41 animi *ex* animo *corr. LK* 25 concupiscam] *h. l. libri mei omnes praeter novicium cod. H scriptorem et Heidelbergensis teste Lind.* concupiscat *Lips.* 2 *Krehlii et H, qui hoc etiam loco ei est 'veterrimus cod. Luth.' et sic* § 72 *omnes cum ipso Cicerone* 26 compositionem *R* 27 coiugationes *G* prodo prodis] *r* pro reddo pro reddis *R*

'appello appellis' et 'appellas'. sed in his (id est a 'pello' compositis) significatio cum coniugatione variatur, et fortassis, quomodo 'mando mandis' et 'mandas', 'dico dicis' et 'dicas', sic etiam 'pello pellis' et 'pellas' dictum est, sed nunc in usu simplex non est, quomodo nec 'fendo' nec 'spicio' nec 'perio' nec 'fragor', ex quibus composita sunt multa, ut 'offendo', 'defendo', 'aspicio', 'respicio', 'suspicio', 'di||spicio', 'aperio', 'reperio', 'comperio', 'cooperio', 'suffragor', 'refragor'.

Inveniuntur quaedam, quae saepe non solum coniugationem, sed etiam 82
genus vel | significationem verbi permutant in compositione, ut 'sperno spernis' activum, 'aspernor aspernaris' deponens; 'sentio' neutrum, 'assentior' deponens, in quo coniugatio mansit - dicitur tamen et 'assentio' -; 'sedeo sedes' neutrum, 'insidior insidiaris' deponens - 'obsideo' vero et 'assideo' activa sunt, faciunt enim 'obsideor' et 'assideor', unde Sallustius in IIII historiarum: Amisumque adsideri sine proeliis audiebat -; 'eo' et 'facio' neutrum, 'adeo', 'transeo', 'ineo', 'praetereo', 'subeo', 'circumeo', 'perficio', 'reficio', 'afficio', 'conficio' activa, faciunt enim 'adeor', 'transeor', 'praetereor', 'ineor', 'subeor' - Iuvenalis in V:

quod si subeuntur prospera castra -,

'circumeor' - Cicero pro Cornelio: circumitis rostris eicerentur lapidibus homines -, 'conficior', 'perficior', 'afficior'. nec non ex neutris quaedam in compositione fiunt deponentia: 'facio' neutrum, 'versificor versificaris', 'gratificor gratificaris' deponentia - Cicero pro Cornelio in I: num alicui gratificabatur aut homini aut ordini? -, in quibus etiam coniugatio est mutata, sicut in 'amplifico amplificas', 'aedifico aedificas', 'laetifico laetificas' - Lucanus in III:

1 a^{p}pello a^{p}pellis et a^{p}pellas *D* et *om. B* id est a pello] *r* idē appello *R* Idest appello *B* a pello *ex* pello *corr. K*, *ex* appello *L* 2 singnificatio *D* mando mandis et mando mandas *B* 4 nunc *om. GLK* non est simplex *B* fendo] *r* f^{o}undo *R* 6 deffendo *G* sụspici* *L* suscipio *r* despicio *B* 7 repperio *BLK* cooperio] *om. RD add. r* et cooperio *Bd* sufragor *D* 8 saepe quae *L* sepe^{q} non *G* sepae *R* sẹpaẹ *r* 9 singnificationem *D* sperno spernis ^{actiuum} *Dd* 10 sententio *Dd* adsentio^{r} *B* 11 adsentio *B* 12 neutrum sedes *DGLK* 13 assideo] *k* adsideo *B* absideo *GLK* actiua sunt *om. L* obsideor et assideor] absideor et obsideor *K* assideor] adsideor *B* absideor *GL* unde *om. B* unde et *GLK* *Sall. hist.* IIII 1 *p.* 302 *Kr.* 14 Amisumque] *K*, *Dousa* Amissumque *libri rell.* assideri *RL* absideri *GK* proel^{i}is *K* praeliis *GL* proelis *D* 15 praetereo ineo *B* 16 circueo *GLK* reficio afficio] efficio afficio *et in mg. add.* reficio *B* conficio *ex* conspicio *corr. K* actiua sunt. faciunt *G* 17 ineor praetereor *GLK* Iuuenalis *D* *Iuv. sat.* V 16, 2 *cf.* § 31 19 prope^{s}ra *Rr* 20 circueor *GLK* *Cic. pro Corn. or.* I *fr.* 36 *p.* 451 *Or.* cornilio *GK* circuitis *GLK* eicerent *r* 21 ^{h}omines *D* 22 fatio *D* neuterum *K* 23 *Cic. pro Corn. or.* I *fr.* 34 *p.* 451 *Or.* 24 corn^{e}illio *G* cornilio *K* num *ex* n*m (a?) *corr. B* gratificabatu^{r} *Rr* ^{h}omini *D* *ordini (h) *D* 26 edifico edificas *D* letifico *D* letificas *RD* *Luc. Phars.* III 48 *sq.*

non illum gloria pulsi
Laetificat Magni -;

83 'sentio assentio' et 'assentior', 'assentor assentaris'; 'aspicio aspicis', 'conspicor conspicaris' - Sallustius in Iugurthino -, 'suspicor suspicaris'; 'sterno sternis' activum, 'consternor consternaris' deponens - Sallustius in I historiarum: equi sine rectoribus exterriti aut saucii consternantur -; 'medeor mederis', 'remedior remediaris' teste Capro. a 'fero' quoque activo et anomalo 'vociferor vociferaris', quod est primae coniugationis | deponens. 'plecto' activum, 'amplector' deponens. 'fio' passivam significationem habet, quamvis sit neutrum, 'suffio' ex eo compositum activam. unde Virgilius:

At suffire thymo cerasque recidere inanes
Quis dubitet?

In verbis compositis est quando Graeci extrinsecus faciunt declinationem ad similitudinem simplicium, ut est 'ἐνέπω ἤνεπον', 'καμμύω ἐκάμμυον', 'κάθημαι || ἐκαθήμην', 'ἐνοχλῶ ἠνώχλουν'; est tamen quando et intrinsecus declinant, ut 'καταγράφω κατέγραφον', 'περιγράφω περιέγραφον', 'ἀναγινώσκω ἀνεγίνωσκον'; apud Romanos vero semper intrinsecus fit declinatio, id est in ipsa iunctura sequentis verbi vel post eam: 'conficio confeci', 'abigo abegi', 'incipio incepi', 'subeo subii', 'confringo con-

2 letificat *D* 3 Sententio et adsententio et adsentior adsentor adsentaris *D* (s s uel .tiaris.) adsentio et adsentior. adsentor. adsentaris. *B* assentio et assentior. iris et assentior assentor. aris. *K* apicio *Rr* (s) 4 salus̃ in iugurthino *K del. k* *Sallust. Iug.* 49, 4 cum interim Metellus, ignarus hostium, monte degrediens cum exercitu conspicatur (conspicatur *etiam Donat. ad Ter. eun.* II 3, 92 conspicitur *libri Sall.*) *cf. Bondamus var. lect. p.* 315 ingurtino *R* eugurthino *G* et suspicor *K* supicaris *R* 5 costernaris *Rr* (n) *Sall. hist.* I 98 *p.* 116 *Kr.* 6 istoriarum *D* 7 remedio remedior *Dd* testo *D* (e) Capro] *affert h. l. Osannus de Capro p.* 16 9 amplector] amplecto *R* complector *G* 10 singnificationem *D* sit *om. K* sufficio *Rr* 11 actiuum *B* *Verg. georg.* IIII 241 *sq. cf. lib.* IIII § 17 12 sufficere *Rr* suffir&himo *B* thimum *Rr* (o) thimo *GLK* thymmo *D* ceransque *D* coerasque *GLK* recedere *k* 13 dubitat *RB* 14 In verbis] *in mg. r* ****** *R* declinationem faciunt *G* 15 est *om. G* *ΝΕΠΟ (e) *B* (uel enepo) ΕΝΕΤΩ *D* ΕΝΗΤΩ *G et* Ε *eraso L* ΕΝΤΩ *K* ΕΝΕΠΟΝ *B* ΕΝΕΠΩΝ *RK* ΕΝΕΤΟΝ *D* ΕΝΗΤΩΝ *GL* καμμύω ἐκάμμυον] *scripsi cf. Phrynichi ecl. p.* 339 *cum ann. Lobeckii* ΚΑΜΜΙΩΕ. ΚΑΜΜΥΟΝ *B* ΚΑΜΜΙΩ ΕΚΑΜΜΙΩΝ *R* ΕΚΑΜΜΥΩ. ΕΚΑΚΑΜΜΥΩΟΝ *D* ΚΑΝΜΥΩ ΕΚΑΜΜΥ *GK* ΚΑΝΜΥΩ ΕΚΑΝΜΥ *L* κάμνω ἔκαμνον 2 16 ΚΑΘΕΜΑΙ. ΕΚΑΘΗΜΕΝ. *R* ΚΑΘΗΝΜΑΙ ΕΚΑΘΗΜΗΝ *G* ΚΑΘΗΜCΑ ΕΚΑΘΗΝΗΝ *L* ΚΑΘΗΜΑΙΕ ΚΑΘΗΝΜΕΝΝ *K* ΤΗΜΑΙ. ΕΚΑΘΗΜΗΝ. *D* ΕΝΟΧΛΟ ΕΝΟΧΛΩΥΝ *B* ΕΝΟΧΛΩ. ΕΝΟΧΛΟΙΝ *D* ΕΝΟΧΛΩ ΕΝΟΧΛΟΥΝ *GK* ΗΝΟΧΛΩ ΕΝΟΧΛΟΥΝ *L* ΕΝΩΧΛΩ ΕΝΚΛΩΟΥΝ *R* 17 ΚΑΤΕΓΡΑΦΩ ΚΑΤΑΓΡΑΦΩΝ ΠΕΡΙΕΓΡΑΦΟ ΠΕΡΙΑΓΡΑΦΩ ΑΝΑΓΝΟCΚΩ. ΑΝΑΓΙCΝΟCΚΩΝ. *Rr* (E E N I) ΚΑΤΕΤΡΑΦΩ. ΚΑΤΑΤΡΑΦΟΝ. ΠΕΡΙΚΤΡΑΦΟΝ. ΑΝΑΤΙΝΩCΚΩ. ΑΝΕΤΙΝΩCΚΑΟΝ. *D* ΚΑΤΑΓΡΑΦΩ ΚΑΤΗΓΡΑΦΩΝ (ΚΑΤΑΓΡΑΦΩΝ *L*) ΕΠΙΓΡΑΦΩ ΕΠΙΕΓΡΑΦΩΝ. ΑΝΑΓΙΝΟCΚΩ ΑΝΗΓΙΝΟCΚΩΝ. (ΑΝΕΓΙΝΟCΚΩΝ *L*) *GL* ΚΑΤΑΓΡΑΦΩ ΚΑΤΗΓΡΑΦΟΝ ΕΠΙΕΓΡΑΦΩ ΕΠΙΕΓΡΑΦΟΝ ΑΝΑΓΙΝΟCΟ ΑΝΑΓΙΝΟCΚΟΝ. *K* ΚΑΤΕΓΡΑΦΩΝ *B* ΠΕΡΙΕΓΡΑΦΩΝ ΑΝΑΓΙΝΟCΚΩ *B* 18 uero *in ras. B* semper intrinsecus semper *K* (i. e. sepe) 19 declinacio *D* 20 incaepi *L*

fregi', 'maledico maledixi', 'exigo exegi'. et illud quoque sciendum, quod 84 principalem literam, quamcumque habuerit positio verbi, in suo loco servamus per omnem declinationem, ut 'amo amavi', 'erro erravi', 'ineo inii', 'oro oravi', 'uro ussi', 'haereo haesi', 'haurio hausi', 'bibo bibi', 'cedo cessi', 'domo domui', 'flo flavi', 'gigno genui', 'laedo laesi', 'mico micui', 'narro narravi', 'paro paravi', 'rapio rapui', 'seco secui', 'terreo terrui', 'veto vetui'. excipiuntur 'ago egi' et 'eo ii' vel 'ivi', quae principalem literam positionis suae mutaverunt.

Quaeritur in compositis verbis, cur, cum saepe in praesenti corrupta sit aliqua pars compositionis, in praeterito integra invenitur, ut 'perficio perfeci', 'efficio effeci', 'iniicio inieci', 'pergo perrexi', 'exigo exegi', 'confringo confregi', cum in nominibus tota declinatio per omnes casus nominativi figuras solet apud nos servare, ex quibuscumque modis sunt compositae, ut 'indoctus' per omnes casus ex duo|bus integris est, 'efficax' per omnes casus ex duobus corruptis. similiter in omnibus compositis 85 nominibus hoc invenitur. excipitur 'alteruter alterutrius', quod cum in nominativo ex duobus sit integris, in genetivo non est, nam 'alteriusutrius' esset, qui tamen genetivus vetustissimis fuit in usu, sicut de nominativo tractantes ostendimus; 'tantundem tantidem' praeterea, quod cum in nominativo sit ex duobus corruptis, in genetivo ex integro est et corrupto, sicut et 'quicquam cuiusquam' et 'idem eiusdem'. euphoniae tamen causa haec fieri manifestum est, quomodo et 'quendam' et 'quandam', in quibus m, quae terminalis est accusativi casus utriusque generis, in n est conversa.

Apparet ergo ex hoc, quod com||positio huiuscemodi verborum, quae non eosdem modos compositionum per omnia servant tempora, per singula separatim fit. nam cum soleat plerumque compositio a correptam vel in e correptam vel in i convertere per quaecumque tempora, ut 'hăbeo inhibeo, hăbebam inhibebam; hăbui inhibui, hăbueram inhibueram, hăbebo inhibebo'; 'ăgo exigo, ăgebam exigebam, ăgam exigam'; 'făcio inficio, făciebam inficiebam, făciam inficiam'; 'iăcio iniicio, iăciebam

2 lyteram *G* posi^t^cio *D* seruauimus *Rr* 3 declinacionem *D* inini *BD* 4 usi *LK* hereo heresi *D* haurio] aurio *B* hario *G* ausi *B* cedo cessi] *l* caedo caesi *G* ca^io^edo c***** (ccidi?) *L* 5 cesi *K* 6 rapo *Rr* 7 principalem litteralem posicionis *D* 8 positionis suae litteram *L* lyteram *G* 10 conposicionis *D* 11 iniicio] *r* initio *R* inieicio iniecio *K* 12 nominibus *ex* omnibus *corr. D* tot^a^o *Rr* declinacio *D* 13 sint *BDGLKr* 15 corruptis est. *K* 17 integris sit *G* 18 esset] *d* esse *D* uetustissimi^s^ *Rr* 21 cuiusquam. Ab eo quod est isdem et est ab is et demum. et idem *B* causa tamen *GLK* 22 hoc *DL* 23 conuersa est *B* 25 compositio] *r* cum positio *R* 26 eo_sdem *ex corr. r* eo idem *ni f. R* compositionum] *r* compositionem *R* 28 conuertere .ė. per *K* *post* tempora: eam id est a breuem in uerbis uertit in i uel in e *BDr* eam id est a breuem inuenitur in uerbis uertit in i uel in e *GK* *post* inhibeo: prohibeo *add. R, quod unc. incl. et* glosa *spscr. not. r* 29 i^i^nibebam *D* inhibui *add. r* 31 iaceo *D* iacebam *G*

iniiciebam, iăciam iniiciam'; 'frăngo infringo, frăngebam infringebam. frăngam infringam'; 'tăngo contingo, tăngebam contingebam, tăngam contingam'; 'ărceo coĕrceo'; 'spărgo respĕrgo'; 'părco depĕrco' - ideo enim dixi 'plerumque', quia est ubi servatur a integra, ut 'paro reparo comparo', 'maneo remaneo', 'caneo incaneo incanui', unde Virgilius in II georgicon:

malos gessere valentes;
Castaneae fagus, | ornusque incanuit albo
Flore piri,

'mano permano', 'narro enarro', 'aro exaro' -: frequentius tamen ea servant a, quae primae vel secundae coniugationis sunt, ut 'cano recino', eius frequentativum cum sit primae, servat a, 'canto decanto' - Lucanus in V:

Decantatque tribus et vana versat in urna -,

['labor perlabor'] 'vado invado', 'candeo excandeo', 'palleo expalleo', 'ar-
86 deo exardeo', 'areo exareo'. inveniuntur pauca in supra dictis coniugationibus mutantia a: 'damno damnas, condemno [condemnas]'; 'arceo arces, coerceo [coerces]'; 'amico amicas, inimico [inimicas]'; 'habeo inhibeo', 'sacro consecro'. in tertiae vero et quartae coniugationis verbis multa invenis mutantia a: 'tango contingo', 'frango perfringo', 'ago exigo', 'iacio iniicio', 'facio inficio', 'gradior ingredior', 'scando conscendo', 'fateor confiteor', 'paciscor depeciscor', 'fatiscor defetiscor', 'salio insilio', 'patior perpetior', 'pario reperio' - veteres enim et 'pario' quarta coniugatione declinabant -, 'partior impertio' et 'impertior', 'cado incido', 'fallo refello'. inveniuntur tamen in his quoque coniugationibus quaedam, quae servant a in compositione, ut 'nascor renascor', || 'pasco depasco', 'labor elabor', 'arguo coarguo' ['lacero dilacero'], 'largior dilargior'. in praeterito vero

1 iniiciebam *l* iniecciebam *L* 2 infringam *ex* infrangam *corr. K* 3 cohereeo *B* deperco] *r ex* deperio *ni f. corr. K*, *ex iterato* respergo *B* deparco *R* 4 enim] autem *B* seruatur aut integra *L* comparo reparo *K* 5 caneo *om. RL* incanui *om. D* *Verg. georg.* II 70 *sqq.* (*sic etiam Fr.*; *deficit Pal. Rom.*) 8 Castaneae] *r et ex corr. k* castanaeae *R* fagos *Med. et Serv. ad h. l.* ulmusque *RB* ulmusque *D* 9 pyri *K* 10 aro] *r* et aro *RBDK* 11 reccino *B* 12 *Luc. Phars.* V 394 15 labor perlabor] *del. r* labor$^{\text{uel v}}$ perlabor$^{\text{uel v}}$ *Gg* labo$^{\text{uel r}}$ perlabo$^{\text{uel r}}$ *L f.* lauo perlauo uado$^{\text{r}}$ inuado *GgL* uado$^{\text{r}}$ inuado *K. de* uadare *et* inuadare *cf. Forcellinii lex. s. vv.* 17 a ut damno *B* dam$^{\text{p}}$no dam$^{\text{p}}$nas *Rr* dampno. as condempno *K* conde$^{\text{p}}$mno, p *m. pr. spscr.*, *R* condempno condempnas *D* condemnas] *sic R om. GLK* 18 coercio *G* coerces] *d om. DGLK* 19 et in quartae *GLK* 20 tango intingo *K* iac$^{\text{i}}$eo *D* 21 iniicio] *d* iniceo *D* conf$^{\text{o}}$eteor *L* 22 depaciscor *D* depiciscor *BGLk* dipiciscor *K* defitiscor *BGk* deficiscor *L* difitiscor *K* 23 repperio *D* repperio *BLK* 24 parti$^{\text{r}}$o *Kk* fallo* refello* (r-r) *L* 25 $^{\text{h}}$is *R* quaedam] *r* quae dant *R* 26 depascor *GK* 27 lacero dilacero *erasum in R* lacero delacero *Dd* lacesso delacesso *GLK* delargior *DK* p̄ter$^{\text{o}}$iti *Dd* vero] quoque *G*

perfecto et plusquamperfecto cum simplex verbum e longam habeat, non potest compositio eam commutare, ut 'ēgi exēgi, ēgeram exēgeram'; 'fēci infēci, fēceram infēceram'; 'iēci iniēci, 'iēceram iniēceram', quae sine dubio a simplicibus suis componuntur; nam non possumus dicere, quod i brevis, quae est in praesenti tempore, convertitur in e longam in praeterito: hoc enim in nullo invenimus fieri verbo.

Id autem, id est quod per singula tempora fit compositio, participio- 87 rum quoque diversae figurationes saepe tam praesentis quam praeteriti temporis ostendunt, ut 'effringens effractus', 'cogens coactus', 'subigens subactus', 'exigens exactus'. haec enim omnia cum in praesenti extremam partem [id est dictionem] corruptam habeant, | in praeterito integram habent. cur, nisi quod separatas habeant compositiones per singula tempora? non est enim dubium, quod interrogati, unde componitur 'effractus', ab 'ex' praepositione et 'fractus' participio respondebimus, et 'subactus' a 'sub' et 'actus', et 'exactus' ab 'ex' et 'actus', et de omnibus similibus.

Anomala quoque verborum id possunt ostendere, quae sine dubio per singula tempora sive etiam personas componuntur, ut 'prosum prodes prodest, prosumus prodestis prosunt, proderam, profui'. per totam enim declinationem ubicumque a vocali incipit hoc verbum, interponitur iuncturae compositionis d; similiter 'aufero abstuli' in praesenti pro 'ab' 'au', in praeterito 'abs' habuit. idque ita esse confirmat Apollonius, summus artis auctor grammaticae, docens in I de verbo, immobilem figurationis iuncturam manere, et separatim confirmans, componi τὸ 'καταγράφω' καὶ 'κατέγραφον', 'ἐπιγράφω' καὶ 'ἐπέγραφον' et his similia, quaecumque intus habent declinationem, hoc est post praepositionem, quod apud nos semper fit in omnibus compositis verbis.

Sciendum tamen, quod in nominibus quoque apud nos iunctura com- XVI 88 positionis solet mo||veri tunc, quando ex duobus nominativis componuntur vel ex nominativo et obliquo vel indeclinabili aliqua dictione. possumus

1 habeat] r habebat *R* habet *D* habent *G* 2 compositio eam cōpotare *K* 3 ingeceram (i *suprascr.*) *Rr* quae] r quam *R* dubi(o) *Dd* 4 a *om.* *GLK* 5 praeterito perfecto *L* 7 'compositio' fit *G* 9 subigo *G* 11 id est dictionem *G* id est dictionem (uel is) & *D* habeat (N) *Rr* 15 de omnibus *ex* de nominibus *corr.* *K* 18 siue etiam *in litura k* pro(d)est *Dd* 20 incipiunt *Dd* uerbum *** (sed) *B* iuncturae compositionis iuncture d *R* d iuncturae compositionis *GL* 22 praeterio *R* appollonius *RGLK* *Apollon. de verbo: cf. Graefenhanium Gesch. d. Philol.* III 113. 131 summ(v)is *Dd* 23 autor *BD* grammaticae auctor *GLK* in primo libro de *B* inmobilem *B* 24 iunturam *R* componi τὸ] componit,o *G* componit ΟΚΑΤΑΓΡΑΦΑ *L* τὸ] ο (T) *Rr* οο *D* ο *K* 25 ΚΑΤΕΓΡΑΦΟΝ *Kk* ΚΑΤΕΓΡΑΦΩΝ *B* ΚΑΤΕΥΓΡΑΦΟΝ *L* ΚΑΤΕΥΓΡΑΦΩΝ *Rr* ΕΠΙΓΡΑΦΑ (Α) *L* ΕΠΕΓΡΑΦΩΝ *R* ΕΠΙΓΡΑΦΩΝ *B* ΕΠΙΕΓΡΑΦΟΝ *K* ΕΠΕΙΓΡΑΦΟΝ *G* ΕΠΕΙΓΡΑΦΩΝ *L* 28 in omnibus quoque *RG* 30 uel et indeclinabili *Lg* indeclinabili aliquid adiectione *B*

tamen, quod illi de verbis intrinsecus habentibus declinationem dicunt, nos quoque etiam de nominibus huiuscemodi dicere, quod per singulos casus fit compositio eorum, ut 'respublica reipublicae', 'respublica' quidem ex duobus nominativis, 'reipublicae' vero ex duobus genetivis vel dativis; similiter 'iusiurandum iurisiurandi', 'virillustris viriillustris', 'magisterequitum magistriequitum', 'tribunusplebis tribuniplebis', 'quisque cuiusque', quae composita esse ostendit accentus. quod autem non est nominativorum proprium, sed etiam obliquo|rum casuum, per se componi, ostendunt nomina vel pronomina, quae per obliquos componi inveniuntur solos, ut 'istiusmodi', 'huiusmodi', 'cuiusmodi'.

Illud autem sciendum, quod etiam in nominibus et in pronominibus compositis apud Latinos extrema pars potest immobilis manere, quod apud Graecos non reperitur, ut 'tribunusplebis', 'praefectusurbis', 'cuiusmodi', 'idem', verbum autem vel participium nec apud Graecos ullum compositum nec apud nos extremam partem servat immobilem, ideoque semper in compositione extremam partem sibi defendit ipsum verbum et participium, quippe quod ex eo nascitur.

89 Componuntur autem verba vel cum nominibus, ut 'amplum amplifico', ex quo participium 'amplificans', 'signum significo significans'; vel cum altero verbo: 'calefacio calefaciens'; vel cum adverbio: 'maledico maledicens', 'satisfacio satisfaciens'; vel cum praepositione: 'indico indicens', 'perduco perducens', 'abstraho abstrahens', 'subrideo subridens'. ideo autem praepositiones compositae quidem cum verbo inveniuntur, numquam autem separatae per appositionem, quia verba per omnes personas in omni tempore nominativi casus vim habent, cui soli possunt coniungi: 'facio ego', 'facis tu', 'facit ille', similiter per omnia tempora. ergo cum casus nominativus numquam || per appositionem assumit praepositiones, sed in sola compositione, ut 'impius', 'perfidus', verba quoque in compositione dumtaxat has possunt asciscere; nec imperativa tamen verba secundae per-

2 quod per singulos *K* 3 res puplica rei puplicae *K* respuplica quidem ex duobus nominatiuis *in mg. add. K* quidem] *r* quibus *R* 4 reipuplicae *K* 5 uir illustris (uel illuster) *Dd* uirinlustris uiri inlustris *B* 6 magistriequitum] magist(ri) equitum *Rr* magistri aequitum *B* 7 Quo(d) *Rr* est solum nominatinorum *K* 10 cuiusmodi uel cuimodi *B* 11 quod et in *BDLK* 12 compositis] *r* composit.... *R* inmobilis *B* 13 reperitur] *d* repperitur *BDLK* ut] et *G* utribusplebis (t .na) *Rr* 14 iidem *R* .idem uerbum *L* nec apud Graecos ullum compositum] *Lips.* 1 *Krehlii* nec aput grecos *ullum (n) compositum *m. rec. in H* nec apud graecos (grecos *D*) ullos compositum *BDGLK et in litura R* nec apud illos compositum *Erl.* 2 *Krehlii*, *Krehlius* 18 amplico (fi) *K* 20 "uerbo 'altero *G* ut calefacio *r post* calefacio: calere facio *add. BD*, calefacere *add. GLK* calefacens *G* 22 surrideo surridens *G* 25 habet (n) *Rr* coiugai (n) *Kk* 26 similiter] *r* similia *R* cum *om. D* 27 apositionem *D* adsumit *B* assūmit *D* 29 (h)as *D* adsciscere *BLd* adscire *D*

sonae, quae vocativum asciscunt, ut 'scribe Virgili', 'lege Terenti', possunt in appositione habere praepositionem, quia nec vocativus hoc habet. par- 90
ticipia vero quas quidem praepositiones habent per nominativum, vel a verbis habent, ex quibus derivantur per compositionem, ut 'exigo exigens', vel ad | imitationem verbi per se compositas, ut 'exegi exactus'. possunt tamen per appositionem assumere praepositiones ad imitationem nominum, quia casus quoque obliquos habent, sicut nomina, sed non possunt participia componi, nisi per nominativum casum, quippe cum sint cognata verbis, quae vim nominativi possident, ut supra dictum est. ergo 'doctificus', id est 'doctum faciens', in vim nominum transtulit participia, sicut 'iusiurandum iurisiurandi', 'iurisconsultus', 'iurisperitus', 'senatusdecretum', 'senatusconsultum', 'plebisscitum', 'praefectusurbis', 'praefectusfabrum'.

Et sciendum, quod participia sine verbis esse non possunt. si qua igitur videantur sine verbis formam habere participiorum, nomina sunt dicenda et carent temporali significatione: 'paenulatus', 'togatus', 'scutatus', 'galeatus', 'hastatus', 'palliatus', 'caligatus' et his similia.

Sunt tamen quaedam huiuscemodi, quae et nomina et participia esse 91
possunt: nomina quidem cum ipsum habitum significant, non passionem nec tempus, ut 'armatus' ab armis habendis, ὁ ὁπλίτης, nomen est; cum vero a verbo 'armor' passivo nascitur et praeteritum tempus significat 'armatus', ὁπλισθείς, sine dubio participium est. ex omni autem fere habitu huiuscemodi nomina inveniuntur apud Latinos, ut a capillo intonso 'capillatus', a coma 'comatus', a cirro 'cirratus', ab auribus 'auritus', a naso 'nasutus', a tunica 'tunicatus', a lacerna 'lacernatus', a purpura 'purpuratus', a brachiis brachiatus', a || pallio 'palliatus', a praetexta 'praetextatus', a trabea 'trabeatus', a manicis 'manicatus', a paludamento 'paludatus', a

1 adsciscunt *BD* 2 appositionem *Rr* uocatiuus casus hoc *RBDGK* 3 per] *r* pro *R* 4 compositionem exigo *K* 5 emitationem *K* composita sunt ut *rec. m. in H, edd.* Possumus *BD* 6 tamen] *r* tamen etiam *RDGk* adsumere *B* assūmere *D* emitationem *G* emi•tionem (la) *K* 7 quoque per obliquos *r* 8 casus *B* 10 doctū *ex* doctus *corr. B* nominis *r* 11 iurisconsultus] *r* consultū *R* senatusdecretum senatusconsultum] *r* senatus•••••tum (decre *ni f.*) *R* 12 plebiscitum *GL* pfectus urbis *B* pfectus urbis *b* pfectus fabrum *B* pfectus fabrum *b* 14 formam] formam formam *L* formam rei puplicae *K* 15 ut paenulatus *d* ut penulatus *l* 17 esse non possunt *Rr* 18 quidem] *r* quadam *R* 19 οοπαιτηc *GK* οοπαιτεc *L* οπαιτηc *D* ωπαιτηc (o AIC) *Rr* 20 passiuum *r* 21 οπαιcθειc *GLK* οπαιcκειc *D* οπαιcθεηc *B* οπαιcτηιc *Rr* 22 nomina *post* inueniuntur *in mg. add. k* 23 c•••ro c••ratus (yr yr) *Rr* nasso nassutus *K* 24 tonica tonicatus *DGK* (pur)puratus *Rr* 25 bracchiis bracchiatus *R cf. Wagneri orthogr. Vergil. p.* 419 *Lachmanni in Lucret. comm. p.* 371 braciis bra(h)chiatus *G* brachis brachiatus *K* braccis braccatus *Zwicc.* 2 *Krehlii, Krehlius, Lindemannus coni. ms. f. recte cf. lib.* XI § 22 pellio pelliatus (a a) *Rr* palleo palleatus *B* 26 a trabea trabeatus] *rd* a taberna tabernatus *RBGLK et ni f. in litura D* manichis *Rr* pa||udatus *Rr*

stola 'stolatus', a lorica 'loricatus', a pictura 'picturatus', a scuto 'scutatus', a tabula 'tabulatus', a pilo 'pilatus', a gladio 'gladiatus' - ex quo 'gladiator' -, a stella 'stellatus', a pelle 'pellitus', a dentibus 'den|tatus', a barba 'barbatus', a pluma 'plumatus', a balano 'balanatus', a gemma
92 'gemmatus', a rostro 'rostratus', a ferro 'ferratus'. ex aliis quoque nominibus inveniuntur, sed non adeo multa, ut a Cerere 'cerritus', a lympha 'lymphatus' et 'lymphaticus'. nec incongruum vel absonum mihi videtur, posse verba quoque ex his ipsis ad similitudinem eorum, quibus usa est auctoritas, proferre. quid enim impedit, nos quoque aliquid copiae ad opulentiam Latinae conferre eloquentiae et ad imitationem 'armo' et 'armor armatus' dicere 'tunico' et 'tunicor tunicatus', ut 'roboro' et 'roboror roboratus' et ut 'aero' et 'aeror aeratus', 'ferro ferror ferratus', 'plumbo plumbor plumbatus' et ut 'vestio' et 'vestior vestitus', 'togo' et 'togor togatus'? si enim auctoribus timiditas obstitisset, ut nullis novis uterentur dictionibus ipsa natura et significatione rerum exigente, perpetuis Latinitas angustiis damnata mansisset.

DE CONIVGATIONIBVS.

XVII 93 Coniugatio est consequens verborum declinatio, cuius regula apud Graecos quidem tam consonantibus quam vocalibus comprehenditur. consonantibus quidem in his verbis, quae βαρύτονα appellant, hoc est ante finem habentia accentum, vocalibus vero in circumflexis, apud nos vero in solis vocalibus secundae personae ad imitationem circumflexorum. sunt igitur coniugationes quattuor apud Latinos, cum apud Graecos decem sint. 'coniugatio' autem nominatur vel propter coniugatas consonantes, hoc est cognatas, ex quibus pleraeque apud Graecos coniugationes regulam sumunt, | vel quod una eademque ratione declinationis plurima coniungantur verba, quod magis ad Latinorum nominationem aptius est.

Per ordinem igitur vocalium locum singulae obtinent apud || nos. cum enim omnia verba, quae aequali regula declinantur, in o vel in 'or' desi-

1 pictoratus *B* 2 pilatus *ex* pilotus *corr. B* 4 a balanano *G* 5 rostris *GLK* 6 ut *om. GL* cerrere *K* ce^r^ritus *Rr* limpha *BDGLK* 7 limphatus *RBDLK* limphaticus *BDL* 9 *f.* proferri 10 conferre Latinae *L* aeloquentiae *D* imitationem] *g* emitationem *GK* armo] *r* arma *R* armo et] *b* armo• *B* 11 armatus *om. K* tonico et tonicor tonicatus *GLK* et tunicor et tunicatus *D* et ut *BDGLKr* roburo et roburor roburatus *GL* 12 ferro et ferror *B* 13 blumbo blumbor blumbatus *K* et ut vestio] *r* et uestio *RD* togo togor *L* togo et togor togatus *add. d* 14 autoribus *D* obstitisset] *r* opstitisset *R* obstetisset *GL* 16 angustis *K* dampnata *rd* 17 incipit de coniugatione *D* 18 apu^d^ *Rr* 19 quidem *om. G* 20 BAPITONA *R* BAP^r^ITONA *GL* BAPITONA *K* appellant] *om. D* uocant *d* hoc est] *r* id est *R* 21 accentum. Et uocalibus in *L* accentum et uocalibus in *GK* circum flexis *K* circunflexis *GL* 22 imitationem *ex* emitationem *corr. K* emitationem *G* circunflexorum *GL* 23 decem] *d* decim *DG* 24 nominatur *add. g* 25 pler^e^aque *RrD* 26 uel *add. d* eademquae *Rr* coniugantur *D* 28 Per ordinem — apud nos *om. R*, *add. ni f., non enim satis distincte enotavi, r* optinent *BDGK*

nant, in o quidem terminantia, si primae sint coniugationis, in 'as' efferunt secundam personam, ut 'oro oras', 'sto stas'; sin secundae, in 'es', ut 'moneo mones', 'haereo haeres'; sin tertiae, in 'is' correptam, ut 'cupio cupĭs', 'curro currĭs'; sin quartae, in 'is' productam, ut 'munio munīs', 'esurio esurīs'. in 'or' vero verba primae coniugationis in 'aris' fa- 94
ciunt secundam personam, ut 'amor amaris', 'criminor criminaris', 'luctor luctaris'; secundae in 'ēris' producta paenultima, ut 'doceor docēris', 'reor rēris'; tertiae in 'ĕris' paenultima correpta, ut 'legor legĕris', 'sequor sequĕris'; quartae in 'iris', ut 'munior muniris', 'molior moliris', 'audior audiris'.

Inveniuntur tamen quaedam verba, quae ex eadem positione primae personae ad diversas proficiscuntur coniugationes vel variae causa significationis, ut 'fundo', quod ad fusionem attinet, 'fundis', quod ad fundamentum, 'fundas'; 'mando' ad mandatum 'mandas', ad dentes 'mandis'; 'dico' ad dicationem 'dĭcas', paenultima tamen correpta, 'dico' vero ad dictionem paenultima producta 'dīcis'; 'volo' ad volatum 'volas', ad voluntatem 'vis'; 'lego' quoque paenultima producta 'lēgas', correpta 'lĕgis'; 'compello' et 'appello' ad pulsionem 'compellis' et 'appellis', ad compellationem vero et appellationem 'compellas' et 'appellas'; 'sero seras | seravi', 'sero seris sevi' et 'serui'. sunt alia, quae, quamvis eandem signi- 95
ficationem servent, diversae tamen sunt coniugationis in usu, ut 'denso densas' et 'denseo denses'; 'strideo strides' et 'strido stridis'; 'ferveo ferves' et 'fervo fervis'; 'cieo cies, cio cis'; 'dureo dures', unde 'duresco', 'duro duras' - Lucanus in VI:

Auribus incertum feralis strideat umbra.

Virgilius in VIII:

stridentque cavernis
Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat.

idem in eodem:

Fervere Leucaten auroque effulgere fluctus.

1 sunt *D* efferunt *add. d* 2 es] aes *D* es ut ut *K* 3 haereses *Rr* 4 munio] munui *B* 5 essurio essuris *LK* 6 creminor creminaris *LK* 7 eris] aeris *Dr* 9 iris penultima producta ut *B* munior ex munio *corr. K* 10 audieris (e *adraso*) *B* 11 positione uerbi primae *GL* positione ***** prime (uerba) *B* positione uerbi prima* ad (e) *L* 12 ad diversas] *r* aduersas *R* proficiscuntur] *l* proficiscitur *L* uel *om. D* uel u[a]riae *Rr* 13 ad confusionem *G* fundis et fundo quod *R* 14 mand**atum *L* 15 vero] *r* enim *R* uero adictionem *L* 18 a[p]pello *Dd* appello adpulsionem *L* a[p]pellis *Dd* appellis compellationem *GLK* 22 denseo denses] *r* densse odenses *R* strido] *ex corr. b* strid* *B* 23 cies et cio *BG* duresco et duro *GLK* 24 *Luc. Phars.* VI 623 III. *GL* IIII *K* VIII *D* 25 ferali *K* 26 *Verg. Aen.* VIII 420 *sq.* 27 t[u]ridentque *Med.* 'triduntque (*praeced.* gemitus) *Pal.* 28 chalibum *RB* c[h]alibum *D* calibum *GLK* [h]anelat *D* hanelat *r* hahelant *R* 29 *Verg. Aen.* VIII 677 30 leu[c]aten *Rr* leocaten *GLK* efulgere *G*

idem in I Aeneidos:

Fervet opus redolentque thymo fragrantia mella.

idem in X:

Postremi addensent acies. ||

idem in I georgicon:

et Iuppiter umidus Austris
Denset, erant quae rara modo, et quae densa relaxat.

Lucanus in IIII:

Densaturque globus, quantum pede prima relato
Adstringit gyros acies -,

'tueor tueris' et 'tuor tueris' - Statius in I Achilleidos:

Namque modo infensos utero mihi contuor enses.

Lucretius in VI:

dilutaque contra
Cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror -,

'oleo oles' et 'olo olis' - Afranius in fratriis:

Non potest, quin illa stacta longeque et cunctis olat.

Plautus in mustellaria:

Non omnes possunt olĕre unguenta exotica,

nam nisi corripias paenultimam, iambus stare non potest. Terentius in adelphis:

olet unguenta de meo -,

96 'excello excellis' et 'excelleo excelles' - Lucretius in I:

1 *Verg. Aen.* I 436 2 timo *G* thimo *BLK* flagrantia *GLK Rom. Fr.* (r *in litura Rom.*) flagrantia (r) *Med.* fragl***** *Pal.* 3 *Verg. Aen.* X 432 4 Idem in X geor & iuppiter (, postremo addensent acies. idem in primo geor,) *Gg* Postremo *K* Extremi *lib.* VIIII § 43 *cum Verg.* addensent] *etiam lib.* VIIII *l. l. cum Pal. pr. m.* addensen(nt) *Rr* addensant *Verg. Med. Rom. et Pal. ex corr.* 5 *Verg. georg.* I 418 *sq.* (*deficit Pal.*) 6 iupiter *L* eupiter *K* umidus] *D cum Rom.* humidus *RBGL* uuidus *Med.* 7 denset *etiam Med. m. pr. Rom.* dense*t (n) *L* densat *Med. m. alt.* rara] rasa *G* et *om. L* 9 *Lucan. Phars.* IIII 780 *sq.* IIII] *B* (?) *Krehlius* II 530. 573 *cf. Cortium ad Luc. l. l.* VIIII *RDGK* nono *L* 10 Denseturque *v. l. ap. Luc.* pede *om. G* primo *K* 11 asstringit *R* astringit *Darmst.*[b] adstriuxit *B* adstrinxit *D* astrinxit *GLK* constrinxit *Voss. A, al.* constrixit *Voss. B* constringit *al. codd. Luc.* giros *LK* 12 tueoris *D* et tueor *R* *Stat. Achill.* I 131 in ·I· in *Rr* achileidos *K* 13 infensos *ex* infensus *ni f. corr. L* mihi infestos utero (uel con) modo *edd. Statii* ensis *K* 14 *Lucret.* VI 929 *sq.* (929. 934) 16 cum tuimur *G* contuimur *BDKr* *tuimur (c̃?) *L* tangit *K* amaror] *Lucretius* amaro *B* amara *rell.*
17 olio *R* affranius *GLK* *Afran. fratriar. fr.* 6 *p.* 174 *Both.* 215 *Neuk.* XII *p.* 159 *Ribb.* in] a *D* fratris *libri Noniani* 147, 1 fratribus *libri Prisc. cf. Bothium l. l. p.* 173 *Neukirchium p.* 213 18 quin] qui in *B* illa stacta] *Nonius* illa est acta *RBDG* illa acta *LK* longueque *L* et multis *Nonius* olit *GLK* 19 *Plaut. mostell.* I 1, 41 (*v.* 42) 20 omnes *om. L* ungenta *GLK* exeotica *B* 21 *Ter. adelph.* I 2, 37 22 andria *B* 23 olet] *r Terentius cf. lib.* VIIII § 43 XVIII § 243 olent *RB rell.* ungenta *GK* demeo *in litura R* 24 excelleo] *r* excello *R* *Lucret.* I 27

Omnibus ornatum voluisti excellere rebus.

Cicero in I epistularum ad filium: quare effice et elabora, ut excelleas -, 'fulgeo fulges' et 'fulgo fulgis'. Lucanus in X:

Fulget gemma toris et iaspide fulva supellex.

Virgilius in VIII: |

auroque effulgere fluctus -,

'sono sonas' et 'sonis' - Ennius in XI annalium:

Tum clipei resonunt et ferri stridit acumen.

Lucretius:

Caligare oculos, sonere auris -,

'uno unas', 'unio unis'.

De singularum igitur coniugationum regulis latius mox tractabimus. sciendum tamen, quod videmur in praeterito perfecto plerumque barytona quoque Graecorum imitari in commutatione consonantium teste Didymo, qui ostendens omnia, quae habent in arte Graeci, habere etiam Latinos, exemplis hoc approbat.

Nam cum primam coniugationem dicunt *βαρυτόνων*, quae tres cognatas habet consonantes, id est *β π φ*, pro qua nos ph scribimus in plerisque, et in omnibus huius coniugationis verbis per *ψ* declinant *ἀόριστον*, hoc est praeteritum infinitum spatio temporis, utrum paulo ante an multo sit perfectum, ut *κρύβω ἔκρυψα*, *λείπω ἔλειψα*, *ἀλείφω ἤλειψα*, nos quoque in praeterito perfecto, quod pro *παρακειμένου*, id est paulo ante perfecto, et pro *ἀορίστου* teste Probo habemus - nam 'amavi' '*πεφίληκα*' *καὶ* 97

1 ornatum *Prisc. hic et lib.* X § 36 *cum correctore oblongi* oralatum *Lucr. oblong. pr. m. et quadratus* 2 *Cic. in* I *epp. ad filium: fr.* 1 *p.* 467 *Or.* aepistolarum *K* 3 *Luc. Phars.* X 122 4 fulcit *Voss. A et al. codd. Luc.* gemmatoris *K* thoros *Voss. A* toros *al. codd. Luc.* suppellex *D* suppellex *BGLK* suppelles *corr. in* su*pellex, *spscr.* i. e. thoros fulcit *Voss. B* 5 *Verg. Aen.* VIII 677 7 et sono sonis *L* *Enn. ann.* XI 1 *E. S. fr.* vi *p.* 54. LXXI *Vahl.* 8 Tunc *lib.* VIIII § 38 *libri* clepei *LK* resonunt et] *codd. libri* VIIII *l. l.* resonunt aes *K* resonantaes. *Rr* resonant aes *BGL* resonant. ae^s. (ae *ex* ac *ni f. corr.*) *D* stridet *in* stridit *corr. D* 9 *Lucr.* III 156 11 et unio *Kk* 12 latius *om. L* "tractabimus 'mox *G* tractabimus *ex* tractauimus *corr. B* 13 uidemtur *D* plerumqne *add. d* ΒΑΡΙΤѠΝΑ *B* baritona *G* barrtona *L* barithona *K* 14 emitari *G* imittari *K* dydimo *RG* didimo *K* *Didymi de Latinitate* (*cf. lib.* I § 20) *fr.* 3 *p.* 347 *Schmidt.* 16 hoc *eras. in L* adprobat *B* 17 *βαρυτόνων*] *r* ΒΑΡΥΤΟΝ*Ν *L* ΒΑΡΙΤΟΝѠΝ *BDK* ΒΑΡΥΘѠΝѠΝ *R* ΒΑΡΓΙΤΟΝѠΝ *G* 18 ph *add. d* 19 et cum in *d* eius *G* uer bis *Rr* declinabant *G* ΑΟΡΙϹΤѠΝ *RK* ΑΟΡΙϹΤΟΝ *D* 21 ΚΡΥΒΟ *BG* ΚΡΥѠ ΕΙΚΡΥΨΑ ΛΙΒѠ ΕΛΛΙΨΑΝΤѠΕ ΑΛΙΒѠ ΕΜΨΑ *Rr* ΚΡΙΒѠ ΕΚΙΨΑ ΛΙΠΟ ΕΛΙΨΑ* ΕΛΙΦΟ ΑΕΛΙΨΑ *L* ΚΡ*ΒѠ ΕΚΡΙΨΑ ΛΥΠѠ ΕΛΥΨΑ ΑΕΛΥΦѠ ΑΕΛΥΨΑ *K* *λείπω ἔλειψα ἀλείφω ἤλειψα*] *sic, nisi quod λεῖπω et ἤλειψα scripsit, 2* ΛΥΠΟ ΕΛΥΨΑ. ΑΕΛΥΦΟ ΑΕΛΥΨΑ *G* ΛΙΒѠ ΕΛΙΨΑ ΛΙΠѠ ΕΛΙΨΑ *D* ΛΙΒΟ ϹΛΙΨΑ ΛΙΡѠ ϹΛΙΨΑ ΓΡΑΦΟ ΕΓΡΑΨΑ *B* 22 quod] quem *RBD* pro *om. D* ΠΑΡΑΚΕΙΜΕΝѠΥ *R* ΠΑΡΑΚΑΙΜΕΝΟΥ *DL* ΚΑΡΑ ΚΑΙ ΜΕΝΟΥ *GK* ΠΑΡΑΚΙΜΕΝΟΥ *l* 23 ΑΟΡΙϹΤΟΥ *D* Probo] *Berytio? cf. ann. ad lib.* V § 45 ΕΦΙΛΕΚΑ & *D* *πεφίληκα & ἐφίλησα 2* ΠΕΦΙΛΕΚΑΙΤΑΦΙΛΕΙϹΑ *R* ΠΕΦΙΛΕΚΑ ΕΤ ΕΦΙΛΕΙϹΑ uel ΕΦΙΛΗΚΑ (ΦΙΛΗ *ex corr. in lit.*) *B* ΠΕΦΙΛΕ ΚΑΙ ΤΕΦΙΛΝϹΑ *G*

'ἐφίλησα' significat, similiter 'feci πεποίηκα' καὶ 'ἐποίη||σα', 'vidi ἑώρακα' καὶ 'εἶδον', et sic omnia cetera –, cum in praesenti in 'bo' vel in 'po' desinat verbum, plerumque in 'psi' facimus praeteritum perfectum in tertia coniugatione, ut 'scribo scripsi', 'nubo nupsi', 'scalpo scalpsi', 'repo repsi'; nam pro ψ Graeca duplici in principio syllabarum posita Romani 'ps' solent scribere.

In secunda autem coniugatione βαρυτόνων Graeci, quae γ vel κ vel χ habet, per ξ efferunt praeteritum infinitum, ut λέγω ἔλεξα, λήγω ἔληξα,| εἴκω εἶξα, ἄγχω ἦγξα. nos quoque in 'go' vel in 'co' desinentibus idem frequenter facimus in praeteritis perfectis, id est per x declinamus hoc
98 tempus, ut 'rego rexi', 'pingo pinxi', 'duco duxi', 'dico dixi'. nam in 'pho', 'cho', 'tho' nullum terminat Latinum verbum. itaque 'triumpho' Graecum est ἀπὸ τοῦ 'θριαμβεύω'; sed translatio fuit aspirationis a prima ad postremam syllabam, quomodo 'κύθρα χύτρα', quod est Ionicum, 'ἐνθαῦτα' pro 'ἐνταῦθα', ad cuius imitationem Latini pro 'θρίαμβος' 'triumphus' per transmutationem aspirationis protulerunt; ideo tamen b in p conversa est, quia b aspirari non potest.

Tertiam quoque illorum imitamur coniugationem, quam per δ τ θ efferunt, ut ᾄδω ᾖσα, ἀνύτω ἤνυσα, πλήθω ἔπλησα, nos 'ardeo arsi', 'laedo laesi', 'ludo lusi', 'concutio concussi'.

ΠΕΦΙΚΑΙ ΠΕΦΙΛΗΥΣΑ *K* ΠΕΦΙΛΕΚΑ et *ΕΦΙΕΣΑ *in litura l* 1 feci* (t) *L* fecit. ΠΙΕΠΟΙΝ. ΚΑΙ ΕΠΟΝ ΠΟΝΣΑ. *G* fecit. ΠΙΕΠΟΙΗΚΑΙΕΠΟΗΠΟΗΣΑ *K* πεποίηκα] ΕΠΟΙΗΣΗ *D* πεποίηκα καὶ ἐποίησα] *in litura l* ΠΕΠΟΥΕΚΑ · ΚΕΠΟΙΗΣΑ *B* ΠΕΠΩΙΝΚΑ ΤΕ ΠΩΝΣΑ *Rr* ΕΩΡΑΚΑ ΚΕΙΔΟΝ *B* ΕΩΡΑΚΑΚΑ ΚΙΕΙΔΟΝ *Rr* ΕΩΑΡΑ ΚΑΙ ΚΕΙΔΟΝ *G* ΕΩΡΑΚΑΚΕΙΔΟΝ *K* ΕΟΡΑΚΑ ΚΑΙ ΕΙΔΟΝ *in litura l* 2 ΕΙΔΟΝ *D* et *om. K* cetera. Nos quoq; cum *B* uel po *L* et in po *K* 4 reppo repsi *L* 7 ΒΑΡΙΤΩΝΟΝ *R* ΒΑΡΥΤΟΝΟΝ *B* ΒΑΡΥΤΟΝΩΝ *K* ΒΑΡΓΙΤΟΝΩΝ *G* bar**tonon *L* quae *spscr. K* Γ. Κ. Χ. *GLK* g uel c uel h *RB* g uel c uel ch *D* 8 ξ] x *RBD* ΛΕΓΩ ΕΛΕΞΑ ΛΙΓΩ (ΛΙΤΩ *r*) ΕΛΙΞΑ *RBD* ΛΕΓΩ ΕΛΕΞΑ *K* ΛΕΓΟ ΕΛΕΞΑ *L* ΛΗΓΟ ΕΛΗΞΑ *G* 9 ΕΙΚΟ *GL* ΑΙΧΩ *r* εἴκω εἶξα] *om. D* εἴκω — ἦγξα] ΛΙΓΩ ΕΞΑ ΑΧΙΞΩ ΕΙΧΙΞΑΑΧΩ (*in mg. add.* ΕΙΞΩ) *in litura k* ΑΓΧΟ ΑΓΞΑ *GL* ΑΓΧΩ. ΕΞΑ *D* ΕΓΞΑ *RB* vel in co] *b* uel co *BGK* 10 in praeteritis] *b* i*praeteritis (m?) *B* 11 pinguo *L* dico dixi *om. R* in *add. r* 12 terminatur *G* 13 ΑΠΩ ΤΩΥ ΤRΙΑΜbΕΥΩ *Rr* ΤΩΥ *B* ΘΡΙΑΜΒΕΩ *D* ΘΡΙΑΜΒΕΙΩC *G* ΘΡΕΙΑΜΒΕΙΟC *L* 14 quomodo ΚΥΘΡΑΜΒΕΥΩ.quod est ionicum.ΕΤ ΕΝΘΑΥΤΑ ΠΡΟ ΕΝΤΑΥΕΑ. Ad *B* ΚΥΘΓΑ *K* ΚΙΤΡΑ *L* ΚΑΤΡΑ *Rr* ΧΙΤΡΑ *G* Χ**ΡΑ *L* ΧΙΡΑ *K* iolicum *K* ἐνθαῦτα] *k* ΕΝ*ΑΥΤΑ *K* ΕΝΘΑΙΤΑ *GL* ΕΝΤΑΙΤΑ *Rr* 15 ΡΡΟ *D* ΕΝΘΑΥΤΑ *R* ΕΝΘΑΙΘΑ *G* ΕΝΤΑΙΘΑ *L* ΕΝΤΑΘΑ *K* pro *add. k* ΘΡΙΑΜΒΩC *RB* 16 tamen] autem *B* 18 quoque eorum *GL* imitamur] *g* emitamur *G* quam] que *B* per Δ. Θ. *. *K* per d. t. th *RBD* per d. t. uel th *r* 19 ᾄδω ᾖσα] uel ΟΡΟ ΙΔΩ *k* ΝΣΑ *Rr* ΕΣΑ *L* ΑΝΥΤΟ *BDG* ΑΝΙΤΩ ΗΝΙΣΑ *L* ΕΝΥΣΑ *BK* ΕΝΙΣΑ *D* ΕΝΥΣΑ ΠΛΕΤΩ ΠΛΑΝΣΑ *Rr* ΠΛΗΘΩ ΕΠΛΗΣΑ *D* ΠΛΝΘΩ ΕΠΛΝΣΑ *GLK* 20 concusi *L*

Ad quartae quoque imitationem, quae per ζ vel duplicatam σ profertur et praeteritum per σ facit, ut φράζω ἔφρασα, πλάσσω ἔπλασα, nos quoque 'pitisso pitissavi', 'patrisso patrissavi', 'musso mussavi'.

Quinta per liquidas apud illos profertur easque servat in omni praeterito, ut τίλλω ἔτιλα, νέμω ἔνειμα, τείνω ἔτεινα, σπείρω ἔσπειρα. nos 99
quoque in plerisque servamus liquidas, non tamen in omnibus, ut 'caelo caelavi', 'doleo dolui', 'volo volui', 'domo domui', 'timeo timui', 'emo emi', 'tono tonui', 'teneo tenui', 'cano cecini', 'aro aravi', 'terreo terrui'. ideo autem diximus 'in plerisque', quia inveniuntur et m et n et r in praesenti, quae in praeterito perfecto vel abiciuntur vel mutantur, ut 'rumpo rupi', 'premo pressi', 'sterno stravi', 'temno tempsi', 'tero trivi', 'uro ussi'.

Sextam coniugationem dicunt, quae per ω puram || effertur, ut ἱππεύω, πλέω, βασιλεύω, qualia sunt apud nos omnia secundae et quartae coniugationis verba, quippe in 'eo' vel in 'io' desinentia. inveniuntur tamen etiam primae et tertiae coniugationis, non solum e vel i antecedentibus, sed et aliis vocalibus, ut 'inchoo inchoas', 'mutuo mutuas', 'meo meas', 'hio hias'. tertia tamen a vel e ante aspirationem invenitur habere | paenultimas, ut 'traho traxi', 'veho vexi', i vero vel u puras sine aspiratione, ut 'facio facis', 'ruo ruis'.

Sed de omnibus formis praeteriti perfecti quattuor coniugationum et generalibus regulis ad omnem verbi declinationem pertinentibus latius in sequenti libro disseremus. nunc de personis tractemus, quas ideo cum XVIII 100
numero in extrema parte accidentium posuimus, quod non omni verbo, quomodo supra dicta accidentia, adhaerent, sibi autem semper sociantur in verbo et in omnibus quae declinari possunt partibus; nam in adverbio

1 ζ] z *G* σ] s *RBDK* 2 praeteritiitum *K* σ] s *RBD* φΡΑΖΟ *BL* ΕΦΡΑ*CA *Rr* ΠΑΑCCW *K* ΠΑΑCCO *RGL* ΕΠΑΑCCΑ *R* ΕΠΑΑCΑ *G* ΕΠΑΑCΑ *LK* nos — pitissaui *in litura k* 3 pitisso] *r* petisso *RGL* pytisso *B* petissaui *GL* pytissaui *B* patrissaui ΓΟΥ. ΓΥΖW. musso *B* muso musaui *L* masso massaui *g* 5 ut—. nos *om. D in mg. add. d* τίλλω] *a* ΤΙΑΑW *GL* **ΑΑW (ΙΤ?) *R* ΠΑΑW *BKr* ΠΑΑW uel ΤΙΝW *d* ΕΠΙΑΑ *B* ΕΠΑΑΑ *Kd* ΕΙΤΑΑΑ ΝΕΜW *R* ΕΙΤΑ, ΑΝΕΑΑW *r* ΕΝΕΙΑ.ΑΑΝ ΕΝΕΜΑ *K* τείνω ἔτεινα] *a* ΤΙΝW ΕΤΙΝΑ *B* ΤΙΝΟ ΕΤΙΝΑ *G* ΓΙΝW ΕΓΙΝΑ *Rd* ΤΙΝW ΕΝΤΙΝΑ *r* ΤΙΝΟ ΕΤΙΝΑ (ΤΙΝΟ *ex* ΤΙΝW *factum*) *K* ΠΙΝΟ ΕΠΙΝΑ *L* CΠΕΙΡΟ *ex* CΠΕΙΡW *factum K* CΙΤΕΙ,ΡW *r* ΠΕΙΡW *d* ΕCΠΙΡΑ *R* CΠΕΙΡΑ *B* ΕΥΠΕΙΡΑ *L* 6 celo *B* 7 celaui *BD* 8 caneo *Rr* cecini] *d* cenici *D* aro arui *L* tereo *D* terui *RrD* 9 inueniuntur in m *B* 10 uel *in litura B* abicitur *BD* abiicitur *GLK* mutatur *BDL* motatur *GK* 11 praemo *RB* pressi siuo siui sterno *B* tempno *RBK* temsi *D* uro ussi tero triui *B* treui *D* us*i (s) *L* usi *RK* 12 ω] *r* o *RGL* ut *om. GL* ΙΠΕΥW *Rr* ΙΠΕΙW *GL* ΕΠΕΙW *K* 13 πλέω] *add. d* ΠΑΕΙW *G* ΒΑCΙΑΕΥW *D* ΒΑCΙΙΙΑΕΓW *G* ΒΑCΙW ΕΙW *L* ΒΑCΙΟ ΕΙW (o *ex* w *mut.*) *K* apud nos *om. L* 14 quippe uel in *G* in io uel in eo *L* eo] o *D* 16 motuo motuas *G* 17 inueniuntur *Rr* 18 puras *in mg. add. K* 19 ruo ruis facio facis. *L* 22 disseremus *K* 23 in *add. r* 24 accedentia *K* 25 et in omnibus] quomodo supradicta (et in omnibus) *Rr*

possunt et numeri sine personis et personae sine numeris inveniri: numeri, ut 'quinquies', 'decies', personae, ut 'meatim', 'tuatim'; quamvis enim a singulari pronomine derivantur, indifferenter tamen tam singulari quam plurali numero verborum coniunguntur, ut 'meatim dicis' et 'meatim dicitis'. sed in adverbio species quaedam invenitur haec habens divisa, in verbo vero et nomine et pronomine et participio omnes voces vel singulares habent numeros vel plurales et personas simul cum numero vel finitas vel infinitas. nomen tamen et participium in omni casu tertiae sunt personae absque vocativo, qui solus ad secundam profertur personam.

DE PERSONIS.

101 Sunt igitur personae verborum tres. prima est, quae de se loquitur vel sola vel cum aliis, ut 'dico dicimus', secunda, ad quam loquitur, de ipsa vel sola vel cum aliis, ut 'dicis dicitis', tertia, de qua extra se et illam, ad quam dirigit sermo||nem, posita loquitur prima, ut 'dicit dicunt'. et prima quidem et secunda verborum personae finitae sunt, praesentes enim demonstrantur, tertia vero infinita est itaque eget plerumque pronomine, ut definiatur. et prima quidem et secunda persona verborum pronominibus iungi possunt solis, tertia vero etiam nominibus, quae per se tertiae sunt personae, absque vocativo casu, quod ante diximus, ut 'lego ego', 'legis tu', 'legit ille' vel 'legit Cicero'. nam si dicam 'lego Cicero', soloecismus est, nisi addidero pronomen, dicens 'lego ego Cicero' vel 'legis tu Cicero', exceptis illis verbis, quae sunt substantiae vel vocandi, ut 'Priscianus sum, Priscianus vocor, Priscianus nominor, Priscianus nuncupor'. et prima quidem potest sibi et secundam et tertiam coniungere, ut 'ego et tu facimus, ego et ille facimus', secunda vero non potest coniungere sibi nisi tertiam, ut 'tu et ille facitis', tertia vero nec primam nec secundam, sed alteram tertiam, ut 'iste et ille faciunt'. et prima quidem potest etiam secunda et tertia absentibus per se loqui, ut saepissime apud comicos videmus induci personas, quae ipsae ad se loquantur, ut Simo in Andria:

Non dubium est, quin uxorem nolit filius.

secunda vero vel tertia sine prima non potest esse; potest tamen prima et

1 *in vocc.* numeri sine *desinit lacuna cod. H* personae sinac *H* 3 diriuentur *Br* deriuentur *b* indeferenter *G* indefferenter *K* tamen *om. BDGLK spscr. H* tam] tum *G* 4 et *om. H* 5 quaedam species *B* deuisa *L* 6 uoces tam singulares h̄t *L* 7 personasimul *B* 9 saecundam *D* 10 INCIPIT DE PERSONIS. *D una linea vacua in H* 11 quae de [se] ipsa loquitur *D* 13 extra] *r* intra *R* 14 derigit *G* ut dici dicunt *B* 15 quidem *om. L* persona *D* 16 *post* tertia uero *sqq.* — tertia uero *om. R add. r* 18 etiā *b* et*** *B* per se *r* 19 personae sunt *GL* ab[s]que *Rr* 20 dicam] *d* dico *D* 21 solocismus *L* uel *add. r* 23 p̄scianus *h. l. quater GLK* 25 uero *add. r* adiungere *L* 26 ne[c] primam *Rr* 27 primam quidem *Rr* 30 *Ter. Andr.* I 2, 1 31 dubiumst *Bas.* 32 saecunda *K* esse non potest *GL*

secunda sine tertia, et prima et tertia sine secunda inveniri. est enim ubi ipsa prima persona ad se quasi ad secundam loquitur personam, sed figurate, ut Dido in IIII Virgilii:

Infelix Dido! nunc te facta impia tangunt?
Tunc decuit, cum sceptra dabas.

Et quoniam sunt quaedam verba, in quibus naturaliter vel omnes vel quaedam deficiunt personae, de his breviter dicamus. in imperativis prima persona singularis non potest esse, quod naturaliter imperans ab eo, cui imperat, dividitur; cum ergo prima persona est, quae loquitur, ipsa sibi imperare non potest. unde hic modus et vocativum casum asciscit, qui in secunda tantum persona invenitur, ut 'doce grammatice'; nam tertiae quoque personae imperantes internuntia utimur || secunda persona, ut 'grammatice legat discipulus tuus'. ergo si absit secunda persona, non possumus imperare tertiae, nisi figurate ad nosmet ipsos loquentes quasi ad secundam personam. itaque quae Latini in plurali numero imperativa primae personae accipiunt, haec Graeci ὑποθετικά vocant, id est suppositiva sive hortativa. dicunt enim, quod superior debet | ostendi qui imperat eo cui imperat, hic autem suam quoque coniungens personam, similem se sociumque in hac ipsa re, de qua imperat, ostendit futurum illis, quibus imperat, ut 'pugnemus', 'legamus', quasi ad socios videtur hoc modo uti; itaque melius illis visum est hanc personam numeri pluralis separare ab imperativis. sciendum tamen, quod frequentissime iste modus 103 pro optativo ponitur vel deprecativo, ut: 102

Musa, mihi causas memora, quo numine laeso,

et apud Terentium:

Fac amabo.

ergo si ad deos, qui omnibus superiores sunt, imperativo utimur modo, cur non etiam ad socios vel ad eiusdem naturae quoscumque homines, quamvis maiores nobis vel similes, per connumerationem nostri quoque, quae fit in prima persona plurali, hoc modo [id est imperativo] utamur?

1 secunda persona sine *K* 2 quasi] *r* que *R* 3 *Verg. Aen.* IIII 596 *sq.* IIII. uirgilii libro (lib̃.) *GL* ·IIII· Virgilii *Kk* IIII aeneidos uirgilii *B* 4 facta *H* fata *R* 5 Tum *Verg. Med.* 7 dicamus] disseremus *GL* diseremus *K* 8 cuimperat (cui i imperat) *Hh* 9 dividitur] *h* diuidatur *H* quae loquitur *add. r* 10 unde et hic *H* modus *in mg. add. K* modus uocatiuum *G* modus de uocatiuum *H* adsciscit *B* qui ** in *H* 11 grammatice *B* grammattice *K* 12 imperantes personae *B* internuntia] *r* interuncia *R* grammattic*e (a) *K* 14 imperere (a) *H* figuratae *G* figuratae *H* 15 plurali *ex* plurale *ni f. corr. H* 16 ὑποθετικά] *r* YPOTETIKA *R* id est] id *L* 17 (h)ortatiua *H* 18 coniugens *RD* *post* personam *in mg.* per omnia *add. h* psimilem *D* 19 illis quis imipera (bus, l.) *Rr* 21 uisum (est) hanc *Rr* numeris *B* 22 frequentissime *B* 23 aptatiuo (o) *Rr* depraecatiuo *RBH* *Verg. Aen.* I 8 24 mussa *G* causa (*sic*) mihi *B* causas *om. G* laedo (ss) *L* 25 aput *H* *Ter. eun.* III 3, 28 *post* Terentium: in *add. RBHGL* in eunucho *r* in audria *h* in II. *K* 27 ad eos *L* modo utimur *B*

Infinita quoque et impersonalia et gerundia vel supina carent personis naturaliter. praeterea in nominationibus, id est *ὀνοματοποιΐαις*, sive nominum seu verborum novis conformationibus, non omnes declinationis motus sunt quaerendi, ut 'tinniat' - Persius:

Ne qua subaerato mendosum tinniat auro ‿,

'taratantara' - Ennius:

At tuba terribili sonitu taratantara dixit ‿,

104 ut etiam apud Graecos *σίζε ὀφθαλμός, ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀιστοί, φλοῖσβος.*

'Pluit' et 'tonat' et 'fulminat' et multa similia, quae ad homines non pertinent, proprie quidem ad tertiam dicuntur personam, possunt tamen etiam in prima inveniri persona et secunda per poetarum *προσωποποιΐας*, id est conformationes, vel per responsa dei et per apostrophas, quasi ad ipsum Iovem praesentem, et sunt quasi propria || verborum, quae ad solum Iovem pertinent.

Reperiuntur tamen et alia verba, quae in usu deficiunt personis, ut 'cedo', 'sodes', 'salve', 'furis', 'ave', 'infit', 'foret'. quamvis et infio et furo apud Varronem inveniuntur et 'forem' apud Terentium in hecyra:

Nam si utrumvis horum, mulier, umquam | tibi visus forem.

'fore' quoque dicitur, ex quo 'confore' Terentius in Andria compositum protulit:

et id spero confore.

1 quoque impersonalia *G* inpersonalia *B* 2 ΟΝΟΜΑΤΟΠΟΙΕΙΑΙC *BHG et extremo* ι *eraso L* ΟΝΟΜΑΘΩΠΟΙIC (T AC *superscr.*) *Rr* ∗ΟΝΟΜΑΤΟΠ∗ΕΙ∗ΙC *D* ΑΝΟΜΑΤΟΠΟΙΕΑΙC *K* 3 seu] siue *K* 4 *Pers. sat.* 5, 106 5 neq; *Pers. Vat.* oro *Montepess. pr. Vat.* 6 *Enn. ann.* II 35 *E. S. ann. fr. inc.* VIII *p.* 67. XL *Vahl.* 7 ait at *L* Ad tuba∗ tribili(s) *D* ·.Taratantara *H* 8 *σίζε — φλοῖσβος in mg. add. d Hom. Od.* VIIII 394 *σίζε*] ΟΙΞΕ *d* CΙΞΕΟΦΕΑΛΜΟC *B* CΙΖΕΟ.ΦΕΑΛΛΜΟC *H* ΩΦΘΑΛΜΟC *R* ΟΦΕΑΔΑΜΟC *G* ΟΦΕΟΔΑΜΟC *L* ΟΦΕΑΔΑΜΟC *K* *Hom. Il.* I 46 ΕΚΛΑΓΞΑΝ *HGLK* ΕΚΛΑΓΧΑΝΛΑΡΑ, ΟΙCΤΟΥ *Rr* ΕΚΛΑΓ.ΞΑΝΑΙΛΑΡΑΝΟΙΤΟΙ *d* ΛΑΡΑ *BGLK* ΟΙC.ΤΟΙ *G* ΟΙCΤΟΥ *B* ΟΙCΓΟΙ *K* *φλοῖσβος*] *v. Hom. Il.* V 322. 469 X 416 XX 377 ΦΛΩΙCΒΩC *R* ΦΛΟΙCΒΟC *H* 9 fulminat *in* fluminat *corr. D* 10 non *eras. in K* propriae *K* (pro)priae *Rr* addic∗untur *Rr* 11 ΠΡΩCΩΠΟΠΩΙΕΤΑC (o o o *superscr.*) *Rr* ΠΡΟCΩΠΟΠΟΙΕΙΑC *B* ΠΡΟCΩΠΟΠΟΙΕΙΑC *GK* ΠΡΟCΩΠΟΠ∗∗ΕΙΑC *D* ΠΡΟCΩΠΟΠΟΚ∗∗∗ *H* ΙΑC *in lituram inseruit h* ΠΡΩCΟΠΩΠΟΙΑC *L* 12 id est] . Item *B* conformationes] *h* conf∗rmationes (i?) *H* per *om. B* dici *K* apostrophos *R* 13 *post* Iouem: praesentem — Iouem *om. R add. r* 14 pertinunt (c *superscr.*) *Rr* 15 repperiuntur *L* 17 et ∗∗ furo (in) *R* fu∗ro (e?) *D* furo *inter Varronis fragm. inc. posuerunt edd. v.* § 59, *de* infio *v.* § 61 *Terent. hec.* IIII 1, 10 18 haecyra *RDH* hecira *K* echyra *GL* echyra *B* 19 utrum nes *K* harum mulierum quam *LK* mulier umquam] *rd* mulierum quam *RBD* usus *D* 21 *Ter. Andr.* I 1, 140 *post* Terentius: compositum *add. DLKr* compositum] *h. etiam l. extat in RLK* ∗∗∗∗∗∗ (c̄positū?) *D* 22 protulit] posuit *L* 23 et spero *Terentiani libri* confore *supscr. r* confore, eleua litteras *LK* confore eliua li̅tas *G*

DE NVMERO.

Numerus accidit verbis uterque, quomodo et omnibus casualibus, singularis, ut 'lego', pluralis, ut 'legimus'. necesse est autem in omnibus declinabili||bus utrumque simul inveniri, sicut supra dictum est, numerum et personam. sciendum tamen, quod, quamvis et in nominibus et pronominibus et in participiis inveniantur voces communes singularis et pluralis numeri - ut 'poetae', 'viri', 'fluctus' genetivi singulares et nominativi plurales sunt, similiter 'caedes', 'verres', 'dies', 'res' nominativi tam singulares sunt quam plurales, 'ipsi' vero et 'isti' et 'illi' dativi singulares et nominativi plurales -, in verbo numquam hoc invenitur apud Latinos, quamvis apud Graecos in multis, ut *ἔτυπτον* tam singulare est primae personae quam plurale tertiae praeteriti imperfecti, similiter *ἔχαιρον*, *ἔψεγον*, *ἔπραττον*, *ἐλάλουν*, *ἐποίουν*. | || 105

1 INCIPIT DE NVMERIS. *D* 2 accedit *K* omnibus] *r* in omnibus *RG* 3 ne[se est]ces autem *Rr* 4 declinatio[bilibus]nibus *Rr* declinationibus *H* 5 tamen *om. L* quamuis in *B* nominibus] *r* omnibus *R* et in pronominibus] *r* et pro omnibus *R* 6 et i̤n̤t partipiciis *Dd* et participiis *L* et pluralis] *r* ut pluralis *R* 8 *post* sunt: similiter — sunt *om. R add. r* nominati[ui] tam *Ll* 10 et i̤ṇ nominatini *Rr* 11 et YΠΤΟΝ *K* ΛΥΠΤΟΝ *D* ΕΤΙΠΤΟΝ *B* et ΕΥΠΤΟΝ *G* ΕΥΠΤΟΝ *R* ΕΙΠΤΟΝ *L* 12 plurāle *B* Tertia *R* ΕΧΑΙΡΩΝ ΕΠΥΑΓΩΝ ΕΛΑΛΩΥΝ. ΕΠΩΤΟΙΝ [ΦΕΤΟΝΕ. ΑΓΓΟΝΕ. ΑΛΑΟΙΝΕ. ΠΟΤΟΥΝ.] *Rr* ΕΧΥΡΟΝ ΕΥΕΤΟΝ ΕΠΥΑΤΤΟΝ ΕΛΑΛΟΥΝ ΕΠΟΙΟΥΝ. *D* ΕΧΑΙΡΟΝ ΕΦΕΤΟΝ ΕΠΥΑΤΤΟΝ ΕΛΑΛΟΥΝΝΕΠΟΙΟΥΝ *H* ΕΧΑΙΡΟΝ ΕΦΕΓΟΝ ΕΠΙΑΤΟΝ ΕΛΑΩΙΝ ΕΠΟΩΙΝ *L* ΕΧΑΙΡΟΝ ΕΦΕΤΟΝ ΕΠΥΑΤΤΟΝ (*sic g* ΕΠΙΑΤΤΟΝ *G*) ΕΛΑΛΟΥΝ (ΕΛΑΛΟΙΝ *G*) ΕΠΟΤΟΙΝ *GK*

Artis Prisciani uiri disertissimi gramatici caesariss doctoris urbis rome constpolitinae praeceptoris mei liber viii de uerbo explicitus.

Incipit eiusdem liber viii (viiii *r*) de [ge]nerali uerborum declinatione *Rr*

ARTIS PRISCIANI (P̄SCIANI *GL*) VIRI DISERTISSIMI GRĀMATICI CAESARIENSIS (CAESARENSIS *B? L*) DOCTORIS VRBIS ROMAE CONSTANTINOPOLITANAE (CONSTANTINOPOLITANE *B*) P̄CEPTORIS MEI LIBER ·VIII· DE VERBO EXPLICITVS FELICITER.

INCIPIT EIVSDEM LIBER VIIII (IX *L*) DE GENERALI VERBI (BERBI *B*) DECLINATIONE *BGL*

ARTIS PRISCIANI VIRI DISSERTISSIMI GRĀMATICI CESA[RI]ENSIS DOCTORIS VRBIS ROME CONSTANTINOPOLITANE.NO PRECEPTORIS MEI LIBER VIII. DE VERBO EXPLICIT**

INCIPIT EIVSDĒ LIB̄ VIIII. DE GENERALI VERBI DECLINATIONE *H*

explicit liber viii de uerbo

incipit eiusdem liber viiii de regulis generalibus praeteriti perfecti omnium coniugationum et postea de praeterito perfecto primae et secundae coniugationis *D*

INCIPIT EIVSDEM LIBER VIIII. DE GENERALI VERBI DICTIONE *K*

ARTIS PRISCIANI VIRI DISERTISSIMI GRĀMATICI CAESARIENSIS DOCTORIS VRBIS ROMAE CONSTANTINOPOLITANAE PRAECEPTORIS MEI LIBER VIII. DE VERBO EXPLICITVS EST FELICITER.

INCIPIT EIVSDEM LIBER NONVS DE REGVLIS GENERALIBVS PRAETERITI PERFECTI OMNIVM CONIVGATIONVM ET POSTEA DE PRAETERITO PERFECTO PRIMAE ET SECVNDAE CONIVGATIONIS.

FLAVIANVS THEODORVS DIONISII V. D. MEMORIALIS SACRI SCRINII EPISTOLARVM ET ADIVTOR V. M. QVAESTORIS SACRI PALATII SCRIPSI ARTEM PRISCIANI ELOQVENTISSIMI GRAMMATICI DOCTORIS MEI MANV MEA IN VRBE ROMA CONSTANTINOPOLI. DIE TERCIO IDVVM IANVAR̄ MAVORTIO. V. C. | consule indictione. v. *Darmstad.*[b]

LIBER NONVS.

DE GENERALI VERBI DECLINATIONE.

1 1 Dictionum aliae sunt uniformes, id est indeclinabiles, ut adverbia, coniunctiones, praepositiones, interiectiones, aliae declinabiles, ut nomina, verba, participia, pronomina. earum ergo aliae in principio moventur, ut pronomina transeundo in personas, 'mei tui sui', 'mihi tibi sibi', 'me te se'; 'meus tuus suus', 'mei tui sui', 'meo tuo suo'; in genera vero et numeros et in casus transeuntia finem movent, sicut nomina, pronomina quoque, quae discernunt genera, ut 'ille illa illud', 'ipse ipsa ipsum', nec non etiam participia, quibus omnia fere accidunt tam nominibus quam verbis accidentia, || unde non solum in fine per genera et casus et numeros, sed etiam in principio est quando moventur per tempora, ut 'lavans lauturus', 'fŏvens fōturus', 'mŏvens mōturus'. verba autem et in principio et in fine et in medio moventur, non tamen per singula tempora

2 omnes motus necesse est pati, sicut ostendetur. oportet igitur de his ratione congrua exponere. cur tamen a praesenti, sicut a nominativo, declinationis exordium sumimus, superius tractatum est, quod scientes de ceteris dice|mus.

Praeteritum imperfectum apud Latinos principium numquam movet, sed finem, ut 'amo amas amabam', 'doceo doces docebam', 'lego legebam', 'facio faciebam', 'munio muniebam'. et in prima quidem coniugatione a habet ante 'bam' - secunda enim persona in 'as' desinens abiecta s || assumit 'bam': 'amo amas amabam', 'meo meas meabam' -, in aliis vero omnibus e productam: 'docēbam', 'legēbam', 'audiēbam'. in quarta enim coniugatione est quando antiqui transmutantes locum voca-

2 uniformis (e) *Rr* aerbia (d) *D* 3 coniunctiones] *rk* coniuntiones *RK* 4 earum] *d* eorum *BHLKr et ni f. D* alia *H* 6 et in numeros *BDHG* et numeros et (in) casus *L* 8 quae *om. D* genera *in ras. B* 9 nec non] *k* nec nec *K* omnia] omna *R* 11 in princio *H* 12 fōturus *H* mōuturus *H* 13 "et in medio "et in fine *K* 15 sicut (a) nominatiuo *Kk* 16 .Superius *H* tractum *R* 17 dicamus *H* dm̄s *K* 19 sed] *r* de *R* ama(o) *D* lego] *r* lego legis *Rh* lego legi. *H* legebam *Rr* 21 secunda] *rb* secundae *R* se.uda *B* 22 adsumit *B* bam ut amo *Bd* 23 e *add. d* audiebam. quarta enim coniugā est *K* audiebam. Quarta autem coniugatio est *GL* 24 enim] tamen *in litura h*

lium pro i et e 'ei' diphthongum proferre solebant, quam postea in i longam verterunt, ut 'polībam' pro 'poliebam', 'munībam' pro 'muniebam'. in 'eo' vero desinentibus verbis eiusdem quartae coniugationis nec possumus aliter proferre praeteritum imperfectum nisi i ante 'bam' servantes, ut 'eo ibam', 'adeo adibam', 'veneo venibam', 'queo quibam'; nec mirum, cum haec verba ex secunda persona faciunt tam praeteritum imperfectum quam futurum ad similitudinem primae et secundae coniugationis; nam tertia et quarta coniugatio solet ex prima persona gignere tam praeteritum imperfectum quam futurum: praeteritum imperfectum mutatione 3 o in e productam et additione 'bam', ut 'lego legēbam', 'facio faciēbam', 'audio audiēbam', futurum mutatione o in 'am': 'lego legam', 'facio faciam', 'audio audiam', exceptis in 'eo' desinentibus, quae, sicut supra diximus, a secunda persona faciunt supra dicta tempora.

Praeteritum perfectum tres habet motus, in principio et in medio plerumque, non tamen semper, in fine vero semper; in principio et in medio et in fine: 'caedo cecīdi', 'cado cecĭdi'; in medio et in fine: 'decerno decrevi', 'porrigo porrexi'; in fine tantum: 'pando pandi', 'defendo defendi'. est etiam invenire quaedam verba, in quibus principium movetur et finis medio integro manente: 'mordeo momordi', 'tondeo totondi'.

Plusquamper|fectum eosdem motus habet, quos et praeteritum perfectum, a quo et nascitur.

Futurum principium quidem servat in omnibus verbis, finem autem movet, ut 'amo amas amabo', 'doceo doces docebo', 'eo is ibo', 'lego legam', 'audio audiam'.

Positio activorum vel neutrorum verborum in o desinit. et in prima 4 quidem coniugatione pares habet syllabas pri||ma et secunda persona: prima enim mutat o in 'as' et facit secundam, ut 'amo amas', 'meo meas', 'hio hias'. in secunda vero coniugatione prima persona in 'eo' desinit, quas in 'es' productam mutans facit secundam, itaque necessario una syllaba minor est secunda: 'doceo docēs', 'moneo monēs'. in tertia vero, si i ante o habuerit prima persona, abiecta o assumit s et facit secundam, itaque minuitur una syllaba, ut 'cupio cupis', 'facio facis', 'sapio sapis'. alia vero quacumque litera ante o posita o in 'is' convertens facit secundam, ut 'veho vehis', 'ruo ruis', 'lego legis', 'gero geris'.

1 ei] *r* & *R* proferrae *H* solebant] *r* solebam *R* 5 ueneo *ex* uenio *corr.* *H* uenio uenibam (*sic*) *sup. lin.* *G* ueniebam *RDH* queo *D* quiecbam *Rr* 8 tertia et quarta] *r* tertiae et quarte *R* tamen *Rr* 10 additione *Rr* facio *spscr.* *L* 11 futurum — audiam *add.* *r* ut lego *GL* 12 exceptis] *r* excemtis *R* *f.* exemtis 14 in medioum *Rr* 16 caedo] *d* cedo *RD* ut caedo *K* cecidi] cicidi *DGLKr* cedi *R* 19 integroa *K* 23 doceo *add.* *h* 24 audiebam *Rr* 26 habent *r* "persona "prima et secunda *K* 28 in e *Dd* quas] *r* quos *R* quam *h* 29 secundam] *r* secundum *R* 31 adsumit *B* faciet *Rr* 32 syllaba *ex corr.* *h* 33 quacumque] *r* quecumque *R* lytera *G* faciat *D*

Excipiuntur 'fero', 'volo', 'edo', quae inaequalem habent declinationem, ut 'Iuppiter Iovis', 'iter itineris', 'femur feminis'; sic etiam in verbis, ut 'fero tuli', 'volo vis vult', 'edo es est', de quibus non incongruum esse videtur in praesenti quae possumus rationabiliter tractare.

5 'Fero' per concisionem, id est syncopen, i literae secundam et tertiam facit personam: 'fero fers fert' pro 'feris ferit', quod puto differentiae causa fieri, ne, si 'feris ferit' diceremus, putaretur ab eo esse, quod est 'ferio feris', cum nulla scripturae esset differentia, quamvis temporum syllabicorum esset. hoc autem in multis solet fieri dictionibus, ut praeter regulam habeant declinationes vel accentus differentiae causa, ut 'coniunx coniugis' pro 'coniungis', ne verbum putetur esse, et 'nostrâs' ultima circumflexa quando est nominativus singularis ad differentiam pluralis accusativi. pluralia supra dicti verbi in prima et tertia persona se|cundum rationem tertiae coniugationis proferuntur: 'ferimus ferunt', in secunda vero per concisionem: 'fertis' pro 'feritis'. in praeterito quoque imperfecto et in futuro regulam servat tertiae coniugationis: 'ferebam feram feres feret'. in omnibus quoque aliis modis servat rationem eiusdem coniugationis, exceptis illis, quae solent a secunda persona nasci. in his enim servat eiusdem personae concisionem, ut || 'fers fer ferte ferto fertote ferrem ferre'. nam quae a prima persona accipiunt regulam, rectam declinationem sequuntur: 'fero ferebam feram'.

6 A 'volo' quoque secundam personam per concisionem l consonantis et mutationem o in e et adiectionem 'is' per diphthongum proferebant antiquissimi: 'volo veis' pro 'volis', sed 'ei' diphthongum in i longam postea converterunt more Boeotio. et possumus in hoc quoque dicere, quod in 'fero fers' verbo diximus, differentiae causa hoc esse factum, ne, si 'volis' diceretur, dativus et ablativus pluralis existimari posset nominis, quod est 'vola', vel quod in Graecis dictionibus plerumque Latini gaudentes brevitate faciunt concisiones, ut in vocativis in 'ie' desinentibus tam

1 edo uolo *B* 2 iupiter *D* iteneris *GLK* iteris *B* foemur feminis *H* 3 ingruum *K* 4 uidetur esse *L* possumus] *d* possimus *D* 5 consionem *Rr* (ci *supra*) est per syncopen *B* 6 fert] *l* fer* *L* 7 casa *Bb* (u *supra*) 8 ferio feris ferit cum *BGLK* nulla* scriptura* *K* esse *BD* 9 syllabicorum] *r* syllabarum *R* solet in multis fieri *B* 10 uel accentus uel *d* 11 pro coniugis *Rr* putaretur *G* 12 nominatiuis *Dd* *post* accusatiui *in mg.* a nra nominatiuo singulari *add. r* 13 et in tertia *G* 15 uero persona per *B* per concisionem per concisionem *L* pro feritis *om. R add. r* quoque perfecto *R* 16 futuro] *r* futuram *R* 17 serua *Rr* 18 illis ***** (illis) *L* persona *spscr. d* personasci *Rr* 19 ut *om. D* fertote *om. RB add. r* 20 rectam] *r* recta *R* 21 sequuntur] *r* secuntur *RBH* sequntur *K* feram *add. r* 22 secundam] *r* secundum *R* 23 mutatione *B* eiectionem *D* (ad *supra*) is] his *R* proferebat *B* 24 pro uolo uolis *L* volis] *r* ualis *R* dipthongon *B* 25 more boetio *B* more poetico *GL et in litura k* dicero *Rr* 26 uerbo *om. L* 27 et ablativus] uel ablatiuus *BDHr* 29 breuitati *RBGKl*

Graecorum quam Latinorum nominum: 'Palladi' pro 'Palladie' et 'Terenti'
pro 'Terentie', similiter 'Πολυδεύκης Pollux', 'διδῶ do', 'ἐμέ me', et in
nominibus literarum pro 'alpha', 'beta' 'a', 'b' dicentes, et in his ano-
malis verbis, quae sine dubio a Graecis sumpsimus: 'fero', 'volo', 'edo',
'sum' quoque per abscisionem i finalis et additionem s in principio loco as-
pirationis, sicut 'ἕξ sex', 'ἑπτά septem', 'ἥμισυ semis', et mutatione ει
in u: 'εἰμί sum', ut 'διδῶ do'; βούλομαι quoque forte brevitatis causa
'volo' fecerunt diphthongo mutata, ut 'βοῦς bos', ut 'πούς pes'. tertia 7
quoque persona per concisionem i profertur: 'volt' pro 'volit'. in hac
quoque o in u convertentes 'vult' dicimus, quamvis rationabilius sit 'volt'
dicere, quo magis vetustissimi utuntur. in pluralibus prima quidem per-
sona pro i u | habet paenultimam: 'volumus' pro 'volimus'. secunda vero per
concisionem i profertur tertiae personae singulari addita 'is', sicut in aliis
quoque solet verbis: 'amat amatis', 'docet docetis', 'legit legitis', 'fert
fertis', 'est estis', 'volt' vel 'vult' 'voltis' vel 'vultis'. tertia secun-
dum formam supra dictae tertiae coniugationis a prima persona o in 'unt'
conversa profertur: 'volo volunt'. per cetera quoque tempora indicativi
hoc verbum servat regulam tertiae coniugationis: 'volebam vo||lui volueram
volam voles volet'. in imperativo deficit; nec mirum, quippe corrupta se-
cunda persona indicativi, ex qua solet imperativi secunda nasci, tertia
quoque, quamvis in hac coniugatione ex prima persona indicativi fieri solet
mutata o in 'at': 'lego legat', 'dico dicat', 'fero ferat'. et poteramus
ab eo, quod est 'volo', dicere 'volat', tamen, ne dubitatio fieret signifi-
cationis, non est ab auctoribus usitatum; utimur ergo subiunctivo pro hoc:
'velis velit'. aliam quoque quidam rationem de hoc conati sunt reddere, 8

1 pro palladiae *R* et *om. GLK* 2 terentiae *D* terentiae *RB* terrentiae *H* terrentiae *L* ΠΩΥΛΥΛΕΥΚΗϹ *R* ΠΟΛΛΥΔΕΙΚΕϹ *G* ΠΟΛΟΛΟΔΕΙΚΕϹ *L* ΠΟΛΥΔΥΚΕϹ *K* polludeuces *B* polydeuces ΠΟΛΥΔΕΥΚΗϹ *Dd* polydeuces ΠΟΛΥΔΕΥΚΗϹ *Hh* διδῶ] *r* ΔΙΔΩ (Υ *superscr.*) *K* ΔΙΛΟ *R* ΔΥΛΩ *G* διδῶ do] ΔΙΛΟΔΩ *B* ΕΜΗ *G* ἐμέ me] ΕΜΕ̃ ΜΕ̃ *H* in omnibus *K* 3 lyterarum *G* et beta a. b. e. *B* in ^h^is *RD* 4 sumpsimus] *rb* sumsimus *RBL* 5 i finalis — mutatione *in mg. add. d* 6 sicut est *D* ⊢ΕΞΑ *DGLKr* ΕΞΑ *B* ΕΠΤΑ *B* ⊢ΕΜΙϹΥ *R* ΘΜΙϹΥ *B* ⊢ΕΜΥϹΥ *D* ⊢ΕΜΥϹΙ *GK* ⊢ΕΜΙϹΙ *L* ⊢ΕΙΜΥ* *H* ⊢Ε*ΜΥϹ *h* semi* *H* et] sed *B* mutationē *BD* ει] ei *BD* e *G* Ε *LK* 7 ei. mi. *B* ⊢ΕΙ̃ΜΙ̃ *D* ⊢ΕΜΙ (Ι *superscr.*) *Rr* ⊢ΕΜΙ *GLK* ut ⊢ΕΙ̃ΜΙ *H* ut] et *r* ΔΥΛΩ *GK* διδῶ do] *r* ΔΙΛΟd *R* ΔΙΛΩΛΟ *eras. in B* ΒΟΥΛΑΜΑΙ *G* ΒΟΥΛΟΛΑΙ *H* ΒΟΙΛΛΑΙ *R* ΒΟΥΛΑΜΩ *K* boilmai *L* causa *add. r* 8 ut *ante* πούς *om. DHGLK* ΠΟΥϹ pos pes *in litura K* ΠΩϹ (Υ *superscr.*) *Rr* ΠΟΙϹ *G* *post* πούς: ΠΟϹ *add. Hr* pos *BDGL cf. lib.* I § 34 pes] *h* pe* *H* 9 volt] *h* uult *BHGL* pro uolet *B* 10 volt] uolit *ex corr. h* uult *ni f. H* 12 vero] autem *HG* 13 consionem *R* uultertiae *R* 14 fer fertis *R* 15 voltis] *h* uolt *H* uel u^v^oltis *K* Tertiae *Rr* Tertia* (m) *B* 16 formulam *BH* persona indicatiui fieri solet o *B* 19 uolet. Imperatiuo *GLK* defecit *G* de|deficit *H* correpta *in litura b* 20 ex qu^a^o *RrD* secunda persona nasci *RDK* secunda perso^na^ nasci *Hh* 22 ^a^et *K* at ut lego *GL* 25 quidam] *r* quidem *R* de hoc rationem *L* reddere dicentes quod *BDHGLKr*

quod imperativus modus necessitatem significat, voluntas autem libera debet esse: itaque hoc verbum, quod carere debet necessitate, caret imperativo. ex hoc tamen compositum habet imperativum in secunda persona in i desinente: 'noli'. licet tamen et subiunctivo, ut supra diximus, uti pro imperativo, id est 'velis', 'fac velis'. in prima enim et tertia persona omnium verborum imperativus praesens similis est subiunctivo. optativus quoque eius verbi tam in praesenti sive in praeterito imperfecto quam in futuro similiter corrumpit regulam, ut 'vellem' et 'velim'. et praesentis quidem, quod et praeteritum est imperfectum, causa est corruptionis corruptio secundae personae indicativi, ex qua oritur, futuri vero synonymia, id est anceps significatio, quae fieret, si 'volam volas volat volamus volatis volant' diceremus. itaque pro 'volam' 'velim' auctoritas non irrationabiliter tradidit | dicere. et 'volim' tamen pro 'velim' proferebant. Cicero in II de natura deorum: quo facilius id, quod docere volimus, intellegi possit. alia vero omnia, quae a prima persona supra dictae coniugationis solent nasci, integram servant declinationem exceptis supra dictis synonymiae causa.

9 'Edo' quoque per syncopam [id est per concisionem] d literae facit secundam personam et per synaeresim e et i in 'ei' diphthongum coacta et 'ei' diphthongo in e productam conversa differentiae causa, ne, si 'eis' diceretur, aliud significa||re putaretur: 'edo ēs'. quod non dubito differentiae causa esse factum, ne, si 'edis' diceretur, dubitationem faceret scriptura, quomodo deberemus pronuntiare e, productam an correptam. huic opponitur: 'cur ergo in prima persona, cum similis esset dubitatio, hoc non est factum?' ad quod dicendum, quod, etsi concisio d literae facta esset, multo maior fieret erratio. si enim 'eo' diceretur pro 'edo', nulla esset.

1 necessesitatem *L* 3 tamen *om.* *GLK* 4 liquet *L* 5 persona plurali omnium *K* 7 huius *L* eiusdem *HK* tam *om.* *BDH* *add.* *bh* tam in praesenti sive] in praesenti tam *GL* sive] ** *K* sū *k* quam futuro *K* 8 currumpit *G* et nellim *Rr* 9 corruptionis corruptio secundae personae] *scripsi* corruptio secundae (saecundae *Rr*) personae *RB* corruptionis secunda persona *DGLK* corruptio(nis) secunda persona *Hh* 10 quo *Dd* synonimia *BHGLK* sinomina *D* sinonimia *d* 12 pro *in mg.* *K* inrationabiliter *B* 13 tamen *om.* *H* *inter* uelim *et* proferebant *ad mg.* antiqui proferebant *add.* *d* Cicero] *d* Caro *D* *Cicero de nat. deor.* II 32, 81 14 deorum *ex* rerum *corr.* *H* docere *Rr* volimus] *sic libri quidam Cic. Lambiniani, ex Prisciano f. interpolati* uolumus *libri Cic. tantum non omnes* uoluimus (*quod ex dittographia* uolumus *et* uolimus *ortum videtur Struvio lat. Decl. u. Conj. p.* 321) *Creuzeri Paris. alter.* '*sic saepe veteres Grammatici, quas in vitiatis exemplaribus suis sordes reperissent, pro archaismis venditant*' *Heindorfius ad Cic. l. l., quod non tantum ad veteres grammaticos pertinere docet censor Krehlii Ienensis l. l. p.* 422, *cui* uolimus *indicativi forma videtur esse* 15 omnia] *d* nomina *D* 16 solent — supradictis *add.* *r* 17 synonymiae] *d* synonimiae *B* sinonimiae *G* synonymia *D* 18 facit *om.* *L*, *post* secundam personam *sup. lin. add.* *G* 20 diphthongo] dyptongū *D* dyptongon *L* dipthongon *B* diceretur *om.* *G* 22 factum quomodo declinare debeas ne *LK* eidis *D* 23 opponitur] *k* apponitur *GK* 24 ergo] igitur *DHLK* 25 facta esset d litterae *GL* 26 multo] *d* multū *D* pro edo] praedo *H* proedo *h* *post* pro edo *sqq. usque ad* pro edo *om.* *R* *add.* *r*

non dico scripturae, sed nec temporis differentia inter 'eo is', et 'eo' quod pro 'edo' poneretur. itaque iure mansit integra prima persona. II 10
tertia vero nascitur a secunda addita t, quod in hoc solo et alio uno invenitur: 'sum es est'. et certum est, id quoque fieri differentiae causa, ne, si secundum proportionem aliorum verborum secunda persona s in t convertente tertia proferretur 'es et', ut 'doces docet', coniunctio, non verbum esse putaretur. non solum autem in omnibus aequalibus verbis secunda persona s in t vertit et facit tertiam, sed etiam 'fero' 'fers fert' facit, quod est inaequale. 'edo' tamen in plurali numero servat regulam tertiae coniugationis: 'edimus editis edunt'. similiter in praeterito imperfecto et futuro: 'edebam edam', et in omnibus, quae solent in hac coniugatione a prima nasci persona, hoc est in tertia persona imperativi: 'edat', et in futuro optativi, qui est etiam | subiunctivi praesens: 'edam edas edat'. in omnibus vero, quae solent a secunda nasci persona, corruptam 11
invenies regulam coniugationis, 'es' tamen productam, quam a secunda acceperunt persona, servatam ubique: 'ēs, est ēste ēsto ēstote ēssent ēsse'.

Nec mireris, si non ubique differentiam faciat vel defectionem anceps significatio; non solum enim in verbis, sed etiam in nominibus et aliis partibus orationis est quando faciunt differentiam vel accentuum vel literarum mutatione auctores, est quando non faciunt. ergo, quia de praeterito imperfecto loquentes anomalorum ratio coegit pluribus uti per medium verbis, breviter de il||lo repetamus, ut ad cetera facili via pervenire possimus.

Praeteritum imperfectum diximus a praesenti fieri sic: in prima quidem et in secunda coniugatione et quarta in 'eo' desinente a secunda persona ablata s finali et addita 'bam': 'amas amabam', 'doces docebam', 'is ibam'; in tertiae vero omnibus verbis et quartae in 'io' desinentibus

1 ^e^o is *Dd* 2 proedo *h* praedo *H* ponetur *GL* iurae *Rr* 3 t] *r* est *R* ·es·t· *BH* sol^o^a *Rr* et in alio *D* 4 ut sum *GL* certum *D* est *om. D* differentia *G* 5 proporcionem *D* *post* s in t *sqq. usque ad* s in t *om. R add. r* 6 tertia] tertia persona *d* proferretur] *d* proferetur *DGL* proferretur es et *in litura K* coniuntio *H* uerb••um (or) *B* 7 esse *om. R* in omnibus *om. GL* 8 sed ^etiam^ fero *K* 9 inaequale est *K* nume ^serual regulam^ tertiae *Rr* 11 futuro] *d* futurum *D* coniugatio *H* coniugationē *h* 12 "nasci "a prima *L* *post* persona: hoc est in tertia persona *om. R add. r* 13 apt^o^atiui *Rr* qui] *rd* quae *R* quid *D* est] *r* ēē *R* subiunctatiui *K* aedam *H* edas *om. D* 14 corrupta *B* 15 es *in litura K* producta *H* 16 seruata *H* ubique sernatam *GL* es. es. este *B* este] •••• *H* estote esteto *Rr* essent esse] essent uel essem esse *H* essem esset *D* 18 faciat differentiam *L* ^faciat^ •••• *D* facit *H* defec^t^ionem *Rr* 19 in nominibus et in aliis *k* in omnibus aliis *K* . et in aliis *L* 20 deferentiam faciunt *K* uel litterarum uel accentuum *B* 21 mutationē *BDH* ^et^ est *K* et est *L* 23 reppetamus *L* 25 ut diximus *b* fieri. Sic in *G* . sic *ex* sit *corr. K* 26 et secunda *K* 27 finalis *B* ut amas *h*

prima persona mutat o in e productam et assumit 'bam': 'lego legēbam', 'facio faciēbam', 'venio veniēbam'.
12 et in prima quidem coniugatione et tertia et quarta 'io' desinente una syllaba vincitur prima praesentis persona a praeterito imperfecto: 'meo meabam', 'dico dicebam', 'munio muniebam'; in secunda vero et quarta in 'eo' desinente pares habet syllabas: 'doceo docebam', 'eo ibam'. nec mirum, cum haec minuunt secundam personam una syllaba, sicut supra dictum est: 'doceo doces', 'eo is', prima autem pares habet in utraque persona syllabas: 'curo curas', tertia vero in omnibus aliis absque in 'io' desinentibus, ut 'lego legis', 'ruo ruis', 'traho trahis'. sed quamvis in 'io' desinentia solent minui in secunda persona tam tertiae quam quartae coniugationis: 'facio facis', 'aperio aperis', tamen non a secunda, sed a prima faciunt praeteritum imperfectum, sicut docuimus. |

DE PRAETERITO PERFECTO.

III 13 Praeteriti perfecti multiplices et variae sunt regulae. itaque commodum putavimus primo quae in eo generalia esse contemplati sumus disserere, postea vero per singulas syllabas tractare de eo.

Omne igitur praeteritum perfectum primam personam in i terminat: 'amavi', 'docui', 'dixi', 'comperi', et assumpta 'sti' facit secundam: 'amavisti', 'docuisti', 'dixisti', 'comperisti', t vero ascita et correpta i tertiam: 'amavĭt', 'docuĭt', 'dixĭt', 'comperĭt', 'mus' primam pluralem: 'amavĭmus', 'docuĭmus', 'dixĭmus', 'comperĭmus', i tamen paenultima correpta. secunda pluralis a sua singulari || fit addita s: 'amavistis', 'docuistis', 'dixistis', 'comperistis', tertia autem ex prima singulari nascitur, i finali conversa in e productam et addita 'runt' vel 're': 'amavērunt' vel 'amavēre', 'docuērunt' vel 'docuēre', 'dixērunt' vel 'dixēre', 'comperērunt' vel 'comperēre'.

Et nascitur hoc quoque tempus a praesenti, sicut mox docebimus, et

1 mutat o] *b* mutato *B* mutata o *RL* motata o *K* et *om. G* assummit *R* assumpta *GLK* adsumpta *BDH* 2 ueneiebam *Hh* quidem *om. L* 3 quartae *Rr* in io *LK* 5 munio munio muniebam *R* muniebam *Hh* uero coniugatione et *H* et in quarta in *BDGLKr* 6 syllabas doceo docebam eo is *R* *post* syllabas: doceo docebam — dictum est *add.*, docebam *in* doces *mut. r* docebam munio muniebam eo *K* 7 unam syllabam *r* 8 ″syllabas ′in utraque persona *G* 9 aliis *del. r* 10 soleant *BK* 11 tam *om. D* 12 non a secunda *in litura K* preteritum *in litura K* 14 de p̄terito perfecto omnium generaliter coniugationum *D* *inscr. unius lin. spatio rubricatori rel. om. H* 16 in eo *D* disserere] *rh* dissere *RH* 17 deo *RrD* 18 terminant *D* 19 complerі *Rr* adsumpta *B* 20 dixis complerisli *Rr* adscita *B* 21 tertam *K* complerit *Rr* pluralem addita amauimus (*fuit* addita *sc. gloss. ad* mus) *RB* 22 complerimus *Rr* 23 singulari sua *GL* amanuistis *H* 24 compleristis *Rr* 25 productam] *r* producta *R* ut amauerunt *GLK* ut amauaerunt *H* 26 amauero *Rr*

vel pares habet cum eo syllabas, ut 'iuvo iuvi', 'moneo monui', 'lego legi', 'munio munivi', vel minuitur una syllaba, ut 'facio feci', 'fugio fugi', 'venio veni', vel vincit una syllaba, ut 'oro oravi', 'curro cucurri'.

Si sint primae coniugationis, abundat praeteritum una syllaba: 'accuso accusavi', 'domo domui', 'sto steti', exceptis duobus: 'iuvo iuvi', 'lavo lavi'. antiqui tamen haec quoque secundum analogiam saepe proferebant, unde Terentius in eunucho:

Dum haec mecum †.puto, accersitur lavatum interea virgo

'lavatum' dixit, quod est a 'lavavi', pro 'lautum' vel 'lotum'. in secundae vero coniugationis et tertiae verbis in 'io' desinentibus et in omnibus quartae numquam crescit praeteritum perfectum, sed vel pares habet praesenti syllabas vel minuitur: pares, ut 'pareo parui', 'habeo habui', 'cupio cupivi', 'munio munivi', 'aperio aperui'; minuitur una syllaba, ut 'augeo auxi', 'ardeo arsi', 'video vidi', 'facio feci', 'comperio comperi'; in aliis vero omnibus verbis | tertiae coniugationis modo pares habet, modo una syllaba vincit, numquam autem minuitur: pares, ut 'ago egi', 'frango fregi', 'vinco vici'; vincit: 'credo credidi', 'accerso accersivi', 'occulo occului', 'curro cucurri'. et notandum est in omnibus verbis disyllabis, quibus interposita est consonans, quod, si pares sint in praeterito et in praesenti syllabae, paenultima vel natura vel positione producitur, sive sit in praesenti longa sive non, ut 'iŭvo iūvi', 'rĕgo rēxi', 'lĕgo lēgi', 'frāngo frēgi', 'scāndo scāndi', 'lūdo lūsi', exceptis 'scindo scĭdi', 'findo fĭdi', 'bibo bĭbi'. si enim pura sit paenultima, in plerisque corripitur etiam 15 in praeterito, ut 'luo lŭi', 'nuo nŭi', 'spuo spŭi', 'suo sŭi', 'ruo rŭi', 'eo ĭi' (invenitur et 'īvi'); in paucis producitur, ut 'struo strūxi', 'fluo flūxi', 'neo nēvi'. idem fit etiam, cum a trisyllabis prae||sentibus disyllaba fiunt praeterita, ut 'sedeo sēdi', 'video vīdi', 'facio fēci', 'capio cēpi', 'iacio iēci', 'augeo aūxi', 'ardeo ārsi', 'foveo fōvi', 'faveo fāvi'. in crescentibus vero, in quibus repetitio fit principii per praeteritum, paenultimae

3 ueni moneo monui uel *Dd* 4 abundant *Dd* habundat *R* 5 domo *del. r* 6 hoc *D* protulerunt (uel proferebant) *G* 7 *Terent. eun.* III 5, 44 8 reputo *Terentius* accersitur] *rd* accessitur *R* acersitur *DK* arcessitur *G* arce(s)situr *Ll* 11 coniugationis (et) tertiae *Rr* 12 habet pares *LK* praesentis *GLK* 13 par*ui (a) *R* habe(o) *Rr* 14 aperio (aperui) minnuitur una (uitur una *in litura r*) *Rr* 15 auge(o) *Rr* 17 minuitur *in litura k* ut *om. G* 18 uinci *RrH* vincit] *om. DGL* uincit una syllaba *RK* crescit. Vt *d* ut credo *Hr* arcesso *B* ac(c)erso ac(c)ersiui *Hh* arcesso arcessiui *LK* occulto *H* 19 notandum in *K* 20 (in) quibus *K* 23 fregi *add. r* scandali *Dd* scindi scindi (et findo fidi). Si *Rr* scindi *K* sci*di (n?) *H* et findo *BD* fi*di (n?) *H* 24 bibo bibi *om. BDGLK* et bibo bibi *d* penultima in plerisque pura sit *K* corpitur *R* 25 suo sui *om. G* 26 ut est struo *GLK* 28 caepi *H* coepi *B* 30 reppetitio *L* repititio *K* fit repetitio *G* et per *Rr* per *add. d*

vel antepaenultimae principalis syllabae praesentis tempora servantur in praeteriti paenultima, ut 'caēdo cecīdi', 'cūrro cucūrri', 'mōrdeo momōrdi', 'tōndeo totōndi', 'spōndeo spopōndi', 'fallo fefēlli', 'pēdo pepēdi', 'cădo cecĭdi', 'părio pepĕri', 'căno cecĭni', 'téndo teténdi', 'pōsco po-
16 pōsci'. excipiuntur 'pĕllo pepŭli', 'tăngo tetĭgi', 'pāngo pepĭgi', 'pūngo pupŭgi', 'dīsco didĭci', 'percēllo percŭli' et 'tūndo tutŭdi', unde Horatius in epistularum libro II:

Speratum meritis. diram qui contŭdit hydram.

Et in prima quidem coniugatione principium immobile manet in supra dicto tempore exceptis quattuor verbis: 'sto steti', 'do dedi', 'lăvo lāvi', 'iŭvo iūvi'. illa enim duplicant consonantem, haec vocalem in praesenti correptam paenultimam in praeterito perfecto producunt, quod in nullo alio supra dictae coniugationis accidit verbo. in | secunda vero et tertia in omni loco est, ubi invenimus moveri literas vel syllabas praesentis. per singulas igitur tam vocales quam consonantes per ordinem ostendemus solitas fieri mutationes.

A brevis modo manet eadem, ut 'căreo cărui', 'răpio răpui', 'văleo vălui', modo producitur: 'făveo fāvi', modo mutatur in e correptam, ut 'cădo cĕcidi', 'tăngo tĕtigi', modo in e productam, ut 'ăgo ēgi', 'făcio fēci', 'iăcio iēci', 'frăngo frēgi'. producta vero non mutabitur: 'rādo
17 rāsi', 'pāreo pārui'. et sciendum, quod, cum a brevis in e productam convertitur, vel disyllabum est tam praesens quam praeteritum, ut 'ăgo ēgi', 'frăngo frēgi', vel a praesenti trisyllabo praeteritum disyllabum fit, ut 'făcio fēci', 'iăcio iēci'; in e vero correptam ex contrario, quando a praesenti disyllabo praeteritum fit trisyllabum: 'cădo cĕcidi', 'tăngo tĕtigi'.

E correpta modo eadem manet, ut 'ĕgeo ĕgui'; modo producitur, ut

1 principalis syllabae] *sic etiam h. l. DH* principalisyllabae *B* praesentis tempora] *om. R* praesentis tempora principalis syllabae *BDHr* 2 praeteriti] *d* praeterito *BD* cado (ae) *Gg* cedi (ci) *Rr* cecidi (i) *Gg* c•ecidi(a) *H* cicidi *DLK* *post* cucurri: parco peperci pendeo pependi •••••••• *Dd* parco peperci *in mg. H* 3 tondo (e) *Hh* spospondi *K* 4 cano cecini pario peperi (pepiri *L*) *DHGLK* (pe)peri *Rr* tedendi *G* 5 pepi•gi *B* pepegi (i) *Gg* 6 percello perculi *om. L* et *K* tutundi (*sic*) *Dd* orā *K* *Hor. epp.* II 1, 10 7 in *del. r om. DHGLK* aepistolarum *K* 8 contudit] *k* contulit *K* 9 immobile principium *G* 11 iouo iuuo *H* dplicant *Rr* 12 in *ante* praeterito *add. h* praeteritum perfectum *Rr* 13 accidit *ex* accedit, *m1 f., corr. H* et in tertia in omni est ubi inuenimus loco *G* 14 in *om. B* 17 manet ut *B* eadem careo *K* 18 ualui eadem modo *B* favi] *h* faue *H* 20 non mutatur *H* 21 sciendum est quod *H* quod *add. b* 22 conuertitu(r) *Rr* tam praesentis *Rr* 23 trysyllabo *D* trisyllaba *L* praeterito *Rr* 24 correptam uero *Hh* 25 tryssyllabum *D* ut cado *G* 27 correptam *Rr* modo eadem modo *H* eadem modo *K* (ut) egeo *Rr* ego (e) *Dd* modo producitur *in mg. add. K*

'lĕgo lēgi', || 'sĕro sēvi', 'cĕrno crēvi', 'sĕdeo sēdi', 'vĕnio vēni'; modo mutatur in a productam, ut 'stĕrno strāvi'; modo in i correptam, ut 'ĕo ĭi'; productam, ut 'tĕro trīvi'; modo in u correptam, ut 'docĕo docŭi', 'monĕo monŭi'. producta si fuerit, in praeterito quoque producitur vel natura vel positione, ut 'cēdo cēssi', 'crēdo crēdidi'.

I correpta modo manet eadem, ut 'nĭteo nĭtui'; modo producitur, ut 'vĭdeo vīdi', 'cupĭo cupīvi'; modo in e convertitur vel natura vel positione longam: 'incĭpio incēpi', 'aspĭcio aspēxi'; modo in u, ut 'rapĭo rapui'. producta manet eadem, ut 'fīgo fīxi', 'rīdeo rīsi', 'nītor nīsus', 'fīdo fīsus'. 18

O correpta modo manet eadem, ut 'dŏceo dŏcui', 'cŏndo cŏndidi'; modo producitur, ut 'mŏveo mōvi', 'fŏveo fōvi', 'fŏdio fōdi'. o producta in quibusdam manet, ut 'ōro ōravi', 'dōno dōnavi', in aliis corripitur, ut 'pōno pŏsui', 'cōgo cŏegi'.

V correpta modo manet eadem, ut 'rŭo rŭi'; modo producitur natura vel positione, ut 'fŭgio fūgi', 'strŭo strūxi', 'flŭo flūxi'. producta quoque modo manet modo mutatur, ut 'excūdo excūdi', 'lūdo lūsi', | 'tūndo tŭtudi'.

'Ae' diphthongus in quibusdam manet: 'quaero quaesivi', 'laedo laesi'; in aliis mutatur in i productam: 'caedo cecīdi'.

'Au' manet eadem, ut 'augeo auxi', 'haurio hausi'; mutatur in uno anomalo in 'abs': 'aufero abstuli'. 19

B manet: 'bibo bibi', 'habeo habui'; mutatur in 'ps' vel duas s: 'scribo scripsi', 'nubo nupsi', 'iubeo iussi'. (quaeritur tamen de 'scripsi' et 'nupsi', cur non per b, sed per p scribantur; et est causa euphoniae, quod in principio syllabae b ante s vel ante t inveniri non potest, ut 'ipse', 'aptus'. nam 'absonus', 'abstinens' et similia non in principio syllabae habent coniunctas b et s, cum praepositio separatim est syllaba

1 sedeo sedi cerno creui *H* 2 productam sterno *L* correptam eo *G* 3 ii. Modo productam *B* in u *add. d* de[o]ceo *Dd* 5 caedo *H* ce[s]si *Kk* 6 I *in litura h* modo mamanet *R* eadem niteo *L* 8 longam [ut] incipio *Rr* ut incipio *BDHGLK* u] *r* ii *ni f. R* u correptam *Gh* 9 fi•go fi•xi *G* 10 [s]fidus *H* 11 mo[do] *Hh* condo condidi *eras. in H* 12 fo[d]ui *H* o productam *Rr* 15 eadem *add. bd* 16 str[u]o *Hh* 17 mutatur. manet ut *Kdh* excludo [uel s] excludi *G* excludo excludi *L* excludo exclusi (si *in litura k*) *Kk* [ex]cudi ludo lusi tundo [mutatur in u correptam ut pungo pupugi] *Dd* mutatur in u correptam *eodem loco spscr. h* lu•si(d) *L* 18 tutudi *Rr* 19 Ae dyptongus *d* Aegyptongus *D* ut quaero *GLKd* 20 le[s]xi *D* ut caedo *GLK* cecidi *B* cicidi *GLK et ex* cecidi *mut. D* 21 ha[u]rio *H* [h]aurio [h]ausi *D* 23 [in] ps *Bb* duas ss *r* ss *BDHGLK* 24 ut scribo *H* 25 et nupsi et nupsi *H* euphoniae] *d* euphonia *DHr* 26 b *om. L* uel t *G* 27 aptus] *d* abtus *D* abstinens [obtinens] et *Hh* *post* principio: eaedem *add. r* eadem *BGLK* ••dem *DH* eiusdem *dh* 28 syllaba *GLK* b [uel bt] et s *Hh*

accipienda. igitur participia quoque supra dictorum verborum rationabiliter per p et t scribuntur: 'scriptus', 'nuptus', et nomina ex his derivata: 'scriptor', 'nuptiae'.)

C modo manet, ut a 'doceo docui', 'facio fe||ci'; modo duplicatur, ut 'cano cecini', 'cado cecidi', 'caedo cecidi'; modo transit in s, ut 'mulceo mulsi', 'farcio farsi'; modo in x, ut 'duco duxi', 'sancio sanxi'.

D manet eadem: 'candeo candui', 'defendo defendi'; duplicatur: 'perdo perdidi', 'credo credidi'; transit in s: 'laedo laesi'; vel in duas s: 'cedo cessi'.

F manet: 'ferveo fervi', 'frango fregi'; duplicatur: 'fallo fefelli'.

G servatur eadem: 'egeo egui', 'lego legi'; vel mutatur in s, ut 'algeo alsi', 'turgeo tursi', 'mergo mersi'; vel in x: 'frigeo frixi', 'augeo auxi', 'tingo tinxi', 'pingo pinxi'; subtrahitur: 'gigno genui'.

H est ubi manet integra: 'habeo habui'; est ubi mutatur in x: 'traho traxi', 'veho vexi'.

L manet per se, ut 'oleo olui', 'alo alui', 'occulo occului'; vel mutatur in s, ut 'vello vulsi'; vel subtrahitur, ut 'percello perculi', 'pello pepuli'.

M manet: 'timeo timui', 'emo emi'; assumit 'ps': 'demo dempsi', 'como compsi', 'promo prompsi'; geminatur, ut 'mordeo momordi'; subtrahitur: 'rumpo rupi'.

N servatur eadem, ut 'moneo monui'; assumit s, 'maneo mansi'; mutatur in s: 'pono posui'; vel in 'ps': 'temno tempsi'; vel in u loco consonantis: 'sterno stravi', 'decerno decrevi'; subtrahitur: 'linquo liqui', 'vinco vici'.

P manet: | 'sapio sapui', 'rapio rapui', 'pareo parui', 'peto petivi'; repetitur: 'pello pepuli', 'parco peperci', 'pendeo pependi'; assumit s: 'repo repsi', 'scalpo scalpsi'; conduplicatur: 'reperio repperi'.

Q manet eadem: 'quaero quaesivi', 'queo quivi'; transit in s: 'torqueo torsi'.

1 rationabiter *G* 2 et nuptus et *GLK* ex his *om.* *GLK* deriuatiua *D* diriuatiua *G* 3 et nuptiae *GLK* 4 a *eras. in H* duplicautur *H* 5 caedo cicidi *DGLK* caedo caccidi *H* 8 ut perdo *GLK* credidi] credi *B* duas .ss. *BDH* 9 ut cedo *GK* ut c•edo (a) *L* caessi *L* 10 ferbeo *DHGLK* fervi] *r* feruui *RB* ferbui *DHGLK* ut *ante* fallo *in mg. add. K* 12 turge(o) *Dd* uel *om. GL* 13 subtraitur *RD* 14 (ubi) ••• *L* habeo *Rd* (ut) ut traho *B* 16 L littera *B* alo alui *post* occului *add. r* occulo — vulsi] occulo occusi *G* 17 subtraitur *D* 19 ut timeo *GLd* emui *D* adsumit *B* 20 co(p)si *D* promsi *DL* 21 subtra(h)itur *D* ut rumpo *K* 22 adsumit s ut *B* 23 tem•uo(p) *K* tempno *B* 24 consantis *L* consonantis (posita) *H* consonantis posita *G* li•qui(n) *H* 25 uinci *D* ui•ci(n) *H* 26 sapiui *GL* 27 reppetitur *L* pendeo pepen(i)deo *Dd* penpendi *H* adsumit *B* 28 duplicatur *D* 29 queo *D* *post* transit in s *sqq.* — transit in is *om. R add. r* ut torqueo *K*

R manet: 'curro cucurri', 'terreo terrui'; transit in s: 'quaero quaesivi', 'uro ussi', 'haurio hausi'; vel in u loco consonantis: 'tero trivi'.

S manet: 'censeo censui', 'arcesso arcessivi'.

T manet: 'verto verti'; transit in s: 'mitto misi', 'concutio concussi'.

X manet: 'texo texui', 'nexo nexui'.

Sunt igitur formae generales praeteriti perfecti octo: in 'vi' syllabam, IIII 21 'ii', 'ui' divisas, 'si', 'xi' et i antecedente consonante, quae in praesenti tempore ante o vel 'eo' vel 'io' invenitur, et quae in principio geminat consonantem et quae in fine.

Et in 'vi' qui||dem quattuor coniugationum sunt verba, quae terminant praeteritum, ut 'amo amas amavi', 'fleo fles flevi', 'cupio cupis cupivi', 'munio munis munivi'.

In 'ii' vero tertiae et quartae, quae in 'ivi' desinentia intercepta u consonante corripiunt i paenultimam, ut 'cupivi cupĭi', 'arcessivi arcessĭi', 'sivi sĭi', 'munivi munĭi', 'audivi audĭi'.

In 'ui' divisas omnium coniugationum verba inveniuntur terminantia: primae, ut 'tono tonas tonui', 'seco secas secui'; secundae: 'teneo tenes tenui', 'habeo habes habui'; tertiae: 'annuo annuis annui', 'pono ponis posui', 'alo alis alui'; quartae: 'aperio aperis aperui', 'prosilio prosilis prosilui'.

In 'si' secundae et tertiae et quartae; secundae: 'ardeo arsi', 'rideo risi', 'suadeo suasi'; tertiae: 'ludo lusi', 'cedo cessi', 'uro ussi', 'scalpo scalpsi'; quartae: 'raucio rausi', 'haurio hausi', 'farcio farsi'.

In 'xi' similiter secundae et tertiae et quartae; secundae: 'augeo auxi', 'frigeo frixi', 'mulgeo mulxi'; tertiae: 'duco duxi', 'pingo pinxi', 'coquo coxi', 'vivo vixi'; quartae: 'sancio sanxi'.

I habent post consonantem ante o vel 'eo' vel 'io' praesentis tem- 22 poris et in prima, ut 'iuvo iuvi', 'lavo lavi'; et in secunda, ut 'prandeo prandi', 'sedeo sedi', 'video vidi', 'foveo fovi'; et in tertia: 'bibo bibi', 'lego legi', 'defendo defendi', 'fugio fugi', 'fodio fodi'; et in

1 ut curro *d* 2 usi *LK* consonantis *add. r* ut tero *G* 3 ut censeo *Gd* anseo *D* arcessivi] *h* arcersini *H* 4 ut uerto *r* uerti*(t) *B* mi*to mis*i (t-s) *L* concusi *K* 5 ut texo *d* texeo *B* 6 DE FORMIS PRETERITI PERFECTI. *inscr. B* 7 in ii in ui *Krd* si et xi *B* in si in xi et in i *d* consonante qui in *H* consonante que in *h* 10 sunt coniugationum *B* 12 munini. In secunda uero et tertiae *B* 13 in ivi] in ui *DK* u *om. G* 14 penultimam *D* ut *om. GLK* 15 sini sii *om. BD* 16 inueniuntur uerba *K* tamen terminantia *Rr* 17 ton*o ton*as *L* ut teneo *LK* 19 posuit *K* aperio aperis aperui prosilio prosilis prosilui *H* 21 secundae [et] tertiae *Rr* 22 suadeo sasi *G* tetiae *R* caedo *R* cesi *K* ussi] *r* usi *RLK* 23 raucio] *r* rautio *RDH* hausi] ausi *B* far[c]tio *Rr* 24 aus[xi] *Rr* 25 mul[g]ceo *Kk* mulgeo mulxi *om. L* mul[x]si *Dd* mul*xi(i) *H* coquo *ex* quoquo *corr. R* co[c]co *GLK* 26 santio *Rr* uincio uinxi *post* sanxi *add. Hd* 27 consonantem positam ante *h* uel eo uel eo uel io *Rr* 28 et *add. R* lauo la|ut prandeo, *in mg.* ui et in secunda *add. K* 29 fovi] fodi *R* 30 bi[bi] *Rr* deffendo *G* defendi *spscr. r*

quarta: 'reperio repperi', 'comperio comperi'. geminant consonantem in | prima quidem coniugatione duo monosyllaba: 'do dedi', 'sto steti'; in secunda principales modo syllabas: 'mordeo momordi', 'tondeo totondi'; in tertia alia principales, alia finales: principales quidem, ut 'disco didici', 'cano cecini', 'pello pepuli'; finales vero, ut 'credo credidi', 'vendo vendidi'.

Formis igitur generalibus praeteriti cognitis nunc necessarium esse existimo de paenultimis quoque uniuscuiusque formulae syllabis generaliter tractare. non minus enim hae quoque ad omnem rationem declinationis tam praeteriti perfecti quam plusquamperfecti nec non etiam participiorum eiusdem temporis necessariae sunt.

23 In 'ui' terminantium omnis paenultima || longa est vel natura vel positione, et vel in praesenti quoque habent u loco consonantis, ut 'iuvo iūvi', 'lavo lāvi', 'moveo mōvi', 'caveo cāvi', 'paveo pāvi', 'faveo fāvi', 'foveo fōvi', 'voveo vōvi', 'volvo vōlvi', 'solvo sōlvi'; vel a secunda persona praesentis nascuntur abiecta s et assumpta 'vi': 'amas amāvi', 'oras orāvi', 'fles flēvi', 'comples complēvi', 'cupis cupīvi', 'audis audīvi'; vel pro n vel r vel 'sc', quae in praesenti tempore inveniuntur ante o, u habent loco consonantis principalem extremae syllabae in praeterito perfecto, ut 'sino sīvi', 'decerno decrēvi', 'tero trīvi', 'quiesco quiēvi', 'pasco pāvi'.

24 Et primae quidem coniugationis et tertiae verba in 'vi' syllabam facientia praeteritum perfectum, quae a prima persona nascuntur, pares habent tam in praesenti quam in praeterito perfecto syllabas, ut 'iuvo iuvi', 'lavo lavi', 'sterno stravi', 'sino sivi', 'tero trivi', 'ascisco ascivi', excepto 'quaero quaesivi', 'pono posivi' antique, quod nunc dicimus 'posui'. quae vero a secunda persona nascuntur, superant in praeterito eandem secundam personam una syllaba, ut 'accusas accusavi', 'deles delevi', 'cupis cupivi', 'munis munivi'.

1 repperio *D* repperio *K* reperi (p *sup.*) *G* 2 coniugatione *om.* *K* coniugacione *D* 3 principales monosyllabas *B* modo *om.* *GLK* modo (tantum *sup.*) *Rr* tantum *in mg.* *h* tontondi *G* 4 tertiae *Rr* aliae *K* aliae *RBDH* aliae *K* aliae *RBDH* ut disco ut didici *R* 7 praeteriti] *r* preteritis *R* * esse(÷) *H* 8 exestimo (i *sup.*) *G* 9 minus (enim *sup.*) *Hh* hae] *om.* *LK* hec *B* he*(c) *D* .i. penultima *post* quoque *add.* *R* *unc. incl.* *r* racionem declinacionis *D* 10 praeteri *R* 11 eiusdem temporum *K* 13 iugo (u *sup.*) *Rr* 14 lauo laui *om.* *GLK* moveo movi] moneo monui *G* paueo paui *om.* *D* paueo — uoui *om.* *BHGLK* faueo — uoui *sup. lin. add.* *D* 16 et abiecta *K* et adsūta *b* et absumpta *D* et addita *B* amo amas *G* ut amas *d* oro oras *G* 17 *oraui *H* fleo fles *G* 22 coniugacionis et terciae *D* syllabam] *r* syllaba *R* faciencia *D* 24 praesenti] *r* preusenti *R* quam et in *R* 25 lauo lauo laui *K* siuo (n *sup.*) *D* sino sino *L* tro *L* adscisco adsciui *B* adscisui *D* 26 pono .s. posiui (i *sup.*) *D* posivi] *r* posui *RH* posui dicimus *B* 27 nauscuntur (s *sup.*) *D* 28 deler *Rr*

Secundae vero, quae u loco consonantis ante 'eo' habent, producunt paenultimam, quae in praesenti corripitur, et 'eo' in i convertentia una syllaba minuuntur in praeterito perfecto, ut 'căveo cāvi', 'mŏveo mōvi', 'păveo pāvi', 'vŏveo vōvi', 'făveo fāvi', 'fŏveo fōvi'.

In 'ui' divisas praeteritum perfectum exire in omni coniugatione invenitur, et si vocalis sit paenultima ante | o in praesenti, pares habet syllabas eius praeteritum. inveniuntur autem eiusdemmodi verba in secunda vel 25 tertia vel quarta coniugatione, ut 'doceo docui', 'moneo monui', 'rapio rapui', 'annuo annui', 'aperio aperui', 'cooperio cooperui'; sin vero consonans sit ante o in praesenti, praeteritum una syllaba abundat, quod in prima quidem coniugatione in omnibus in 'ui' divisas terminantibus praeteritum invenies, ut 'domo domui', 'veto vetui', 'sono sonui', 'seco secui'; in tertia vero hoc idem observatur || in iis omnibus, quae non habent vocalem ante o, ut 'occulo occului', 'tremo tremui', 'pono posui', 'succino succinui', quod in secunda vel quarta coniugatione non potest inveniri, cum haec i, illa e semper habent ante o finalem. et attendendum, quod paenultimae vel antepaenultimae praesentis tempora servant in huiuscemodi praeterito, sive pares habeant syllabas sive abundent, ut 'dŏmo dŏmui', 'vĕto vĕtui', 'trĕmo trĕmui', 'nōlo nōlui', 'pāreo pārui', 'cāndeo cāndui', 'hăbeo hăbui', 'apĕrio apĕrui', excepto uno: 'pōno pŏsui', quod cum in praesenti producit paenultimam 'po', in praeterito eandem antepaenultimam factam corripit; nec mirum, cum solum hoc in 'no' desinens et n in s mutavit in praeterito et in 'ui' divisas terminavit et, sicut supra diximus, veteres in 'vi' quoque syllabam hoc protulerunt. omnis autem 26 paenultima supra dictae formae (hoc est in 'ui' divisas desinentium) corripitur; raro enim in Latinis dictionibus vocalem paenultimam ante alteram vocalem productam invenies. ideo autem diximus 'raro', quia in 'fio' verbo auctores producunt paenultimam, ut Virgilius in bucolico:

Omnia vel medium fīant mare; vivite silvae,

1 ante.o [.e] *Rr* 2 paenultimam] *om. R* penultimam *sup. lin. add. r* antepenultimam *BD* antepeneultimam *G* corrumpitur [i] *Dd* conuertencia *D* 3 minuuntur. Inueni *H* praeterito] *r* preteriti *R* 4 paueo paui uoueo uoui *om. BHGLK* 5 exire *om. D* 7 eius] ei *HK* autem] tamen *B* eiusmodi *BDHGLK* vel] et *GLK* 8 tercia *D* vel] et *K* coniugacione *D* 9 adnuo adnui *B* 10 sillabundat [.baha] *R partim a pr. m., partim ab r corr., a qua m.* ha *profectum est, quod tamen et ipsum iam a pr. m. add. videtur fuisse* 11 coniugacione *D* in ui *add. r* 13 his *libri* 15 sucino sucinui *K* succinui *om. L* succinjui *D* 16 illa e] ille *B* habent *Dd* attendum [den] *Kk* adtendendum *B* 17 quod in penultimae uel antepenultimae praesenti *R* vel] et *K* 18 habent *GLK* *abundent(h) *H* habundent *RD* 19 molo molui *K* 20 uno *om. GLK* 21 in *om. R* penultimam (*sic*) *add. d*, *om. DHGLK* 22 corripit] *r* corripuit *R rell.* in o *K* desinens n [o] *H* 24 autem] enim *G* 25 est ui *L* divisas] disas *G* 28 verbo] u (*i. e.* uero) *L* autores *D* ut *om. G* *Verg. ecl.* 8, 58 (*deficit Rom.*) 29 Omnia aut uel *Hh* fiat *Med. Pal. Gud.* uiuitae *D Med.* diuite *B* sylnae [i] *K* syluae *H*

in 'ius' enim terminantis genetivi paenultima anceps est. in Graecis autem dictionibus saepe hoc invenitur, ut 'Menelāus', 'spondēus', d ī a C a m i l l a.

V 27 In 'si' terminantium perfectum paenultimae vel natura vel positione producuntur. na|tura, ut 'rideo rīsi', 'ludo lūsi', 'raucio rausi', 'haurio hausi'; positione vel geminata s, ut 'gero gĕssi', 'cedo cĕssi', 'premo prĕssi', 'uro ŭssi', 'percutio percŭssi'; vel l n r p ante 'si' positis, ut 'algeo ălsi', 'maneo mănsi', 'ardeo ărsi', 'tergeo tĕrsi', 'repo rĕpsi', 'scalpo scălpsi'. et secundae quidem vel quartae minuunt unam syllabam in praeterito, ut 'rideo risi', 'suadeo suasi', 'urgeo ursi', 'ardeo arsi', 'farcio farsi', 'raucio rausi', 'sarcio sarsi'; tertiae vero pares habent tam in praesenti quam in praeterito, nisi si vocalem habeat ante o, ut 'ludo lusi', 'mitto misi', 'rado rasi', 'rodo rosi'. si enim vocalem habeat, minuit ea || quoque unam syllabam, ut 'concutio concussi', 'excutio excussi'; secunda enim quoque et quarta ideo minuunt, quia vocales habent ante o.

28 In 'xi' terminantia praeteritum perfectum secundae et tertiae et quartae coniugationis inveniuntur. et tunc tantum natura quoque producunt paenultimam, quando sit e, ut 'rego rēxi', 'tego tēxi', 'illicio illēxi'. in aliis enim positione sunt longae tantum, ut 'traho trăxi', 'vincio vĭnxi', 'duco dŭxi', quod ostenditur esse correptum ex nomine, quod ab eo derivatur et corripitur, 'dux dŭcis', sicut 'rēxi' produci approbatur ex nomine, quod ab eo nascitur, 'rex rēgis'. (quaeritur igitur, an 'luceo lūxi' debeat natura producta accipi, cum 'lūx' producatur. in quo etiam illud quaeritur, nomen a verbo an magis ex nomine verbum natum sit, quod esse mihi verius videtur, quomodo ab igne 'igneo' et 'ignesco' et a flamma 'flammo'.)

29 Quae praesentis temporis consonantes servantia ante o vel 'eo' vel 'io' positas easdem ante i habent finalem in praeterito, paenultimas vel natura vel positione habent productas, sive sint in praesenti correptae sive productae, ut 'iŭvo iūvi', 'lăvo lāvi', 'vĭdeo vīdi', 'sĕdeo sēdi', 'făveo fāvi',

1 anceps est ut unius. *R* 2 ut *om. GLK* menilaus *L* dia Camilla] *Verg. Aen.* XI 657 *cf. lib.* II § 46; *sic d* dica illa *D* 4 perfectum] praeteritum *K* uel naturae *Rr* 5 . Natura *in mg. add. K* . Natura est ut *B* rauci[o] *Rr* 6 [h]ausi *Rr* praemo *H* praemo praessi *Rr* premo pressi *B* 7 ussu *Rr* percussio *D* uel l uel n uel r uel p *Lk* uel n uel l uel r uel p *GK* l *add. r* 8 tergeo ter.geo.si *H* 10 urgeo *H* ursi *Rr* fartio *Rr* 11 rautio *Rr* sartio *Rr* habent sillabas *h* 12 si] *r om. RDH del. l* habeant *HGLK* ante o *in ras. B* 13 missi *D* mi∗si(s) *L* enim i uocalem *B* habeant *HL* minuit *H* (*h?*) ∗14 una syllaba *H* concutio concusi∗ *K* 15 quarte *D* qui[a] *Dd* 19 positiones *B* sunt longe positione *K* longuae sunt *G* 20 ab eo] abeo *r* habeo *RD* 21 ex quo nomine quod *B* 22 quod habeo *RrD* dirivatur uel nascitur *K* 23 ∗∗debeat (de) *L* 24 a] ex *GLK* 25 uerius *om. GK* 28 positas easdem posita *Rr* habeant *K* et uel natura *B* 29 positionem *Rr* productas habent *K*

'lĕgo lēgi', 'defĕndo defēndi', 'fŏdio fōdi', 'fŭgio fūgi', 'vĕnio vēni'. excipiuntur | quae in praesenti paenultimam i habent correptam eamque servant in praeterito quoque paenultimam. ea enim non producitur in praeterito per hanc formam, etiamsi in praesenti positione fit longa, ut 'bĭbo bĭbi', 'fīndo fĭdi', 'scīndo scĭdi'. et sciendum, quod in his quoque in 'eo' vel in 'io' desinentia verba una syllaba minuuntur in praeterito, ut 'sedeo sēdi', 'foveo fōvi', 'moveo mōvi', 'paveo pāvi', 'prandeo prāndi', 'venio vēni', 'reperio rēppĕri', quod notandum est, quod antepaenultimam, non paenultimam produxit positione; alia vero pares habent syllabas cum praesenti, ut 'iuvo iūvi', 'lego lēgi', 'frango frēgi', 'defendo defēndi', 'ago ēgi'.

Repetunt consonantes primae quidem coniugationis duo monosyllaba: 'do dĕdi', 'sto stĕti', et ex his composita: 'reddo || reddĭdi', 'resto restĭti'; habent autem paenultimas breves. secundae vero in principio repetunt quaedam et habent paenultimas positione longas, sicut in praesenti antepaenultimas, ut 'tōndeo totōndi', 'mōrdeo momōrdi', 'spōndeo spopōndi', 'pēndeo pepēndi'. tertiae autem quaedam in principio repetunt, quaedam 30 in fine: in principio repetentia, si in praesenti paenultimam brevem habuerint, in praeterito quoque corripiunt eam: 'cădo cecĭdi', 'căno cecĭni', 'parĭo pepĕri'. sin longa sit in praesenti, paenultima naturaliter in praeterito quoque producitur, ut 'caēdo cecīdi', 'pēdo pepēdi'. sin positione sit in praesenti paenultima longa, est quando servatur in praeterito, est quando abiecta consonante corripitur; servatur in his: 'pōsco popōsci', 'pārco pepērci', 'fāllo fefēlli', 'tēndo tetēndi', 'pēndo pepēndi', 'cūrro cucūrri'; abiecta consonante corripitur in his: 'dīsco didĭci', 'pēllo pepŭli', 'tāngo tetĭgi', 'pāngo pepĭgi', 'pūngo pupŭgi', 'tūndo tutŭdi'. et attendendum, quod omnia ea, quae geminant principalem, servant non solum consonantem, verum etiam vocalem primae syllabae praesentis temporis tam in prima quam in secunda syllaba, nisi si a sit; ea enim in e con-

1 fodeo *K* fodio fodi] foueo foui *D* fodio fodi foueo foui *H* foueo foui fodio fodi *B* 2 quae] *d* quoque *D* eamque] *r* eamquae *R* 4 etsi *R?* praesenti sit positione longa *G* sit *BDHLK* 7 moui *add. r* 8 repperi *K* non penultimam (*sic*) *add. d* 9 *post* positione *in H interposita sunt duo folia, quae continent verba ab* a ferneo § 42 *usque ad* ualidior usus § 50 10 diffendo diffendi *K* 11 Reppetunt *L* 12 do *add. r* et *add. rd* redo redidi (d d *suprascr.*) *Rr* resti (ti *suprascr.*) *Dd* resteti *k* 13 repetunt in principio *G* reppetunt *L* 15 totondi] *b* totond• *B* 16 pendo *R* reppetunt *L* 17 in fine: in principio repetentia] *d* et habent penultimas positione *ad praecedens* quaedam in principio repetunt *revertens D del. d* reppetentia *L* 18 caueo *Rr* 19 peperi *K* pepiri *G* si (n *suprascr.*) *Rr* Si *D* 20 cedo *RD* cecidi (i *suprascr.*) *DG* cedi (ci *suprascr.*) *Rr* cicidi *LK* pepidi *B* 21 est qn• seruatur *K* 22 servatur] *d* seruate *D* 23 tendeo *RrD* tetendi *ex* tetendo *corr. H* pendeo (e *suprascr.*) *Rr* pendo pependi *Hh* 24 didi•ci (d) *L* 25 panguo *K* pepigi *ex* pepegi *ni f. corr. K* adtendendum (den *suprascr.*) *B* adtendum (dum *suprascr.*) *Rr* adtendentem *Dd* 26 principalem syllabam *L* 28 si *om. DGLK* si•(t) *H* sit .a. *GL* conuertitur — disco *add. r*

vertitur, ut 'posco poposci', 'tendo tetendi', 'pendo pependi', 'curro cucurri', 'disco didici', 'pungo pupugi'; excipitur 'pello pepuli'. a vero in e mutatur, ut 'fallo fefelli', 'parco pe|perci', 'tango tetigi', 'pango pepigi', 'cano cecini', 'cado cecidi'. et vide, quod, si paenultima longa sit, ea quoque servat e, ut 'parco pepērci', 'fallo fefēlli', sin brevis, in i convertitur: 'tetĭgi, pepĭgi, cecĭdi, cecĭni'.

31 In hac enim coniugatione (id est tertia) etiam in fine fit repetitio eiusdem syllabae ubique paenultima correpta: 'vendo vendĭdi', 'credo credĭdi', 'reddo reddĭdi'. et sciendum, quod una syllaba abundat praeteritum, in quo fit repetitio principalis vel finalis, tam in prima quam in tertia coniugatione, nisi si i sit ante o, ut 'do dedi', 'sto steti', 'resto restiti', 'curro cucurri', 'parco peperci', 'cano cecini', 'caedo ce||cidi'; 'pario' vero, quia i habuit ante o, pares habuit syllabas tam in praesenti quam in praeterito perfecto: 'pario peperi'.

DE PRAETERITO PERFECTO PRIMAE CONIVGATIONIS.

VI 32 Quoniam igitur de generalibus praeteriti perfecti temporis verborum formis collectim docuimus, nunc separatim per singulas coniugationes de variis eiusdem temporis speciebus, cuius difficillima est tractatio omnium verbi quaestionum, disserere conemur.

Primae coniugationis verba a secunda persona indicativi modi, quae in 'as' desinit, tam in activa quam in neutrali significatione abiecta s et addita 'vi' faciunt praeteritum perfectum, ut 'amo amas amavi', 'oro oras oravi', 'accuso accusas accusavi', 'meo meas meavi', 'hio hias hiavi', 'flo flas flavi', 'no nas navi'. excipiuntur haec, quae in 'ui' divisas faciunt praeteritum subtracta a: 'domo domas domui', 'crepo crepas crepui', 'frico fricas fricui', 'mico micas micui', 'seco secas secui', 'sono sonas sonui', 'tono tonas tonui', 'veto vetas vetui'. 'plico plicas plicui' vel 'pli-

1 pendo pependi (e *sup.*) *Hh* 2 pu•pugi *K* pupugi. tundo. tutudi. Excipitur *B* 3 mutantur *D* ut *om. K* *post* peperci: uel in i *add. h* pepigi *ex* pepegi *corr. H* 4 pario peperi *post* cecidi *add. d* quod *add. b* penultima praeteriti *Hd* 6 ut tango. tetigi. pango. pepigi. cado. cecidi. cano. cecini. *B* cecini cecidi *K* 7 hac eadem (enim *sup.*) *Rr* enim *eras. in B* reppetitio *G* reppititio *L* 9 reddodi (i *sup.*) *K* scyllaba *H* habundat *RBD* 10 reppetitio *L* 11 si *om. G* resteti *K* 12 cedo *RB* cado *D* cicidi *GLK* 14 peri *R* pepiri *H* 15 DE PRAETERITO PRIMAE CONIVGATIONIS *r et post* conemur *lin.* 19 *D* huc usque de praeterito perfecto tractauimus. Incipit tractare (tracta[re] *L*) de coniugationibus. *GL* Huc usque de praeterito perfecto tractauimus. incipit de coniugatione *K* VSQVE HVC DE PRAETERITO PERFECTO *sq. totius lin. litura H inscr. om. R* 16 temporibus (s *sup.*) *Rr* 17 singulas *ex* singulos *corr. H* 18 dificillima *G* tratatio *R* 20 uerba secunda *GK* 21 hactiua *Rr* 22 •ui(a?) *H* ama[s] *Rr* oro — meavi] *om. R add. r, post* meaui: propino proinas (*sic*) propinaui. Iuuenal. I. hiscere tamquam habeas tria nomina quando propinat (*Iuv. sat.* I 5, 127) *al. m. add. in R* 23 flo flas flaui hio hias hiaui *B* 24 haec qua[e] *Rr*

cavi', quod maxime ex compositis dinoscitur. nam cum praepositione magis per 'ui' divisas, cum nomine vero compositum per 'avi' terminat perfectum, ut 'implico implicui', 'applico applicui', 'explico explicui', 'replico replicui', 'complico complicui'; 'duplico' vero 'duplicavi', 'triplico triplicavi', 'multiplico multiplicavi'. invenitur tamen etiam cum praepositione in 'avi' faciens praeteritum, sed in raro usu. Pacuvius:

Qua te adpli|cavisti tam aerumnis obruta.

Cicero rhetoricon II: quod in itinere tam familiariter se adplicaverit. Varro de poetis libro I: deinde ad Siculos se adplicavit. 'cubo' quoque 'cubui' facit, a quo composita tam primae 33
quam tertiae coniugationis inveniuntur, eundem tamen habent perfectum: 'incubo incubas incubui' et 'incumbo' adiecta m 'incumbis incubui'. 'nexo' quoque 'nexas' vel 'nexis', ut Probo placet, 'nexui'. Virgilius tamen in V:

Nexantem nodis seque in sua membra plicantem,

secun||dum primam protulit coniugationem. Livius vero in Odissia:

Nexebant multa inter se flexu nodorum
Dubio.

Accius in Deiphobo:

Nos continuo ferrum eripimus, omnibus manicas neximus.

1 maxime in compositis *BD* 2 compositinum *R* 3 applic*ui(a) *H* replico replicui explico explicui *GK* repplico rep(p)licui explico explicui *L* 5 mulplicaui *H* Inueniuntur *H* 6 raro in *G* pacubius *GLK* *Pacuv. fr. fab. inc.* 28 *p.* 152 *Both.* VII *p.* 103 *Ribb.* 7 Qua] *B et sic ex uno Krehlii codice Ribbeckius l. l.* quae *B ex corr. cum reliquis omnibus* adpli(a)cuisti *Hh* applicauistl *RBDGLK* tam] *ms. G. I. Vossii, edd. ante π, Vossius castig. et not. p.* 118 tamen *mei omnes* obruta *ex* obrutis *corr. B* orruta *GL* abruta *K* 8 *Cic. de inv.* II 13, 43 rethoricon *DGL* in *Cicero, om. libri Prisc.* itenere *GLK* se tamen familiariter *Cicero* applicauerit *RBHGK* applicaueris *L* applicarit *Victorinus p.* 131 *Or.* 9 Varro de poetis libro I] *p.* 260 *ed. Bip.; Plautum significari, qui* 'dicitur' 'ad exemplar Siculi properare Epicharmi' (*Hor. epp.* II 1, 57 *sq.*) *perspexit Bergkius de rell. com. Att. ant. p.* 148. *Varronem in primo hoc libro de Plauto egisse docet Gellius* I 24, 3 *cf. Ritschelium mus. phil.* VI 515 se ******* applicauit *H* applicauit *RBGLK* 10 prima(e) *Rr* 11 quam tertiae *ex corr. h* 12 adiecta] *b* abiecta *B* 13 nexas *ex corr. r* *Prob. de cathol. verb. p.* 1487 *P.* 142 *L.* *Verg. Aen.* V 279 15 Nexantem] *sic. etiam Rom.* Nixantem *Pal. Ver. Gud.* Nix(*le)antem *Med.* Nexantem nodos *Verg. codd. dett.* no*(d)is *Ll* mbra *D* 16 Livius] *b* lauius *B* Livius in Odissia] *Hermannus elem. doctr. metr. p.* 622 *haec refert ad Hom. Od.* IIII 678, *ad Od.* VIIII 264 *sq. Duentzerus de versu Sat. p.* 45 odysia *GLK* odyssia *D* 17 Nexebant] *d* nexabant *DLr cum codd. lib.* X § 48 *et Diomede lib.* I *p.* 366 *P*, *ubi* nectabant *Monac.* ne(x)cxabant *Paris. B* se] *sic et Prisc. infra l. l. et Diomedes* se** (se *ni f.*) *B* sese *G* nodorum eripimus dubio *K* 19 *Att. Deiphobi fr.* 1 *p.* 196 *Both. Deiphobi* (*i. e. Antenoridarum, v. p.* 247. 319 *sq.*) *fr.* III *p.* 128 *Ribb.* deiphoebo *G* deip(h)oebo *L* deipho *K* 20 ferrum] *l* ferr*m *L* eripim(e)us *Rr* omnibus] *sic codd. etiam lib.* X § 48, *ubi* omnes *solus Erl.* 1 *Krehlii* manibus *Ribbeckius* manicis *Erl.* 1 *lib.* X *l. l.*

'necto' tamen eius est primitivum; nam quomodo a participio 'amplexus', quod ex verbo nascitur 'amplector', fit verbum frequentativum 'amplexor amplexaris', sic a participio 'nexus', quod nascitur a verbo 'necto', fit frequentativum 'nexo nexas'. unde manifestum, quod rationabilius hoc secundum primam coniugationem protulit Virgilius. a 'necto' tamen similiter 'nexui' protulerunt plerique, quidam tamen etiam 'nexi', 'necto nexi' dicentes et 'nexus', ut 'flecto flexi' et 'flexus'. Virgilius in V:

Et paribus palmas amborum innexuit armis.

Lucilius in V:

hic solus vigilavit, opinor,
Et cum id mi visus facere est, tum retia nexit.

34 supra dictis addunt quidam 'neco necavi' vel 'necui', sicut et Probus et Charisius et Diomedes, ideo quod participium praeteriti passivum et 'necatus' a 'necavi' et 'nectus' a 'necui' facit. Horatius in I epistula|rum:

Spem mentita seges, bos est enectus arando.

Livius ab urbe condita XXI: fame, frigore, illuvie, squalore enecti. Cicero Tusculanarum I:

enectus siti
Tantalus.

sed proprie 'necatus' ferro, 'nectus' vero alia vi peremptus dicitur. Ennius:

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.

1 est *om. K* amplexus quod nascitur a uerbo necto *D* ex uerbo *et vocc. post* nascitur: amplector — nexus, quod nascitur *in mg. add. d* 2 ex] a *K* amplexor] amplector *H* 3 necto] neco *in* neto *corr. R* 4 manifestum quod (÷?) *G* manifestum est quod *H* 5 secundam *H* primam] .I. *sup. lin. K* coiugationem *Rr* necto q̃q (tamen) *Gg* nexui similiter *B* 6 quidam *om. GL* necto nexi *om. R* 7 ut flexo *GL* fluxus *Rr* *Verg. Aen.* V 425 V aeneidos *R* 8 inexuit *B* intexuit *Med.* 9 *Lucil. sat.* V 7 *Dous.* 8 *Gerl.* lucilius satirarum (satyrarum *Paris. AB*) curarum retia (recia *Paris. B*) nectit *codd. Diomedis p.* 366 *P.* 10 uigelauit *K* 11 mi] *Dousa* mihi *libri etiam lib.* X § 48 nexit] *k* exit *K* 12 Probus] necui *hodie certe nec in arte* II 3 (*de cath. verb.*), 9 *p.* 1485 *P. nec in arte min.* § 772 *p.* 395 *anal. Vind. reperitur cf. ann. ad lib.* V § 45 13 carisius *R* *Charisius p.* 215 *P.* 145 *L.* diomides *LK* *Diomedes* I *p.* 362 *P.* Ideoque participium *K* praeteritum *Rr* 14 necatus] *r* necas *R* nectus] necatus *K* orã *K* *Hor. epp.* I 7 87 in primo *L* in. I. epistolarum *H* aepistolarum *K* 16 spem merita *L* arando *in litura d* 17 Liuius — Tantalus *in mg. add. d* *Liv. ab u. c. lib.* XXI 40, 9 condita lib. XXI. *B* illuuiae *L* 18 enecti *Rr* *tragoediae inc. fragm. ap. Cic. Tuscul.* I 5, 10 (*trag. fr. inc.* LIX *p.* 214 *Ribb. cf. Fleckeisenum in Iahnii ann.* LXVI 207) Tusculanarum I. *om. G* I] *Krehlius* II. *B* V *RHLK* V (io) *d* 19 enectus siti] *sic Ciceronis cod. Reg.* siti enectus *libri Cic. rell.* 20 tantulus *BH* Tantulus *Fleckeisenus l. l. post* Tantalus: quare necatus et quare nectus (nectus sit *B*) *add. BDHGLK* 21 propriae *Rr* fero *R* peremtus *D* 22 *Enn. ann.* XVI 19 *E. S. ann. inc. sed.*

Excipiuntur praeterea haec quattuor: 'sto steti', 'do dedi', 'iuvo iuvi', 'lavo lavi', quod antiqui tertiae quoque coniugationis declinatione proferunt, 'lavo lavis lavit'. Plautus in Pseudulo:

Gestas tabellas † . eas lacrimis lavis.

Virgilius in X:

lavit inproba taeter
Ora cruor.

idem in III:

fluidum lavit inde cruorem.

a 'do' quoque composita et a monosyllabis praepositionibus tertiae sunt 35
coniugationis, ut 'addo addis', 'reddo reddis', 'trado tradis', 'prodo prodis'. nam 'circumdo' 'circumdas' facit, quia 'circum' et disyllabum est et magis adverbium. et hoc solum verbum primae coniugationis a paenultimam in praesenti et in praeterito imperfecto et futuro et infinito et participio praeteriti || corripit: 'dămus dătis dăris dătur dăbam dăbo dăre dătus dăturus' et quae ex hoc solent fieri, ut 'dăbamini'. 'da' enim ubique ante finem corripitur in hoc verbo simplici, ut 'dăturus dătum dătu dător'. Virgilius in I Aeneidos:

Vix e conspectu Siculae telluris in altum
Vela dăbant laeti.

in eodem:

Adsit laetitiae Bacchus dător et bona Iuno.

in eodem:

O passi graviora, dăbit deus his quoque finem.

idem in eodem:

Si dătur Italiam sociis et rege recepto.

idem in VI:

Cui dătus haerebam custos cursusque regebam.

idem in III:

Et pater Anchises dăre fatis vela iubebat.

fr. LXXXV *p.* 80 *Vahl.* 2 ˆquoque ˆtertiae *H* declinatione] *h* declinationis *H* 3 ut lauo *GL* *Plaut. Pseud.* I 1, 8 (*v.* 10) psedulo *L* psedolo *G* sedulo *H* seudolo *h* 4 tabellas tecum eas *Plautus* lauis *in* lauit *mut. D* lauit *Br et in litura h* 5 *Verg. Aen.* X 727 *sq. cf. lib.* VIII § 36 6 inprob*a D* improba *RBGL* teter *RBDGLK* 8 *Verg. Aen.* III 663 9 fluuidum *BDHGL cum Med. Pal. Fr. m. alt.* 11 coniugationis] *b* coniugationi* *B* ut *om. G* 12 Nam a circundo circundas facis *G* cirdo as *K* 14 praesenti et in *om. GLK* et in futuro *LK* et infinito *add. r* praeteriti temporis *BD* praeteriti et futuri *H* 15 datis daris daris *Ll* 16 hoc *ex* his *corr. K* ut *om. GLK* dabimini *D* ubi ante *Rr* 17 daturus *om. D* datu datum *D* dator] *r* dator ut *R rell.* *Verg. Aen.* I 34 *sq.* 20 uela *ex* uila *corr. H* laeti *ex corr. H* 21 in eodem — Iuno *om. H* In eodem. si datur italiam adsit *Dd* *Verg. Aen.* I 734 22 Adsit] assit *RGLK* atsit *Med.* bachus *GLK* baccus *D* 23 *Verg. Aen.* I 199 24 pasi *GLK* dabit *ex* dauit *corr. B* 25 Idem *ex corr. K* *Verg. Aen.* I 553 26 datur] *k* d**atur (ie) *D* dator *LK* Italiam *in lit. B* 27 *Verg. Aen.* VI 350 28 haherebam *Rr* regebam] gerebam *Pal.* 29 *Verg. Aen.* III 9 30 vela] *h* uale *H* iubebat *ex* iuuenat *corr. B* iuuebat *K Med.*

Persius:

> Quin | dămus id superis, de magna quod dare lance
> Non possit magni Messalae lippa propago?

VII 36 a 'sto' quoque composita servant duplicationem praeteriti, ut 'resto restiti', 'consto constiti', 'prosto prostiti'. Ovidius tamen 'abstit' pro 'abstitit' protulit in XI metamorphoseon:

> Alcyonae lacrimas et quae pars admonet abstit.

et 'absisto' enim et 'absto' 'abstiti' facit.

Supinum vel participiale in 'um' desinens omnia primae coniugationis verba, quae in 'avi' praeteritum terminant, 'vi' in 'tum' convertentia faciunt, ut 'amavi amatum', 'oravi oratum', 'flavi flatum'. quae vero in 'ui' divisas desinunt, si c ante o habuerint, mutant 'ui' in 'tum', ut 'frico fricui frictum', unde Iuvenalis in II:

> si prurit frictus ocelli
> Angulus.

similiter 'seco secui sectum'. sic ergo 'necui nectum' fecit. Ovidius in IIII metamorphoseon:

> Nec tu iam poteras enectum pondere terrae
> Tollere, Nympha, caput.

'mico' quoque 'micui mictum' debet facere. sed dubitationis causa, quia 'mingo' quoque 'mictum' facit, in usu non invenitur, quamvis ab eo verbo compositum 'dimico' 'dimicavi' facit et 'dimicatus' - Livius in †XXXIII: iusta quoque acie et collatis signis dimicatum, quidam auctores sunt -, quamquam 'emico' 'emicui' faciat. Lucanus libro I:

> Qualiter expressum ventis per nubila fulmen
> Emicuit.

1 *Pers. sat.* 2, 71 *sq.* 2 id] hic *B* superius *H* de] *k* d• *K* 3 possint *D* magni *om. Pers. Montep. pr.* magna *Pers. Vat.* Messalae] *codd. Persiani plerique* messale *libri* Messala *Pers. Vat.* Messallae *libri aliquot Pers. dett.* lyppa *D* 4 quoque•• (q̃q) *L* resteti *K* 5 prosto prostiti cousto constiti *R* consteti *K* prosteti *K* 6 *Ovid. metam.* XI 473 7 Alcyonae] *sic Ovidii 'S. Marci veterrimus et unus Mediceus cum uno Vossiano'* alcyone *RGLK* altione *DH* alcione *B* Halcyones (Alcyones, Alciones) *pars libr. Ovid.* ammonet *L* abstit] *sic etiam pars libror. Ovid.* absit. abstat, astit, astat, abstet, obstat, obstet, obsit *alii* 8 abstiti] abstitit *RBD* 9 "'Supinum — desinens. "Omnia — conuertentia faciunt. Vt *Hh* Sopinum quoque uel *K* participale *Lr* parcipiale *G* 12 frigo frigui *D* 13 Iuuenal•• (is) *B* *Iuv. sat.* II 6, 578 *sq.* U. *K* 14 purit *Iuv. Pith. m. pr.* ocelli• *B* occelli *GL* 16 ergo neco necui *GLK* *Ovid. metam.* IIII 243 *sq.* 18 enectum *D; in multiplices corruptiones abit pars libr. Ovid.* pondera *K* 19 Nympha] *Ovidius* nimpha *libri* capud *RrD* 20 quia] *k* quod *K* 21 mingno *Dd* habeo *RrD* 22 demico demicaui *GL* dimicavi] *b* dimicui *B* demicatus *GL* *Liv. ab u. c. lib.* . . . XXXIII] *numerus corruptus; locum indagare non potui.* XX *corr. Heidelb. in marg. teste Lindemanno* 23 iuxta *B* acie] *k* a••ae *K* demicatum *G* quidam auctores sunt] *om. K eras. in H del. d* quidam auctores sunt usi *B* quidam auctores sunt usi in compositione rationabiliter dimicaui *R* 24 facit *r* *Luc. Phars.* I 151. 153 in lib̃ I *B* 25 exp̃sum *G* fulmen | Aetheris impulsi sonitu mundique fragore | Emicuit. *Lucanus*

'plico' etiam et 'plicatum' et 'plicitum' facit, quia et 'plicavi' et 'plicui'. 37
ex eo igitur composita paenultimam a vel i habent in supino: || 'duplicavi duplicatum', 'explicui explicitum', | 'implicui' vel 'implicavi', quod in raro usu est, 'implicitum' et 'implicatum'. unde Lucanus in III:

Implicitas magno Caesar torpore cohortes,

Cicero vero in Pisonem: quid avaritiae, quae criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? in eodem: familiaritate implicatus. Sallustius in IIII historiarum: inplicatae rates ministeria prohibebant.

Alia vero in 'ui' divisas praeteritum desinentia 'ui' in 'itum' convertunt in supino paenultima correpta: 'domui domĭtum', 'cubui cubĭtum', 'sonui sonĭtum', 'tonui tonĭtum' (Horatius tamen in epodo 'intonata' protulit secundum analogiam pro 'intonita':

Non me Lucrina iuverint conchylia
Magisve rhombus aut scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiemps ad hoc vertat mare),

'vetui vetĭtum', 'crepui crepĭtum' ['accubui accubĭtum']. Statius in I Achilleidos:

quem quisque sacrasset
Accubitu genioque locum.

haec tamen ipsa et secundum tertiam vetustissimi protulisse inveniuntur 38
coniugationem, ut Ennius in XI annali:

2 penultimam *b* penultima *B* 3 explicui explicitum] *r* explicaui explicatum *R* implicaui [implacaui] quod in raro usu est *Hh* 4 *Luc. Phars.* III 432 5 implicitas [uel a] *Kk* magnos *K* terrore *aliquot libri Luc.* coortes *GLK* 6 *Cic. in Pis. or.* 35, 86 uero *om. K* Pisonem] *π* in ·II· pisone *B* pisone (pissone *G* pissone *L*) *rell.* in criminibus *H* in creminibus *GLK* 7 implicata] *DKr et codd. Barberiniani n.* 1666 *sup. lin. pr. m. et* 1667 *teste Garatonio ad Cic. l. l. cum libris Cic.* implicita *RBHGL et Barberin. n.* 1666 *in lin.* *Cic. in Pis. or.* 29, 70 8 *Sall. hist.* IIII 30 *p.* 333 *Kr.* IIII] *r* III. *R* implicatae *RHL* inplicitae *D* implicitae *GK* Implicite *B* 12 *ad* sonitum *in mg.:* Horatius tamen in libro ·I· sermonum ponit sonaturum. Ingenium cui sit. cui mens diuinior. atque os Magna sonaturum des nominis huius honorem (*Hor. serm.* I 4, 43 *sq. cf. lib.* XI § 34) *add. b* oratius *K* *Horat. epod.* 2, 49 *sqq.* in *add. r* aepodo *D* intonata] *b* Intona *B* a tonaui *sup. lin. add. h* 14 Non] *r* nam *R* Non me] nomine *GL* concilia *R* conc[h]ilia *BGL* concilia *K* 15 magisue ronibus *L* magis uer omnibus *K* ue rombus *b* uero.CYAKIO umbus *B* rombus *HGr* rembis *R* scaris *R* scarissi quos *K* 16 eo_is *Rr* eo•is *D* 17 iems *Rr* hiems [h] *HGLK* ueritat [r] *Ll* mare ueritat *K* •are [m] *G* 18 accubui accubitum *om. RBDH add. h* *Stat. Achill.* I 109 *sq.* 19 achileidos *B* achil[l]eidos *K* 20 quemuisque sacras sed *R* quem qui se sacrasse et *r* quisque] *h* quisse [q] *D* quique *H* quisse *K* quis se *L* quise *B* quis *G* sacrarat *Lips.* 1 *Krehlii cum edd. Statii* sacrauit *cum gloss.* elegit *Heidelberg.*, sacrasse *Dresd.* 2 *Krehlii* 21 genioque] *r* genio quoque *R* [in] genioque *Kk* , locus *v. l. ap. Statium* 22 protulisse uetustissimi *G* 23 Ennius in XI annali] *v.* 1 *E. S fr.* VI *Vahl. cf. lib.* VIII § 96

Tunc clipei resonunt et ferri stridit acumen.

idem in XIIII:

Litora lata sonunt.

Accius in Clytaemnestra:

sed valvae resonunt regiae.

Lucretius:

Caligare oculos, sonere aures.

'steti' vero 'statum' supinum paenultima producta debet facere, unde Lucanus in II:

Constātura fides superum,

cum 'dătum' et 'dătus', sicut superius ostendimus, corripiant a paenultimam. est tamen in hoc quoque notandum, quod nomina ab | eo derivata a paenultimam corripiunt vel antepaenultimam, ut 'stătus stăta stătum stăbilis'. Lucanus in X:

quorum stăta tempora flatus.

idem in V:

Quam non e stăbili, tremulo sed culmine cuncta
Despiceret.

composita ab eo varie vetustissimi protulerunt, 'asto astitum' et 'astatum', 'praesto praestitum' et 'praestatum'. Aemilius Porcina orator in oratione, uti lex Aemilia abrogetur: tempore adstiturum atque petiturum me esse. Brutus in epistulis: occiso Gaio Caesare, postquam mare transierat, praestatum est.

V vero longam ante 'tum' unum habet: || 'iūtum' et ab eo composi-

1 Tum *lib.* VIII *l. l.* clepei *GLK* strident *D* 2 *Enn. annal.* XIII 8 *E. S.* XIV IV *p.* 57. LXXIII *Vahl.* XIIII] *libri mei praeter L, π* VIII. *L* XIII *libri Krehliani ut vid. plerique cum edd. rell.* 4 attius *K* *Att. Clytaemn. fr.* 1 *p.* 194 *Both. Clytaemn.* (*s. Aegisthi, v. p.* 298 *coll. Düntzero ad Liv. Andr. fr.* I *p.* 25) *fr.* I *p.* 117 *Ribb.* clytemnestra *R et ni f. H* clitemnestra *BD* dytemnestra *GLK* clytēmestra *h* 5 sed valvae] sualde *K* ualde *RBDG* ual•de *L* rosounnt rigiae *K* 6 *Lucr.* III 156 7 calicare *GK* sonere] *d* sonare *RDL* sonare *K* aures] aures regiae *libri* regiae *e versu Attii irrepsisse vidit Lachmannus ad Lucr. l. l.* auris *codd. Lucr.* 8 seti *Hh* stat tum *Rr* *Lucan. Phars.* II 17 11 corripiat *RDH* corripit *r* corripiunt *K* 12 nomina *ex* omnia *corr. K* ab eo] *in mg. add. K* habeo *RrD* dirivatina *G* 14 *Luc. Phars.* X 240 *cf. lib.* IIII § 13 15 temporas *Rr* 16 *Luc. Phars.* V 250 *sq. cf. lib.* IIII § 26 17 e *inseruit h om. H rell.* sed culmine sed culmine cuncta *K* culmina *G* cunta *Rr* 18 dispiceret *DGK* 19 uariae *Rr* uariae *K* assto asstitum et asstatum *Rr* adsto adstitum et statum *Bb* 20 Aemilius] *ex corr. h* Emilius *GK* *M. Aemilii Lepidi Porcinae or., uti lex Aemilia abrogetur: v. Meyerum orr. R. fr. p.* 195 orator] orat' (*i. e.* oratur) *GLK* 21 'aemilia 'lex *H* emilia *DK* emelea *G* arrogetur *G* adtiturum *B* astiturum *RHGK* adque *D* 22 me esse] '*forte* ne abessem' *Falsterus memor. obsc. p.* 11 *M. Iunius Brutus in epp.: v. Meyeri ann. ad inscr. Bruti Cic. p.* 11 *ed. suae, Drumannum hist. R.* IIII *p.* 40 aepistolis *K* Gaio] *om. GLK* g̃. *DH* 23 post quem *D* trasierat *B* 24 longam] *d* longum *D* et habeo *D*

tum 'adiūtum'. 'an' quoque unum: 'lautum', quamvis vetustissimi etiam 'lavatum' solebant dicere. unde Terentius in eunucho:

Abeunt lavatum, perstrepunt,

pro 'lautum', et Ovidius in III fastorum:

Silvia Vestalis - quid enim vetat inde moveri? -
Sacra lavaturas mane petebat aquas.

'potum' quoque pro 'potatum'. Virgilius in bucolico: 39

Et potum pastas age, Tityre, et inter agendum.

Terentius autem in Phormione perfecte protulit:

Nam potaturus †apud me est.

Virgilius in bucolico:

Huc ipsi potum venient per prata iuvenci.

idem in georgicon IIII:

Quoque modo potis gauderent intiba †fibris.

Lucanus in V:

Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt
Poturae te, Nile, grues.

Sciendum autem, quod in 'um' desinens supinum accepto verbo infinito, | quod est 'ire', facit infinitum futuri, ut 'oratum ire', 'domitum ire', 'lautum ire' vel 'lavatum ire', 'statum ire'. frequenter tamen antiquissimi neutro participio futuri addebant 'esse' et infinitum futuri significabant, 'oraturum esse' pro 'oratum ire' dicentes et 'facturum esse' pro 'factum ire'. Cato in V originum: illi polliciti sese facturum omnia, per ellipsin 'esse' pro 'factum ire', quod Graeci dicunt ποιήσειν, quod est infinitum futuri. Lucilius in XVII ad Penelopam conversus:

2 *Ter. eunuch.* III 5, 52 iunucho *K* 3 habeunt *RD* labatum *B* 4 pro lau*tum *K* et *om. G* *Ovid. fast.* III 11 *sq.* IIII. *Kr* 5 Siluia] *sic etiam Ovid. fere omnes cum Petav. et Vrsiniano* Ilia *Arundelianus et gloss. Gotting.* moueri (u *supra*) *G* 6 petebant *K* petabat *D* 7 *Verg. ecl.* 9, 24 8 egyptityre (age *supra*) *D* tytere *RGK* 9 *Ter. Phorm.* V 5, 9 autem *om. G* protulat (i *supra*) *Rr* 10 est apud (aput *Bemb.*) me *Terentius* 11 *Verg. ecl.* 7, 11 12 venient] *d* ueniunt *D cum Verg. Leid.* 13 *Verg. georg.* IIII 120 *cf. lib.* XI § 17 in l. georgicon *B* III* (I) *R* I *DGLK* 14 potis] positis *Verg. Longob.* intiba] *etiam Med. Pal. Fr.* (*deficit Rom.*) intuba *L* fibris] *libri hic et lib.* XI *l. l.* *et *Longob. Verg.*, *quod ortum est ex georg. lib.* I *versu* 120, *cuius* Strymoniae grues *versu Lucaniano inciderint in scholastici memoriam.* riuis *ex Vergilio corr. h* 15 *Luc. Phars.* V 711 *sq.* 16 strimona *HGLKr cum Voss. utroque: sic igitur f. Prisciani archetypus* strimonia *R* relictum *L* relinquut *Voss. B* 17 nilae graues *K* 19 infiniti futurum *B* *post* futuri: ut oratum — futuri *om. D add. d* domintum *K* 20 lautum uel *K* uel *om. L* statum ire *om. L* 21 esse *om. G* infiniti futurum *B* 23 factum] *bh* facturum *B* factu* *H* *Caton. origg. lib.* V *fr. p.* 116 *Kr. fr.* 104 *p.* 286 *Rth. fr.* LXXXVII *p.* 55 *Wr.* V. de originum *GLK* 24 ellipsin] *g* ellipsim *R* ellimsin *G* elypsin (c *supra*) *D* eclipsin *H* esse facturum pro *B* ΠΟΙΝCΕΙΝ *RHGK* 25 lucillius *GL* *Lucil. sat.* XVII 4 *Dous. Gerl.* XVII *ex* XIIII *corr. L* paeuelopam *R* penelopam *D* conuersus ait *DG*

Nupturum te nupta negas, quod vivere Vlixen
Speras.

in hoc quoque subaudiendum est 'esse', id est 'nupturum esse' pro 'nuptum ire', γαμηθήσεσθαι. Sulla in vicesimo primo rerum suarum: ad summam perniciem rempublicam perventurum esse, pro 'perventum ire', ἐλεύσεσθαι.

DE PRAETERITO PERFECTO SECVNDAE CONIVGATIONIS.

VIII 40 Secunda coniugatio in 'eo' desinit. et ea terminatio propria est secundae coniugationis, exceptis paucis primae coniugationis: 'meo meas', 'beo beas', 'laqueo laqueas', 'nauseo nauseas', 'enucleo enucleas', 'creo creas', 'sereo sereas', 'calceo calceas', quod alii 'calcio calcias', et quartae duobus: 'eo is', 'queo quis' et quae ex eis componuntur, ut 'adeo, redeo, pereo, veneo, nequeo'. in 'eo' i antece||dente unum invenitur, 'cieo'. unde Virgilius in I:

Bella cient primaque vetant consistere terra.

idem in VI:

Aere ciere viros Martemque accendere cantu.

invenitur tamen hoc idem etiam in 'io' | desinens quartae coniugationis. unde Statius in IIII Thebaidos:

suus excit in arma
Antiquam Tiryntha deus.

Lucanus in II:

Nunc urbes excite feras, date gentibus arma.

Lucretius:

1 nupturam *Gerlachius!* te nuptam *RBGK* ulixen* *H* 4 ΓΑΜΗΘΗCΕΤΑΙ *RD* ΓΑΜΗΘΗCΕΘΑΙ *r* ΓΑΜΝΕΝCΕΘΑΙ *GL* ΓΑΜΗΘΗCΕΘΑΙ *H* ΓΑΜΝΕΝCΕΘΑΙC | ylla Sylla *K* sylla *DHLrb* silla *G* syllaba *RB* *L. Cornelii Sullae rerum suarum lib.* XXI *fr. p.* 291 *Kr. fr.* 18 *p.* 338 *Rth.* uigesimo primo *D* uicensimo primo *L* 5 rēppublica *Rr* rempuplicam *GK* 6 perventum] *ex* peruenturum *corr. m i f. H* peruenturum *K* peruenturum *B* ire ut ΕΥCΕCΕΑΙ *in litura H* ἐλεύσεσθαι] *r om. K* ΕΛΕΥCΕCΤΑΙ *R* ΕΛΕΙCΕCΘΑΙ *D* 7 De preterito perfecto secunde coniugationis *l* de pterito secundae coniugationis. *D et in lacuna ab L relicta l* DE SECVNDA CONIVGATIONE. *RK* SPECIES PRAETERITI PERFECTI SECVNDAE CONIVGATIONIS. *B* Incipit de secunda coniu-
a u
gatī *G inscr. om. H* 8 proprie *D* 9 pacis *B* 10 enucleo *ex* enucleas *corr. H* ******* enucleo enucleas (enucleo) *L* creo creas *om. DHG add. d, in mg. post*
o hoc est uenum eo
sereas *add. K* 12 duabus *Rr* ex his *BDHGLK* 13 ueneo *Rr* ueneo uenum eo *BHGLK* cieo id est uoco *HGLKb* cieo *** uoco *B* 14 *Verg. Aen.*
n
I 541 16 *Verg. Aen.* VI 165 17 uiros *in mg. K* accedere *Rr* accidere *K* cantum *K* 18 in*io(h) *D* 19 Statius] *bh et in litura d* terentius *RBH* terrentius *GLK* *Stat. Theb.* IIII 146 in IIII Thebaidos *om. G* IIII] *l* III. *RBDHL*
h
.U. *K* tebaidos *LK* 21 tyrrinta *Rr* tyrinta *DHGLK* tyrintha *B* 22 *Luc. Phars.* II 47 *sq.* date gentibus iras | Nunc urbes excite feras, coniuret in arma (armis *pars codd.*) | (Mundus *etc.*) II. lib. *K* 23 dat *GL et in litura K* gentilibus *B*
24 *Lucr.* V 211 Terraique solum subigentes cimus ad ortus. *idem versus extat ibidem* I 212, *sed Priscianum ad lib.* V *spectasse docet* auraruni; *ita enim ibi pergit Lucretius:* Sponte sua nequeant liquidas existere in auras. *aliter Lachmannus ad Lucr.*

aurarum cimus ad ortus.

Livius in CXVIII: adversus interfectores Gai Caesaris ultoribus manum conparans concibat. praeteritum eius tam in 'vi' quam in 'ii' desinit, 'civi' vel 'cii'. Lucanus in VII:

> quantas in proelia numquam
> Concivere manus.

Virgilius in V:

> Famaque finitimos et clari nomen Acestae
> Excierat.

Observandum autem in omnibus est verbis, quod, si minuat praesentis syllabas praeteritum, necessario paenultimam producit, sive producta sive correpta sit in praesenti, nisi syncopam patiatur, ut 'cieo cīvi' et per syncopam 'cĭi', 'rideo rīsi', 'faveo fāvi', 'augeo auxi', 'moveo mōvi', 'sedeo sēdi', 'facio fēci', 'fugio fūgi', 'fodio fōdi', 'venio vēni'. ergo 'liqueo licŭi' et 'langueo langŭi' pares habent in praeterito et in praesenti syllabas, corripiunt enim paenultimas praeteriti, idque usus comprobat. Ovidius in VI metamorphoseon: 41

> Inposito fratri moribunda relangŭit ore.

idem in IIII:

> nectare corpus
> Delicŭit.

idem in VII:

> Delicŭit stagnumque suo de nomine fecit.

V loco consonantis ante 'eo' habentia 'eo' in i conversa faciunt praeteritum et producunt paenultimam necessario secundum praemonstratam

V 211: '*Priscianus p.* 865 Lucretius aurarum cimus ad ortus. *sic ille librarii errore deceptus.* aurarum, *cum is grammaticus quem exscribit dedisset* Lucretius de natura rerum'. terrai *pro* aurarum *scribi iusserat G. I. Vossius de arte gramm.* V 35 *p.* 870 *bis ed. Eckstein.* 1 ad ortus] *r* adhortus *RB* 2 Libius *K* Lucanus in VXVIIo *Lips.* 1 *Krehlii* *Liv. ab u. c. lib.* CXVIII *fr. t.* XIIII *p.* 795 *sq. Drkb. ed Stuttg. p.* XIII *fr.* 49 *Wssb.* CXIIX *Vossius de arte gramm. l. l. et in ed. a.* 1635 *tom.* III *p.* 124 *et in opp. t.* II (*Amstelod.* 1695 *fol.*) *p.* 318. XCVIII *cod. Prisc.* (?) *a C. Barthio ad Stat. Theb.* IIII 146 *l.* XVIII *rell. codd. omnes cum* 'vetustissimo' *Barthii et ms. Vossii.* CXVII *Barthius et sic Vossii ed. Ecksteiniana* g̃. *DHGL* .g. *K* ultores manuum c̄perans c̄cibat *alter cod. Barthianus* (?) 3 comparans *RDGLK* 4 civi] uel ciui *BDH* ut ciui *GLKrb* *Lucan. Phars.* VII 361 *sq.* VI. *RH* VIII. *r* 5 praelia *G* 6 excinere *codd. Lucani et sic duo* 'eximia' *mss. Prisciani a Cortio inspecta* 7 *Verg. Aen.* V 106 *sq.* 8 aceste *R* a*ceste (c) *G* aceste *D* accestae *L* achestae *K* acaestae *Med.* 9 excierat] *sic etiam Pal. ex corr.* exierat *Pal. m. pr. Rom.* 11 producit peneultimam *G* 12 sit] fit *K* praesenti nisi] *b* praesenti ** nisi *B* *post* syncopam: patiatur — syncopam *om. R add. r* paciatur *D* 14 fodio foui *Bb* (fodi. foueo) fodi *spscr. r* 15 li*cui *B* langeo *GLK* 16 Coripiunt *R* *Ovid. metam.* VI 291 18 Inposito *ex* Inposita *corr. B* Imposito *RHGL* moribundo *GLK* relaugit *L* 19 idem *om. GL* *Ovid. metam.* IIII 252 *sq. cf.* § 55 .UII. *K* 20 nectare *om. H add. h* 21 Delicuit] *h Lips.* 1 *Erl.* 2 *Krehlii et sic R* § 55; deliguit *H* dilicuit *cett.* 22 *Ovid. metam.* VII 381 23 Delicuit] *H* dilicuit *cett.* delituit *v. l. ap. Ovidium* 24 ante e habentia *GLK* conuertentia *HGLK*

regulam, ut 'moveo mōvi', 'foveo fōvi', 'faveo fāvi'. inveniuntur autem auctores, qui, quomodo in praeterito primae coniugationis in 'vi' syllabam terminante faciunt in secunda tam singulari quam plurali et in tertia plurali in 'unt' desinente persona paenultimae syncopam syllabae, sic etiam in secunda coniugatione, quando praeteritum in 'vi' desinit, ut **Virgilius** in IIII:

> **Hyrcanaeque admorunt ubera tigres,**

pro 'admoverunt'. **Horatius** in **sermonum I**:

> **Hunc hominem velles si tradere, dispeream, ni**
> **Summosses omnes.** ||

42 'coniveo', quod etiam 'conivo' secundum tertiam protulerunt veteres, praeteritum tam in 'vi' quam 'xi' habuit. **Ninnius Crassus** in **XXIIII Iliados**:

> **nam non conivi oculos ego deinde sopore.**

Turpilius vero in **paraterusa**:

> **Dum ego conixi somno, hic sibi prospexit vigilans**
> **virginem.**

'ferveo' quoque etiam 'fervo' invenitur, ab utroque tamen praeteritum 'fervi' di|citur. **Terentius** in **adelphis**:

1 foueo foui *om. L* faueo faui *add. r* 2 "coniugationis "primae *K* 4 in runt *b* penultimae *r* penultimam *R* 5 praeteritum] *r* praeteritur *R* *Verg. Aen.* IIII 367 7 hyrcaneaeque *B* hyrcaneq. *GL* hircaneque *K* ammorunt *GL* ad•morunt *K* ubera *ex corr.* (*ex* libera?) *B* tygres *R* tigris *BDHGLK* 8 ammouerunt *GLK* oratius *GLK* *Hor. serm.* I 9, 47 *sq.* in sermonum I *om. G* 9 hominum [e] *Rr* si uelles *v. l. ap. Hor.* 10 summosses [pro summouisses] *Ll* summoses summos omnes *K* submosses omnis *libri Horat.* 11 Coniuueo *Rr* coniuo •• (·F· m?) *B* conibo *K* 12 quam in xi *BDGrh* ninius *H* nimius *K* Ninnius Crassus in XXIIII Iliados] *v. Non. p.* 475, 14 *coll. Scioppio suspect. lect.* V 1, *Vossio de arte gramm.* V 24 *p.* 830 *Eckst.*, *Huschkio de C. Annio Cimbro p.* 9 *sq.*, *Bernhardio in hist. lit. Rom. p.* 406 *ed. alt.* Cneius Mattius *Ios. Scaliger coniect. ad. Varr. de l. L.* VII § 95 *t.* II *p.* 236 *ed. Bipont.*, *Gisb. Cuperus observ.* III 6 *cf. etiam lib.* X § 10 crasus *GLK* XXIIII] *Scaliger l. l. coll. Hom. Il.* XXIIII 637 οὐ γάρ πω μύσαν ὄσσε ὑπὸ βλεφάροισιν ἐμοῖσιν. XXIII *libri* 13 Iliados] *r* aliados *R* yliados *GLK* *Matii Iliadis fragmentis, quamvis dubitans* (*v. p.* 569) *h. l. inseruit Wernsdorfius poet. Lat. min.* IIII 572 *fr.* 10 14 egeo *Rr* 15 Turpi•lius(l) *B* Turpullius *GLK* *Turpilii paraterusae fr.* 6 *p.* 89 *Both.* VI *p.* 36 *Grautoff.* V *p.* 91 *Ribb.* paraterusa] *r* paraturusa *R* paterusa *G* 16 sompno *K* somno hic sibi somno hic sibi *Rr* sibi *om. G* 18 ferveo — ferbesco *p.* 479, 22] *eo ordine, quem secutus sum quique a Prisciani more haud abhorret, totum hunc locum exhibent libri, nisi quod post versum Calvinum in HGK, post Terentianum in D, post Persianum in L inseritur sententia:* quaeritur — dominatio (*v. ann. ad p.* 480, 17), *nota scil. marginalis, quae ubique nexum sententiarum intercidit. uncis, in mg. addens:* aspice librum istum quando de figuris partic̄i narrat, *haec inclusit g, nota* XP *ad initium et ad finem appicta d, quae praeterea, sicuti bhk aliis signis appictis ordinem quendam sententiarum constituere conata est, quo exempla ad vocc.* coniueo *et* ferueo *pertinentia inter se coniungerentur, sequentibus edd. inde ab α: ita scilicet, ut post versum Turpilianum singulae sententiae sese exciperent hoc modo:* Caluus — largior, ferueo — adulescentiam, a ferueo — ferbesco, nec solum — olis, a strideo *etc.* (nec solum — fulgis, a strideo — fluctus, denseo — olis, a denso *etc. b*) etiam] et *b* fervo] *d* ferueo *D* utro[q.] *Hh* tamen] *b* tam *B* 19 *Ter. adelph.* I 2, 72 in adelphis *om. G*

Sperabam iam defervisse adulescentiam.

nec solum ea diversarum coniugationum inveniuntur verba, sed multa praeterea, ut 'strideo strides' et 'strido stridis', 'fulgeo fulges' et 'fulgo fulgis', 'denseo denses' et 'denso densas', 'oleo oles' et 'olo olis'. Calvus 'convivere' infinitum secundum tertiam coniugationem correpta paenultima protulit: 43

Cum gravis ingenti conivĕre pupula somno.

Persius vero secundae protulit:

Vae, nisi conives! oleum artocreasque popello
Largior.

a 'ferveo' Virgilius in I:

Fervet opus redolentque thymo fragrantia mella.

idem in VIII a 'fervo':

Fervere Leucaten auroque effulgere fluctus.

Lucilius:

fervit nunc, fervet ad annum.

Terentius in adelphis:

†Cum maxime fervit, tam placidum quasi ovem reddo.

unde 'fervesco'. dicitur tamen etiam per b 'ferbeo', ex quo 'ferbui'. Horatius in I sermonum:

Velatumque stola, mea cum conferbuit ira.

unde et 'ferbesco'. a 'strideo' Lucanus in VI:

Auribus incertum feralis strideat umbra,

a 'strido' Virgilius in VIII:

striduntque cavernis
Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat.

1 iam *del. RK* adolescentiam *R* aduliscentiam *DHGL* adoliscentiam *K* 2 coniugatione *D* 3 fugo *Hh* 4 *C. Licinii Calvi fr.* 11 *ap. Lachmannum Catull. p.* 82, *fr.* XIII *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 144 5 preuultima *B* 7 ingenti] *om. L* urgenti *Nic. Heinsius* popula *GLK* sompuo *K* 8 *Pers. sat.* 6, 50 *sq.* vero] *om. L* uero et *G* 9 Ve *D* uenisi *R* uaenisi uenisse *GLK* conlues *Montepess. pr. Vat. Pers.* oleum] oleuo *GLK* artocreas quae *H* arto creasque *L* orto creasque *K* 10 largiar *Montepess. pr. Vat.* 11 *Verg. Aen.* I 436 *cf. lib.* VIII § 95 12 thymmo *D* thimo *BLK* tymo *r* fraglantia *R* flagrantia *DHGLK* 13 *Verg. Aen.* VIII 677 a fervo] *om. K* a feruo feruere. feruere *b* 14 leocaten *GLK* efulgere *K* fluctis *R* 15 *Lucil. sat. lib.* VIIII *fr.* 14 *Dous.* 10 *Gerl., libro nono assignatum a Nonio p.* 502 *extr., plenius:* Feruit aqua et feruet: feruit nunc, feruet ad annum *laudatum a Quintil. inst. or.* I 6, 8 *cf. Struvium lat. Decl. u. Conj. p.* 189 *sq. Lachmannum ad Lucr.* II 44 16 fervit] *r* feruet *RHGLK* feruet *G* feruit *r* ad *add. r* 17 *Ter. adelph.* IIII 1, 18 Cum feruit maxume (*Bemb.* feruet maxime *Bas.*) tam placidum quam ouem reddo *libri Terent., unde vel* c. f. m., tam placidum, quam ouis est, reddo *vel* quasi *ex Prisciano accepto* c. f. m., tum placidum quasi ouem reddo *scribendum visum est Bentleio* feruit] *r cum Ter. Bemb. et Donato* feruet *R rell.* iouem *G* 19 oratius *K* *Hor. serm.* I 2, 71 20 in I sermonum *om. G* 21 mea c̄ ferbuit *G cum libris nonnullis Hor.* ira *add. r* 22 et ferbesco] *d* exferbesco *RDGL* A*strideo *B* *Lucan. Phars.* VI 623 III. *H* 23 ferali *K* 24 *Verg. Aen.* VIII 420 *sq.* 25 striduutque] *d* stridentque *D* 26 structurae *h* uel structurae *b* chalibum *BDHL* calibum *RG* calybum *K*

a 'fulgeo' Virgilius in V:

Ductores auro effulgent,

a 'fulgo' idem in VIII:

auroque effulgere fluctus.

a 'denso' Ennius in VIII annalium:

Densantur campis horrentia tela virorum,

a 'denseo' Virgilius in X:

Extremi addensent acies.

ab 'oleo' Terentius in adelphis:

olet unguenta de meo,

ab 'olo' Plautus infiniti verbi secundam syllabam corripuit in mustellaria:

Non omnes possunt olĕre unguenta exotica.

44 Supinum a praeterito fit mutata 'vi' in 'tum', ut 'civi citum', 'movi motum', 'fovi fotum'. nec solum in secundae coniugationis verbis in 'vi' praeteritum facientibus, sed etiam in aliis est || observandum, ut 'amavi amatum', 'accusavi accusatum', 'adiuvi adiutum', 'cupivi cupitum', 'accersivi accersitum', 'arcessivi arcessitum'. excipiuntur 'lavi lautum', 'cavi cautum', 'favi fautum', quae differentiae causa pro a longa 'au' diphthongum habuerunt, propter 'latum, catum, fatum', quae alias habent significationes. et sciendum, quod in omnibus huiuscemodi supinis paenultima producitur, exceptis 'sătum' a 'sero sevi' - quod etiam 'serui' habuit in usu antiquitas, unde

1 *Verg. Aen.* V 132 *sq.* auro | Ductores longe effulgent 2 Ductores] *r* doctores *RK* efulgent *L* ^ef^fulgent *K* 3 *Verg. Aen.* VIII 677 5 *Enn. ann.* VIII 47 *E. S. fr. inc.* 5 *Hug. fr.* XIII *p.* 43. LXIII *Vahl.* VII. *G* 6 densantur *Rr* (N above) horrentia] *r* horentia *RL* 7 denseo *ex* denso *corr. H* *Verg. Aen.* X 432 *cf. lib.* VIII § 95 9 *Ter. adelph.* I 2, 37 *cf. lib.* VIII § 95 in adelphis *om. G* 10 ole^n^t *H* olent *BDL* ungenta *G* meo] *b* me* *B* 11 *Plaut. mostell.* I 1, 41 (*v.* 42) 13 omnis *D* unguenta *Bb* ungenta *GLK* exeotica *B* exe^o^tica *D*

14 De supinis secundae coniugationis. *inscr. l* Supino *Rr* (v above) 16 amaui* *K* 17 *post* adiutum *in B, paulo post post* arcessitum *in R interposita, a k ad mg. iterum adiecta sunt ea verba, quae variis* § 42 *locis, ut ad p.* 478, 18 *dictum est, inseruerunt DHGLK:* quaeritur, cur cum 'spiro spiras' et 'halo halas' 'spiravi' et 'halavi' faciant, rerum vocabula i habeant, 'spiritus' et 'halitus'? quae puto esse anteriora verbis ideoque non sequi derivativorum regulam. quomodo 'indicatus', id est 'iudicatio', et 'dominatus', id est 'dominatio'. (cur cum] *d* circum *D* cum *R* cur *G* et *om. G* halo] *r* abalo *R* faciunt *K et k* habent *DGK et k* spiratus *K* alitus *R* anteriora esse *HLK et k* uerbi *B* regulam diriuatiuorum *K et k* id est *utrubique add. r* iud^i^*catio (a) *L*). *totam hanc sententiam una cum vocc. sqq.* cupiui cupitum accersiui accersitum *delendam indicavit b* accersivi accersitum] *r om. GLK* arcessiui arcersitum *R* 18 arcessivi arcessitum] *d* arcersiui arcersitum *D* arcessitum. Quaeritur *etc. R v. ann. ad lin.* 17 19 differ^entiae^untur *D* 20 lautum *RrH* catum latum *K* ca^t^sum *D* cautum *H* ''fatum 'catum *G* fatum *om. D* 21 producitur penultima* (m) *B* 22 satum a* sero (s) *K* antiquitus *Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 299

'sertum' - et a 'sino sivi' 'sĭtum', et a 'pono posui', vel 'posivi' secundum antiquos, 'posĭtum'. 'lĭtum' quoque et 'ĭtum' notanda sunt. Virgilius georgicon IIII:

et paribus lita corpora guttis.

In 'deo' exeuntia, longa vocali naturaliter antecedente vel 'ar' syllaba, 'deo' in 'si' conversa faciunt praeteritum perfectum, ut 'suādeo suasi', 'rīdeo risi', 'ardeo arsi', e vero vel i brevibus ante d positis, producunt easdem vocales et 'eo' in i mutata faciunt praeteritum: 'sĕdeo sēdi' et ex eo composita, 'insĭdeo insēdi', 'subsĭdeo subsēdi', 'resĭdeo resēdi'; 'vĭdeo vīdi', 'invĭdeo invīdi', 'provĭdeo provīdi'. et notandum, quod a 'sedeo' composita, quamvis in praesenti e in i convertant, in praeterito tamen eandem e productam servant, ut 'possideo possēdi'. 'strideo' quoque 'stridi' | facit, quod etiam 'strido stridis' tertiae coniugationis invenitur, i autem tam in praesenti quam in praeterito productam habet. Virgilius in VIII: 45

strīduntque cavernis
Stricturae chalybum et fornacibus ignis anhelat.

Lucanus in VI:

Auribus incertum feralis strīdeat umbra.

Statius in IIII:

Huius inaspectae luco strīdere sagittae.

Accius in Alcestide:

Cum strīderat retracta rursus inferis.

sin autem prima syllaba in 'deo' terminatorum post mutam aliquam vel in semivocalem e vel o correptas habuerit in aliquam liquidam de||sinentes, duplicatur, sic tamen, ut priori geminatarum extrema consonans subtrahatur, et sic 'eo' in i conversis fit praeteritum perfectum, ut 'pĕndeo pependi', 'tŏndeo totondi', 'mŏrdeo momordi', 'spŏndeo spopondi', a quo etiam s in secunda demitur syllaba euphoniae causa. in compositione 46

1 sertus *RBDHK* possui uel posui *Rr* 2 et quitum *post* itum *add. d* *Verg. georg.* IIII 99 3 in georgicon IIII. *B* 4 par*ibus (i) *D* lita] illa *Fr.* ilta *Fr. m. alt.* gutis *D* 5 In deo *in litura K* In eo *Rr* Inde .o. *H* In deo quoque *G* antecede | uel *G* 6 de‿o *K* suasi] sasi *G* 8 sedeo *D* 9 *post* composita: insideo — composita *om. D add. d* subsedeo *B* 10 praeuideo praeuidi *DK* 11 conuertunt *K* 13 strido stridis *om. K* 14 quam in praeterito *om. L* *Verg. Aen.* VIII 420 *sq.* 16 que *om. L* cauernistricturae *D* cauernistricturae *Hh* 17 chalibum *BD* calybum *RK* calibum *G* chaliphum *L* ignis *ex* ignibus *corr. K* 18 *Luc. Phars.* VI 623 in VI *om. G* 19 ferali *K* 20 *Stat. Theb.* IIII 428 in IIII. *om. G* 21 Cuius *Stat. Cass.* loco *RrK* saguittae *K* 22 *Att. Alcest. p.* 164 *Both. p.* 120 *Ribb.* in Alcestide *om. G* 23 striderat] *lib.* X § 29 strideret *h. l. libri* petracta *D* rursum *G* 24 Sint *Rr* 26 extraema *H* 28 totundi *Dd* "mordeo momordi 'tondeo totondi *Gg* spondeo spo*pondi . etiam (s) *K* 29 saecunda *D* euphomiae *D* eophoniae *G*

tamen haec eadem non geminant supra dictam syllabam, ut 'respondeo respondi', 'dependeo dependi', 'demordeo demordi', 'praemordeo praemordi', 'detondeo detondi'. vetustissimi tamen etiam 'detotondi' protulerunt. **Ennius in annalibus:**

Et detondit agros laetos atque oppida cepit.

at **Varro in magno talento:**

Detotonderat forcipibus vitiarium feris.

'au' ante 'deo' habentia per participium in praeterito declinantur nunc:
47 'audeo ausus sum', 'gaudeo gavisus sum'; vetustissimi tamen et 'ausi' pro 'ausus sum' et 'gavisi' pro 'gavisus sum' protulerunt. **Cato Censorius in oratione pro Lucio Autronio: beneficii postridie iussisti adesse. in diem ex die non ausi recusare. Livius in Odissia:**

Quoniam audivi, paucis gavisi.

L. Cassius Emina in II annalium: idque admiratum esse gavisi. in hoc verbo etiam illud animadvertendum, quod 'ausim ausis ausit' pro subiunctivo 'audeam | audeas audeat' invenimus. **Virgilius in II georgicon:**

Ausim vel tenui vitem committere sulco.

Ovidius in VI metamorphoseon:

Et nihil est, quod non inopino captus amore
Ausit, nec capiunt inclusas pectora flammas.

1 tamen *add. g* 3 detondeo detondi] *d* detundeo detundi *D* detotundi (o *superscr.*) *Dd* 4 *Enn. ann.* III 13 *E. S. fr. inc.* XXXVII *p.* 72 *cf. p.* L *sq.* LXV *Vahl.* 5 detondit] *b Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 309 *sq., olim propositum sed alteri coni.* deque totondit agros, *a Merula quoque prolatae, posthabitum a G. I. Vossio de anal.* III 19 *p.* 810 *Eckst.; sed huic adversatur particula adversativa* at, *qua Varronianum exemplum Enniano opponitur.* detotondit *RBGLKd et ex* detotondii *ni f. mut. h* detotundit *D* coepit *BDr* 6 *Varron. magn. talent.: sat. Menipp.* LI 1 *p.* 149 *Oehl.* tallento *K* 7 detotunderat (o *superscr.*) *Dd* forcibus *B* vitiarium feris] *M. Hauptius* uitariferis *RDb* uitarifer** *B* uita****eris *H* uitam feris *h* ui tarpitris *L* ui tarpistris *K* ui. tarpiferis *G* uiticarpiferis *x* uiticapiferis *Ausonius Popma* 8 de‿o *Kk* per *add. b* declinatur (n *superscr.*) *Gg* 9 ut audeo *BDGr* tamen *om. L* auxi (s *superscr.*) *Dd* 10 gauissi *D* gauissus *D* gauis (us *superscr.*) *G* *Caton. or. pro L. Autronio: v. Meyerum orr. R. fragm. p.* 139 *sq., qui distinguendi notam post* in diem *posuit cum Nic. Heinsio ad Tac. ann.* VI 20; *libri h. l. omnino non distinguunt* 11 in oratione *om. G* Lucio] *r* lutio *R* post tridie *HG* *ost tridie(p) *D* 12 ausi] *r* casi (s *superscr.*) *R* ausi sunt *B* recurare *Rr* lyuius *G* libius *L* *Liv. Odiss. lib.* XVI *cf. Hom. Od.* XVI 92, *Hermannum elem. doctr. metr. p.* 626 13 odysia *GL* odyssia *RDH* 14 audiuit *B* 15 lucius *B* casius *G et ex* cusius *corr. H* hemina *GL* hemina *D* *L. Cassii Heminae ann. lib.* II *p.* 160 *Kr. fr.* 19 *p.* 291 *Rth.* ammiratum *HL* 16 illud] *r* aliud *R* ainmaduertendum *K* animaduertendum est *G* 17 audeas] *h* audea* *H* *Verg. georg.* II 289 18 secundo *1* III. *RBDHGL* IIII. *K* 19 comittere *D* solco (v *superscr.*) *Rr* 20 *Ovid. metamorph.* VI 465 *sq.* 21 non *om. K* inopino] inophino *L* in ophino *K* hiophino *G* effreno *libri Ovidiani, nisi quod* inopino *pro v. l. cod. Vrb., addita scilicet ex Prisciano. indeque certe hauserunt Pers. et Iuv. schol. Oxon. ab Heinsio ad h. Ovid. l. l.* 22 nec] uel *G* inclausas *BGLKr*

Omnia autem supra dicta verba 'deo' in 'sum' convertentia faciunt supina: 'rideo risum', 'ardeo arsum', 'video visum', mordeo morsum', 'pendeo pensum', 'tondeo tonsum', 'respondeo responsum', 'audeo ausum': 'gaudeo' vero etiam i post u assumpsit euphoniae causa 'gavisum'. a 'sedeo' praeterea geminat s 'sessum', et fortasse differentiae causa, ne, si 'sesum' diceretur, duae partes esse putarentur. alia vero omnia in 'deo' 48
desinentia per 'ui' divisas proferunt praeteritum, ut 'candeo candui', 'studeo studui', 'frondeo frondui', 'splendeo splendui', quorum supina mutatione 'eo' in i et assumptione 'tum' debent fieri, ut 'canditum, studitum, fron||ditum, splenditum'. rarissime tamen ab omnibus neutris secundae coniugationis, quae in 'ui' divisas faciunt praeteritum, invenio vel huiuscemodi supinum vel participium futuri, ut 'caleo calui', 'tepeo tepui', 'horreo horrui', 'langueo langui', 'flacceo flaccui', 'rubeo rubui', 'palleo pallui'; si qua tamen inveniantur, i brevem ante 'tum' habent. unde Iuvenalis a 'careo carui' in II:

tollere dulcem
Cogitat heredem carĭturus turture magno,

et Cicero 'valĭturus' a 'valeo'. excipitur 'prandeo prandi'. Plautus in Menaechmis:

Prandi et potavi, scortum accubui.

id tamen quoque in 'sum' facit supinum, quomodo superiora, ut 'pransum', quod tamen, quamvis neutrum sit, habet participium praeteriti 'pransus', ut 'caeno caenatus', 'iuro iuratus', 'careo cassus', 'pateo passus', 'titubo titubatus'. et multa praeterea a vetustissimis similiter sunt | pro- 49
lata participia praeteriti a neutralibus verbis, ut a 'seneo senectus', ὁ γηράσας; 'discedo discessus', ὁ ἀναχωρήσας; 'intereo interitus', ὁ ἀναιρεθείς;

1 de͜o *Kk* 2 redeo *Rr* mordesum *H* 3 tandeo tansum *D* tendeo tensum *R* 4 etiam *om. L* adsumpsit *B* 5 geminauit *BDH* geminant *GLK* sessum] *bh* sensum *B* (*H?*) diffirentiae *G* si *sup. lin. add. G* 6 se•sum(n) *H* se sum *L* in.o *Rr* 7 deuisas *L* studeo] *b* st•deo *B* 8 splendeo splendeo *Dd* "eo in i "motatione *K* 9 adsumptione *B* 10 spenditum *K* 11 deuisas *L* 12 calui. terreo. terrui. tepeo *B* horeo horui *Hh* 13 langeo *K* lango *G* rubeo flaccui *K* 14 inueniatur *B* inueniuntur *D* *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq.* 15 a cerui carui *H* caleo *Rr* 16 dulce *B* 17 turturae *RrH* 18 Cicero] *veluti in or. de imp. Cn. Pompei* 16, 46 *in epp. ad fam.* XIII 16, 3 Excipiuntur *D* *Plaut. Menaechm.* III 2, 11 (*v.* 476) 19 in Menaechmis *om. G* menechmis *RBDHK* mechenis *L* 20 et *om. libri Plautini* pataui *K* 22 quamuis *ex* quoduis *corr. D* 23 *post* pransus: ut — passus *om. D add. d* ceno cenatus *DGLK* cenatus *B* casus *Rr* pasus *GLK* 24 a *om. G* uetustissimis tamen *Rr* similiter *h. l. add., infra non del. g* prolata similiter participia *G* 25 senectus *add. r* ΟΓΕΡΑϹΑϹ *G* ΟΙΓΡΑϹϹΑϹ *Rr* ΟΤΗΡΑϹΑϹ *H* 26 discesus *L* ὁ] ω *Rr* ΟΑΧѠΡΗϹΑϹ *K* intereo — ἀναιρεθείς *post* ποθείς *collocat K* ΟΝΑΙΡΗΘΕΙϹ *G* ΟΑΝΑΡΕΘΕΙϹ *D*

'obeo obitus', ὁ τεθνεώς; 'occido occasus', ὁ δύνας; 'potus, ὁ πεπωκώς' καὶ 'ὁ ποθείς', ut 'iuratus ὁ ὀμόσας' καὶ 'ὁ ὀμοθείς'. **Catullus:**

> **Sed haec . . fuere; nunc recondita**
> **Senet quiete;**

'senesco' enim inchoativum est. **Sallustius** in IIII **historiarum: omnes quibus senecto corpore animus militaris erat. Caelius** in IIII: **custodibus discessis multi interficiuntur. Claudius: pugna acriter commissa multis utrimque interitis. Laevius** in **Protesilao:**

> **Cupidius miserulo obito.**

Lucilius in II:

> **quae horis sublata duabus**
> **Omnia sunt sole occaso ductoque.**

a 'decresco' quoque 'decretum' **Laevius** protulit in III **erotopaegnion:**

> **nocte dieque**
> **Decretum et auctum.**

Terentius in **hecyra:**

> **Quid ais? cum virgine una adulescens cubuerit**
> **Plus potus.**

hoc tamen idem **Iuvenalis** passive protulit in IIII:

> **epotaque flumina Medo**
> **Prandente,**

1 ωΠΟΘΝΕωC [ΤΕΘ] *Rr* ΟΤΕΘΝΕΙωC *B* ΟΤΕΘΝΗΟC *G* ΟΓΕΘΗωC *D* ΑΙΝΑC *L* potus] ΡΟΤΟC *B* ΟΠΕΠΟΚωC ΚΑΙΟΠΘΕΙC [ωΠωΘΕΙC] *Rr* πεπωκώς] *l* ΠΕΠωϕωC *L* 2 καὶ ὁ ποθείς] ΚωΠωΘΕΙC *B* ΠΟΠΕΙC *D* ωΟΜωCΑC *R* ΟΟΛΛΟCΑC *H* CΟΛΛΟCΑC *L* CΟΜΟCΑC *l* ΙΟΛΛΟCΑC *G* ΙΟΛΛΟCΑC *K* ΟΟΜωCΑC ΚΟΟΟΜωΘΕΙC *B* ὁ] *om. G* ω *R* ΟΜΟΕΘΕΙC *D* ΟΜΟΕΕΙC *H* ΟΜΟCΙC *K* Catullus] *r* catulus *R rell.* *Catull. carm.* 4, 25 *sq.* 3 haec feruere *GL* haec prius fuere *Catullus* 4 quiete] *h* quite *RH* qui te *LK* 5 senesco] *d* Senesquo *D* inquoatiuum [c] *Dd* *Sall. hist.* IIII 64 *p.* 354 *Kr.* in IIII. historiarum *om. G* 6 Coelius *B* *L. Caelii Antipatri ann. l.* IIII *fr. p.* 192 *Kr. fr.* 39 *p.* 318 *Rth. cf. Nautam de L. Coelio Antip. disp. fr.* 21 *p.* 36 *sq.* 7 in IIII. *om. G* *Q. Claudii Quadrigarii ann. lib. inc. fr. p.* 263 *Kr. fr.* 80 *p.* 351 *Rth.* 8 iacriter commisa *K* utrīque *ex* utrūque *corr. D* utrumque [i] *Bb* utrunque *G* 9 leuius *BGLK* liuius *Rd* Laevius in Protesilao] *Laevii fr.* XI *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 78, *qui de inscr. carm. cf. p.* 81 in pro in protesilao *Rr* prothesilao *G* processiloa *K* 10 cupidus *L* misserulo *G* 11 Lucilius] *r* Lucius *GLK et, ni f., R* *Lucil. sat.* II 3 *Dous. Gerl.* in II *om. G* 12 q̄ ab horis *G* oris *R* 13 sunt *om. L* occasum [o] *Rr* occusso [a] *K* occaso obductoque tenebris *Fr. Dousa* 14 Leuius *GLK* Leuius [i] *H* Liuius *RBD* *Laevii erotopaegn. lib.* III *v. Weichertum l. l. p.* 44 *fr.* II in III erotopaegnion] ñ *G* eroto prēguion *H* herotopaegnion [r] [o] *R* Erotepegnion *D* erotopregninon *L* erato pregni ñ *K* 18 *Ter. hecyr.* I 2, 63 *sq.* in hecyra *om. G* haecyra *RH* haecira *D* echira *LK* hechira *B* 19 agis *RBD* adulesceus] *d* adolesceus *RH* aduliscens *DGLK* cubuerit *om. R* 20 potus sese *etc. Terentius* potisse *etc. Bas.* 21 *Iuv. sat.* IIII 10, 177 *sq.* VII. *GL* 22 Epotataque *k*

sicut et 'iuratus' tam active quam passive profertur. Cicero in II Verrinarum: malo ei iurato suam quam iniurato aliorum tabellas committere. Lucanus in VIII:

mihi per Latium iurata tonantem.

a 'titubo' quoque 'titubatus'. Virgilius in V:

vestigia presso
Haud tenuit titubata solo.

idem in II:

nunc cassum || lumine lugent,

quamvis a 'careo' futuri participium non 'cassurus', sed 'cariturus' faciat, ut supra ostendimus Iuvenalem in II protulisse. a 'pateo' quoque 'passus' nascitur teste Virgilio, qui ponit in III Aeneidos:

Et pater Anchises passis de litore palmis.

idem in II:

passis Priameia virgo
Crinibus. |

In 'geo' desinentia, l vel r antecedentibus, 'geo' in 'si' conversa 50
faciunt praeteritum perfectum, ut 'indulgeo indulsi', 'fulgeo fulsi', 'algeo alsi', 'urgeo ursi', 'turgeo tursi', 'tergeo tersi', quod Probus et Charisius et Celsus et Diomedes comprobant et ipse omnibus validior usus. Iuvenalis in I:

sed mox et pocula torques
Saucius et rubra deterges vulnera mappa.

idem in V:

vasa aspera tergeat alter.

Horatius in II sermonum:

1 actiuae *H* passiuae *H* *Cic. in Verr. act.* I 10, 32 in II Verrinarum *om. G* 2 malim et iurato *libri Ciceron.* malo enim iurato *schol. Cic. in lemmate* 3 *Luc. Phars.* VIII 219 in VIII: mihi *om. G* 4 Prisca manent mihi *rd* per — tonantem *al. m. in ras. in Voss. B* lacium *D* tonentē *R* 5 *Verg. Aen.* V 331 *sq.* in V. *add. r* 6 praesso *H* presto *Pal.* 7 haut *LK* 8 *Verg. Aen.* II 85 9 casum *K* legent *H* 10 participium] *r* participiunt *R* 11 iuuenalis(.) *Rr* *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq. v.* § 48 12 pasus *GLK* *post* in III: Aeneidos — Idem in III. (*sic pro* II) *in mg. add. r. primis voce. usque ad* Anchises *nunc in fol. extr. abscissis* *Verg. Aen.* III 263 *cf. lib.* X § 27 qui hoc ponit *B* 13 Et] *om. G* at *g* ut *K* pasis *GLK* littore *D* palmas *H* 14 *Verg. Aen.* II 403 *sq.* III. *GLKr* 15 pasis *GLK* Priameia] *r* priameta *R* priamea *G* 17 l] n *L* 19 tergeo] tergeo uel tergo *Bk* et tergeo uel tergo *RDHGL* quod et probus *BDHGLK* *v. Probum iuniorem p.* 1480 *sq. P.* 136 *L.* charisius *ex* cariseus *corr. G* carissius *Rr* *Charis. p.* 217 *P.* 145 *L.* 20 cellsus *K* diomides *G* *Diom. p.* 363 *P.* 21 *Iuv. sat.* I 5, 26 *sq.* in I *om. D* prima *Rr* 22 et] ut *H* procula *Rr* 23 sacius *L* deterges] *r* detergas *R* detergis *Iuv. schol. et cod. Norimb.* 3 24 *Iuv. sat.* V 14, 62 25 uassa *Rr* uassa *K* uasta *G* tergat *Rr* 26 oratius *L* *Horat. serm.* II 2, 23 *sq.* in II sermonum *om. G*

posito pavone velis quin
Hoc potius quam gallina tergere palatum.

Terentius in eunucho:

Egone? imperatoris virtutem noveram et vim militum,
Sine sanguine hoc non posse fieri: qui abstergērem vulnera?

est enim quaternarius iambus, qui stare non potest, nisi paenultima 'abstergērem' producatur. 'mulgeo' quoque 'mulsi' facit, quamvis differentiae causa quidam 'mulxi' protulerunt, quia 'mulceo' quoque 'mulsi' facit. sed Virgilius in III georgicon:

Quod surgente die mulsere horisque diurnis,
Nocte premunt.

Ennius in VII annalium:

Mulserat huc navem conpulsam fluctibus pontus.

idem in VIIII:

Ciclopis venter velut olim turserat alte
Carnibus humanis distentus.

Lucilius in XX:

Purpureo tersit tunc latas gausape mensas.

idem in IIII:

Obtursi ebrius.

syllaba vero naturaliter longa ante 'geo' posita, mutant 'geo' in 'xi' et faciunt praeteritum perfectum, ut 'lūgeo luxi', 'augeo auxi', 'frīgeo frixi'.

51 Alia vero omnia in 'geo' desinentia 'eo' in 'ui' divisas mutant in praeterito, ut 'egeo egui', 'indigeo indigui', 'rigeo rigui', | 'vigeo vigui'. quaedam supina in 'si' praeteritum terminantia i in 'um' convertentia faciunt, sive secundae seu tertiae sint coniugationis - nam quartae in 'tum'

1 panore *K* uellis *GL* 2 potius hoc *H* putius *G* turgere *codd. nonnulli Hor. dett.* 3 *Ter. eunuch.* IIII 7, 8 *sq.* in eunucho *om. G* 5 posse fieri non *Bemb.* quī *H* quin *Bemb.* 7 penultima *b* penultimā *B* peneultimam *G* peniultimam *L* 8 mulgeo] *r* mulceo *R* $^{\text{uel g}}$Mulceo *G* mulgeo quoque mulsi *in litura K* 9 mulxi quidam *G* produxerunt *L* $^{\text{uel c}}$mulgeo *G* mulceo quoque mulsi *in litura K* 10 *Verg. georg.* III 400 *sq.* IIII. *LK* 11 orisq. *R* horisquae *D* 12 pr$^{\text{e}}$imunt *Dd* 13 Ennius in VII annalium] *v.* 54 *E. S. fr. inc.* 5 *Hug.* XI *p.* 39. LIX *Vahl.* in VII annalium *om. G* annali *H* 14 nauim *GLK* compulsam *DG* coupulsa *H* 15 *Enn. ann.* VII 75 *sq. E. S.* VIIII 4 *Hug.* XVI *p.* 49. XLVII *sq. Vahl.* 16 cyclopis *RBHGLK* neuter *ex* uento *corr. K* $^{\text{ut}}$uelim *Rr* turserat] *d* $^{\text{uel e}}$terserat *D* turserat *G* alte *I. Dousa apud Merulam Enn. p.* 15 alti *libri* 17 humanis *ex* humanibus *ut vid. corr. K* 18 *Lucil. sat.* XX 9 *Dous. Gerl.* in XX *om. G* 19 Porpureo *LK et, in mg. add., G* tr̃sit *K* tunc$^{\text{el}}$latas *B* tun*atas *L* mes*as *K* 20 *Lucil. sat.* IIII 26 *Dous.* 21 *Gerl.* in IIII *om. G* VIII. *LK* 21 ebreus *GLK* 22 "ante geo' longa *G* *post* in xi: et faciunt — frixi *om. R add. r* 23 ut *om. G* 24 ui diui | mutant *R* 25 uigui *** supina *D* quaedam *in* quidem *corr. supscr. d* 26 quaedam] Quidem *GL* Sopina quaedam *K* 27 seu] sine *D* sint] *r om. H* sunt *RD*

faciunt supinum -, ut 'indulsi indulsum' vel 'indultum', unde Marcellinus rerum gestarum XIIII: tamquam licentia crudelitati indulta, 'fulsi fulsum', 'alsi alsum', 'tersi tersum', 'arsi arsum', 'laesi laesum', 'lusi lusum', 'mulsi || mulsum' et 'mulctum'. Sallustius in IIII historiarum: dein lenita iam ira postero die liberalibus verbis permulcti sunt. (unde Cicero in contionem Metelli: permulsa atque recreata est. Varro in satura: capite permulso.) 'torsi' quoque et 'tortum' et 'torsum' facit, itaque 'tortores' et 'torsores' dicuntur. Cato in IIII originum: Marsus hostem occidit prius quam Paelignus, propterea Marrucini vocantur, de Marso detorsum nomen. Terentius in Phormione:

†Bonorum contortor, legum distortor.

Cicero in IIII Verrinarum: quod fanum denique, quod non aversum atque extersum reliqueris? a 'tergeo tersi' 'tersum' dixit secundum supra dictam proportionem. excipitur 'ussi' 'ustum' faciens supinum.

In 'xi' vero proferentia praeteritum, cuiuscumque sint coniugationis, X 52
'xi' in 'ctum' vertentia faciunt supinum, ut 'luxi luctum', 'auxi auctum', 'frixi frictum', 'aspexi aspectum', 'illexi illectum', 'duxi ductum', 'dixi dictum', 'neglexi neglectum', 'traxi tractum', 'struxi structum'. 'finxi fic-

1 *post* indultum: mulsum et multum torsum et tor et tortum *add. Rr* mulsum et (*l* mul∗um∗ *L*) mulctum torsum et tortum (tortum *H*) *BHGLK* mulsi mulsum et multum (c *supra*) torsi torsum et tortum *D om. edd.* *Ammianus Marcellinus rer. gest.* XIIII 1, 4 2 re∗ gestarũs (x) (rũ *supra*) *D* in XIIII. *Rr* ligentia *D* liquentia *LK* linqũtia *G* diligentia *RB* crudelitate *RLK* cridelitate *G* credulitate *DH* crudulitate *d* inulta (d *supra*) *Rr* 3 falsi falsum (v v *supra*) *K* fulsi — lusum *ante* Marcellinus — indulta *collocat D* fultum *G* 4 mulsi mulsum et mulctum *om. D* *Sall. hist.* III 95 *p.* 299 *Kritz.* IIII *libri et sic post alios Cortius in ed. Sall. p.* 980 *Debrossius Sall. fr.* IIII 20; III (*vel* tertio *vel* 3) *edd.* in — ira *om. G* 5 postera *LK* 6 unde — permulso *post* torsi — facit *collocant BDHL et ordine dein notis appictis instaurato G* Cicero in contionem Metelli] *fr.* 2 *p.* 450 *Or.* contra contionem Metelli *lib.* XIIII § 5 *Quint.* VIIII 3, 50 *Augustin. rhet. p.* 327 *Capp.* contra Metellum *lib.* X § 18 contra contionem Q. Metelli *Gell.* XVIII 7, 7 *Iul. Victor* VI 3 *p.* 220 *Or.* concionem *GL* contione *RB* concione *D* 7 *Varron. sat. Menipp. fr. inc.* 1 *p.* 238 *Oehl.* in satura *om. G* satyra *r* satira *b* 8 et torsum et tortum *DHGK* et torsum *om. L* itaque — dicuntur *post locum Catonianum exhibet D* 9 *Caton. origg. lib.* II *fr. p.* 106 *Kr. fr.* 66 *p.* 278 *Roth. et, optimorum librorum testimoniis spretis, fr.* LVI *p.* 42 *Wr.* in IIII originum *om. G* IIII] secundo *D* 10 pelignus *RBDGLK* propterea Marrucini uocantur *om. G* marucini *R* masucini *L* marsucini *K* 11 .De *R* *Ter. Phorm.* II 3, 27 Bonórum extortor, légum contortór. - Geta. in Phormione *om. G* formione *DHK* 12 et legum *r* 13 *Cic. in Verr. or.* II II 21, 52 in — auersum *om. G* non extet euersum reliqueris *Cic. Lag.* 42 *m. pr.* euersum *libri Ciceron.* 14 extorsum *B* tergo *D* 15 Excipi∗∗tur ussi ustum (gessi gestum *supra*) *Dd* Excipiuntur ussi ustum gessi gestum facientia *h* ursi urtum *GLK* facit *L* 18 in uctum *K* conuertentia *GLK* sopinum *B* 19 minxi mictum (minctum *G*) *post* frictum *add. RBDGL* ninxi ninctum (r *supra*) *add. K* 20 stuxi stuctum *L* fictum] *in ras. b* (finctum *B*?) finctum *RDr*

tum' et 'pinxi pictum' et 'strinxi strictum' et 'minxi mictum' euphoniae causa n in supino abiciunt, quamvis 'iunxi iunctum' et 'tinxi tinctum' et 'vinxi vinctum' et 'cinxi cinctum' | et 'punxi punctum' et 'sanxi sanctum' servent in supino quoque n. excipiuntur 'flexi, fluxi', quae in supinis quoque servaverunt x: 'flexum, fluxum', quamvis vetustissimi et 'fluctus' pro 'fluxus' et 'flucturus' pro 'fluxurus' soliti sunt dicere, unde et 'fluctus' ipse motus aquarum. in 'gui' vero facientia praeteritum, quia neutralia sunt, non habent in usu supina, debent autem secundum analogiam in 'itum' ea facere, sicut supra dictum est.

In 'queo' desinens unum invenitur secundae coniugationis in 'si' terminans praeteritum, 'torqueo torsi', et ex eo composita 'distorqueo distorsi', 'contorqueo contorsi', 'extorqueo extorsi'. supina secundum paulo ante expositam regulam in 'sum' proferunt: 'torsum, distorsum, contorsum, extorsum'; inveniuntur tamen etiam in 'tum', et frequentius.

53 In 'leo' desinentia, si ante l aliam consonantem habuerint coniunctam ei in ea||dem syllaba, et ab 'oleo' vel 'leo' composita per 'ui' syllabam faciunt praeteritum perfectum, ut 'impleo implevi', 'compleo complevi', 'suppleo supplevi', cuius simplex verbum non legi, 'fleo flevi', 'defleo deflevi', 'cleo clevi', 'oleo olevi', 'aboleo abolevi', 'adoleo adolevi', 'exoleo exolevi', 'deleo delevi', 'releo relevi', quamvis 'oleo' et 'olui' et 'olevi' faciat, et similiter 'redoleo' et 'redolui' et 'redolevi', quia non mutavit significationem. Horatius in I epistularum:

Vina fere dulces oluerunt mane Camenae.

Lucilius vero in XXX:

Quis totum scis corpus iam perolesse bisulcis,

pro 'perolevisse'. Virgilius in XII:

1 stri[n]xi *Dd* strictum finxi fictum *K* mincxi *D* euphoniae] *d* . Euphoniae *DHG* 2 uiuxi uiuctum *GLK* inunxi i[n]unctum *Dd* tincxi *H* tincxi tin[c]tum *Dd* 3 et uinxi uinctum *h. l. om. GLK* [n]uictum *H* uin[t]xum *Rr* et punxi] *L* et pupugi et punxi *DGK* et pupugi et pupunxi et punxi *RB* et pupugi ********** et punxi (et pupunxi?) *H* et punctum *B* 4 scanctũ *R* seruet *K* et fluxi *BDGr* 5 quoque *add. d* seruarunt *D* x] *r ex ni f. in litura R* fluxum flexum *R* 6 flo[v]ctus *Rr* fle[v]xurus *K* sint *B* 7 vero] quoque *G* 9 in .i. tum *RBH* dictum est] diximus *B* 11 distoqueo *R* 12 et extorqueo *GL* exto[r]queo exto[r]si *Rr* Sopina (*sic*) *spscr. in K* 13 profer[unt]e *Rr* 15 In leo [ut impleo] *Hh* 16 ei] *om. R* et *GLK* per *add. r* 17 praeteritum *om. L* perfectum *om. G* ut *om. H* 19 cleo cleui *verbum ceterum ignotum dittographia ex* oleo oleui *ortum videtur Struvio lat. Decl. u. Conj. p.* 222 aboleo [ab]oleui *Rr* adoleui obsoleo obsoleui exoleo *B* 20 exoleo exoleui deleo deleui *om. D* peroleo peroleui exoleo exoleui deleo deleui *in mg. add. d* oleui et olui *BDGK* oleui et ol.ui(e) *H* oleui faciat et olui. *L* 21 Et similiter *Rr* redoleo redoleui quia *B* et] *d om. DHGL* et *del. d* 22 mutavit] motauit *K* mutaut *DGL*, *unde* mutat *coniecerat Struvius l. l. p.* 269 Oratius *GLK* *Hor. epp.* I 19, 5 in I epistolarum *om. G* aepistolarum *K* 23 ferae *b* fera *B* ferre *GL* 24 Lucilius] *d* Lucius *D* licilius *B* *Lucil. sat.* XXX 87 *Dous.* 85 *Gerl.* in *om. H* 25 bissulcis *K* 26 pro perolevisse] *h* propero leuisse *H* *Verg. Aen.* XII 438

mox cum matura adoleverit aetas.

Varro tamen etiam 'adolui' protulit in | libro III rhetoricorum: postquam adoluerunt haec iuventus. Cassius ad Tiberium II: at contra Aegyptiis sacrificium, ubi integrum anserem adoleverunt. passivi quoque participium 'adultus' pro 'adolitus' prolatum est. Antias in LXXIIII: eo omnes hostiae, vituli viginti et septem coniecti, et ita omnia adulta sunt. 'obsoleo' quoque 54
'obsolevi' facit. non est enim a 'soleo', quod 'solitus sum' vel 'solui' secundum Sallustium facit perfectum, qui in II historiarum ponit: neque subsidiis, uti soluerat, compositis, sed ab 'obs' et 'oleo', sicut 'obscenus' ab 'obs' et 'canendo' vel 'caeno' vel ἀπὸ τοῦ 'κοινοῦ', unde et 'inquino'. Cicero de imperio Gn. Pompei: obsolevit iam ista oratio, re multo magis quam verbis refutata. idem in I rhetoricon: hoc vero a plerisque eorum desertum obsolevisse. idem pro Caelio: chartae quoque, quae illam pristinam severitatem obtinebant, obsoleverunt. 'exoleo' quoque 'exolevi', unde 'exoletus exoleta exoletum'. Plautus in medico:

1 tum *Verg. Med.* adoleuerat *Med.* adleuerit *Pal.* aestas *Rom.* 2 Varro in III rhetoricorum] *sic etiam recte hoc fr. inscripsit Riccobonus de historia p.* 277 *ed.* 1579 *v. Ritschelium mus. phil.* VI 534 *sq.*; *antiquitatum rer. hum. libro* III *perperam inseruerunt Aus. Popma Varr. opp. p.* 174 *ed.* 1601 *et Bipontini p.* 205 rhetoricorum] *r* rethoricorum *DHGK* rephoricorum *R* retoricorum *BH* 3 adoluerunt] *r* adolueriut *R* adoluerit *h* Cassius] *r* Casius *RGLK* Cassius ad Tiberium II] sed et in sacrificio actius (accius *Par. AB*) cassius ad Tiberium secundo adoleuit (adolebit *Par. A*) dicit, sic est contra aegyptiis (aegyptus *Mon.* aegyptius *corr. in* aegyptios *Par. B*) maximum sacrificium uiui (uuu. *Mon. l.* ubi) integrum anserem adoleuerunt (adoluerunt *Mon.*) *codd. Diom. p.* 370 *P., ubi* Titus Cassius *coni. Kordesius in ann. tt ad Eberhardtii libellum über den Zustand der schönen Wissenschaften bei den Römern* § 34 *p.* 214, Seuerus Cassius *Weichertus de Vario et Cassio Parm. p.* 205. *at is certe intellegendus, quem Cassii nomine laudatum vidimus lib.* VII § 55 *et quem pleno nomine* Cassius (causius *Mon.*) Seuerus *brevi ante* (*p.* 368 *P.*) *appellaverat Diomedes, apud quem h. l. pro* actius (accius) *l.* actiue ad Tiberium II *om. G* tyberium *R* 4 ad *Rr* Aegyptiis] *Weichertus l. l. ex Diomede* aegyptios *BDK* egyptios *RGL* aegyptos *H* sacrificium ubi integrum *om. G* adoleuerunt *ex Diomede Struvius lat. Decl. und Conj. p.* 270 *et Weichertus l. l.* adoluerunt *codd. Prisc.* 5 adultus [combustus] *Hh* adholitus *Rr* 6 *Valerius Antias ann. lib.* LXXIIII *fr. p.* 274 *Kr. fr.* 60 *p.* 362 *Rth.* in — coniecti et *om. G* LXX *Rr* LXX IIII *D* LXXUII. *LK* viginti et septem] *R* uiginti septem *Br* XXVII *rell.* 7 adulta [combusta] *Hh* obseleo *R* 8 solitus *ex* solutus *corr. K* 9 *Sall. hist.* II 64 *p.* 180 *Kr.* fecit *B* 10 opbs *Rr* 11 vel] uult *R* ceno *DHGLK* ΑΠΟ ΤΟΥ *in litura r* · ΤΟΙ *Gg* ΚΟΝΟΥ *B* ΚΟΥΝΟΥ *DHGK* ΚΟΝΟΥ *L* uel c 12 inquino *G* *Cic. de imp. Cn. Pompei or.* 17, 52 de imperio Gn. Pompei *om. G* .g.n. *R* gnei *B* pompe_ii *Hh* pōpeii *D* obsolevit] *r* **soluit *R* 13 oratio, re] *Cicero* ora*** (tio?) *B* oratione *b rell.* on ratio re *Cic. cod. Fuld.* *Cic. de invent.* I 3, 4 14 rhetoricon] *om. G* rethoricam *Rr* rethoricon *DL* retioricon *H* rhetoricorum *K*(?) disertum *GL* 15 *Cic. pro M. Caelio or.* 17, 40 coelio *B* celio *GLK* 16 seueritatem obtinebant *om. G* obtinebant *in* optinebant *corr. B* obtinebat *Dd* continebant *Cicero* obsoleverunt] *d* obsoluerunt *RBDH* absoluerunt *Cic. Erf. m. rec. corr.* 17 Plautus in medico] *i. e.*

Domi reliqui †. exoletam virginem,

id est grandem, quae exoleverat. 'aboleo' vero, velut 'redoleo', et 'abolui' et 'abolevi' facit praeteritum, unde et 'aboletum' et 'abolitum' et 'abolitio' dicitur. Livius in VIII: etsi omnis divini humanique moris memoria aboleverit. Persius:

Hoc iuvat? hic, inquis, veto quisquam faxit oletum.

Cicero in Verrem de praetura urbana: vereor, ne haec cuipiam nimis antiqua et iam obsoleta videantur. a 'deleo', cuius simplex [id est 'leo'] in usu non est, 'deletum', a 'delino deli|tum' nascitur, || quod Probus et Caper comprobant, usu quoque adiuvante. Virgilius in IIII georgicon:

et paribus lita corpora guttis.

Cicero epistularum ad Calvum primo: tuli moleste, quod literae delitae mihi a te redditae sunt. idem in IIII Verrinarum: tabulae sunt in medio, quae se corruptas atque interlitas esse clamant. Accius in Atreo:

Epularum fictor, scelerum fratris delitor.

55 supina secundum iam praedictam regulam in 'vi' syllabam praeteritum terminantium faciunt, ut 'completum', 'defletum', 'obsoletum', 'abolevi aboletum', 'abolui abolitum', 'deletum' a 'deleo'. unde et 'letum' ipsa res, quae delet, quasi a 'leo' simplici, quod in usu non est, profertur.

Alia vero omnia verba in 'leo' desinentia 'eo' in 'ui' divisas trans-

in parasito medico *v. Ritschelium parerg.* I 132; *medici fr.* 3 *p.* 439 *Both.* in medico: Domi *om. G* 1 *f.* ego exoletam 2 grandem] *dh* grad.ē *D* gradem *H* velut] *r* uelud *RBD* 3 et unde et *K* 4 abolicio *D* abolito *GK* *Liv. ab u. c. lib.* VIII 11, 1 in VIII *om. G* IIIIII. *D* omnis] *d* oms *RDG* omnes *BHK* 5 moris *addidi ex Livio* absoluit *Liv. Medic.* abolenit *Paris. rell.* *Pers. sat.* 1, 112 psius *ni f. in litura R* Ipsius *r* 6 hic] hoc *B* f.axit *H* 7 *Cic. in Verr.* II I 21, 56 in — antiqua *om. G* uersor *Rr* ne. (c) *B* haec] *sic etiam Cic. Guelf.* 1 haec forte *rell. Cic.* cuipiam haec *H* 8 antiquā *B* et iam] *om. L* etiam *RDHGK* obsoleta] *d* absoleta *DLKr* obsoluta *R* 9 quod et probus et *B* Probus] *Berytius ni f.· cf. ann. ad lib.* V § 45 Caper] *v. Osannum de Capro p.* 16 comprobant] *r* comproban *R* comprobat *BG* couprobat *H* 10 *Verg. georg.* IIII 99 12 *Cicero epp. ad C. Licinium Calvum* I *fr.* 1 *p.* 467 *Or.* aepistolarum *K* in epłarū *D* epistularum — tuli *om. G* primo tuli *om. LK* quod uim lyterae *G* 13 redite *Rr* *Cic. in Verr. or.* II II 42, 104 in IIII Verriuarum *om. G* UII. *L* 14 coruptas *B* corruptasque atque *D* 15 Attius *G* accitius *H* *Att. Atrei fr.* 1 *p.* 184 *Both.* XI *p.* 138 *Ribb.* fictor scelerum fratris deditor delitor *thes. Lat. ap. Maium auct. class.* VIII 178 fictor scelerum, fratris perlitor *ibid.* 301 in Atreo: Epularum *om. G* (*non R*) atreo epistolarum. Fictor *B* 16 epillarum *Rr* .Fictor *H* 17 Sopina *et sic saepius B* iam *om. G* 18 absoletum *R* absoletum *Dd* obsoletum absoletum *BH* aboletum aboleui *L* aboletum aboleui *GgD* aboletum ab aboleui *K* 19 abolui] *r om. G* aboleui *R* abolitum abolui *L* abolitum ab abolui *DK* loetum *RDH* 20 resque debet *RrKk* delet uitam quasi *GL* quasi oleo *Rr* a leor *BDHGLK* 21 deuisas *L*

ferentia faciunt praeteritum, ut 'doleo dolui', 'calleo callui', 'palleo pallui', 'excelleo excellui', quod et 'excello' invenitur.

Alia quoque omnia secundae coniugationis verba, quacumque consonante ante 'eo' posita, 'eo' in 'ui' divisas convertentia faciunt praeteritum perfectum, ut 'habeo habui', 'rubeo rubui', 'doceo docui', 'arceo arcui', 'timeo timui', 'iaceo iacui', 'teneo tenui', 'caneo canui', 'candeo candui', 'stupeo stupui', 'tepeo tepui', 'pareo parui', 'careo carui', 'horreo horrui', 'floreo florui', 'censeo censui', 'pateo patui', 'liqueo licui', ex quo 'liquesco' inchoativum. **Ovidius in IIII metamorphoseon:**

> **Protinus inbutum caelesti nectare corpus**
> **Delicuit terramque suo madefecit odore.**

a 'liceo' quoque 'licui' facit. excipiuntur haec: 'iubeo | iussi', 'sorbeo' 56
vel etiam 'sorbo', ut **Probo** placet, 'sorpsi' vel 'sorbui' - **Lucanus in IIII:**

> **Absorpsit penitus rupes et tecta ferarum.**

Cicero in II Philippicarum: sanguinem civilem exhausit vel potius exsorbuit. idem pro **Murena: difficultatem exsorbuit** -, 'mulceo mulsi', 'maneo mansi', 'neo nevi', 'haereo haesi', 'luceo || luxi', 'polluceo polluxi'. **Plautus in Sticho:**

> **Vt decimam partem †. Herculi polluceam.**

Naevius in Colace:

1 caleo calui *GLK* ca^l^lui *Rr* 2 quod et excello] *r om. GLK* quod et collo *R* 3 quoque] uero *G* 4 ante *om. R* 5 ^h^abeo *Rr* 7 stipui *D* tepeo] *b* *epeo *B* 8 orreo orrui *B* 9 inchotiuum *G* *Ovid. metamorph.* IIII 252 *sq.* in IIII metamorphoseon *om. G* 11 Protinus] protulit *G* imbutum *LK* imbustum *G* 12 dilicuit *BDHGLK* terram | quae *B* made^e^ fac^it^ *Rr* malefecit *GLK* 13 A liceo quoque licui ^quod non est in usu^ *Hh* liaceo *Rr* iusi *K* 14 sorbo *ex* sorbeo *corr. K* *Probus inst. gramm.* II 3, 8 *p.* 1485 *P.* 140 *Lind.:* bo terminata, primae si sint, baui facient specie perfecta.. tertiae uero correptae, psi, ut nubo . . . aut bui, ut sorbo sorbis sorbui - *sic enim legendum pro* sorbeo sorbes sorbui sorbsi *D* so^r^bui *Rr* *Lucan. Phars.* IIII 100 15 in IIII *om. G* III* (I) *Rr* 16 obsorbsit *K* rupes ac tecta *pars libr. Luc. cum Voss. B* 17 *Cic. or. Philipp.* II 29, 71 gustaras ciuilem sanguinem uel potius exsorbueras in II — uel *om. G* philipicarum *K* phylippicarum *D* philipphicarum *B* ** sanguinem *H* In sanguinem *rell. f.* Is sanguinem e^h^xausit *H* exausit *DLK* ^l^ue *Rr* 18 exsorbuit *G* exorbuit *B* *post* exsorbuit: idem — exsorbuit *om. R; videtur addidisse r in mg. inf., quo abscisso in mg. sup. add. al. m.* *Cic. p. Mur. or.* 9, 19 exsorbuit] *r* exorbuit *RB* exsorbuit *G* 19 mulceo mulsi ^excipitur^ *Hh* luxi. ΔΗΜΟCΙCΥω. polluceo *B* 20 *Plaut. Stich.* I 3, 80 (*v.* 233)*; sic etiam libri Plautini, nisi quod* decumam in Sticho: Vt *om. G* 21 Vti *Camerarius* decumam *α* partem si Herculi *Ritschelius* partem hinc Herculi *v. d. in Gersdorfii Repert.* 1851 IV 187 herc^u^li *D* 22 Neuius *libri* *Novianis fragmentis Colacem praeeunte Bentleio ad Ter. eun. prol. v.* 25 *perperam addiderunt Bothius l. l. fr.* 4 *p.* 43 *et Munkius l. l. p.* 167 *cf. God. Hermannum opusc.* II 277 *sqq. Ritschelium parerg.* I 99. *Naev. Colac. fr.* 1 *p.* 141 *Klussm. p.* 9 *Ribb.* in — partes *om. G* collate *K*

Quid decimas partes? quantum mi alieni fuit,
Polluxi tibi iam publicando epulo Herculis
Decimas.

Supino in 'ui' quidem divisas facientia praeteritum neutra deficiunt, sicut supra diximus, ut 'canui', 'stupui', 'tepui', 'horrui', 'parui', 'egui'; deficit etiam 'metui', 'timui'; nam a 'carui' vel 'caritum' vel 'cassum' videtur posse dici, quia futuri participium 'cariturus', praeteriti 'cassus' invenitur. Iuvenalis in II, quomodo ante relatum est:

tollere dulcem
Cogitat heredem cariturus turture magno.

Virgilius in II Aeneidos:

Demisere neci, nunc cassum lumine lugent.

57 activa vero plerumque 'ui' vocales in i correptam convertentia assumunt 'tum', ut 'habeo habui habitum', 'inhibeo inhibui inhibitum', 'praebeo praebui praebitum', 'moneo monui monitum'. pauca autem 'ui' in 'tum' vertunt, nisi consonantium natura prohibeat, ut 'tenuo tenui tentum', 'doceo docui doctum', 'censui' vero 'censum', quia in simplici dictione n antecedente s et t sine r sequi non possunt. 'iussi' vero et 'mulsi' et 'mansi' et 'haesi' secundum praenuntiatam regulam in 'si' proferentium praeteritum i in 'um' convertentia faciunt supinum: 'iussi iussum', 'mulsi mulsum', 'mansi mansum', 'haesi haesum'. a 'sorbui sorbitum', a| 'sorpsi' vero 'sorptum' debet fieri supinum, ut ab 'habeo habitum' et 'praebeo praebitum' et a 'scripsi scriptum' et 'nupsi nuptum', quorum neutrum adhuc in usu inveni (id est nec 'sorbitum' nec 'sorptum'). a 'luxi' quoque 'luctum' et a 'polluxi' 'polluctum' exigit ratio in 'xi' terminantis praeteriti, sed auctoritas deficit. 'nevi' vero in 'vi' terminantium servat regulam, in supino convertens 'vi' in 'tum', ut 'nevi netum'. | ||

1 Quid *Barberin. teste Ribbeckio Lips.* 2 *Krehlii G. Hermannus l. l. p.* 280 Qui *rell.* decumas *α* decumas partis *Hermannus* partes *add. r* mi *add. Hermannus* alienum *D* 2 Polluxi] *Hermannus* polluxit *RBDHLK* poluxit *G* iam *Hermannus* a *libri* epulo Herculis decimas *om. G* herchulis *Dd* herculi *B* 3 decumas *α* 4 Supina *D* Sopina *GLK* praeteritum *om. G* 5 stipui [v] *Rr* orrui *B* 6 uel a caritum *D* casum [s] *D* 7 cariturls [v] *Rr* praeteri [ti] *Bb* casus [s] *Rr* 8 *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq. v.* § 48 quomodo *in litura r* ante relatum *scripsi* ante latum *libri* 11 *Verg. Aen.* II 85 12 Dimisere *K* Demissere *L* neci *ex* nec *corr. K* nec *L* casum [s] *D* 13 ui] *R* ui [IN] *r, sed* IN *postea eraso* adsumunt *B* 14 habeo *om. G* inhibeo *om. G.* 16 conuertunt *B* docaeo *K* 17 censui uero censui censum *G* n antecedente *etc.*] ut est monstrum *ad mg. K* 19 praenunciatam *R* praetiatam [nun] *Kk* proferentiam [v] *Rr* 22 sorbsi *H* sorspi *L* sorbtum *H* ut habeo habitum praebeo *K* 23 et a scripsi] *in lit. B* et scripsi *H* 24 in usu *om. L* non inueni *BDHGLK et m. quaedam al. in R* so•tum [rp] *Rr* sorbtum *H* 25 et appolluxi appolluctum *K* 26 autoritas *D* . 27 regulam seruat *K* supino] *r* supin• *R* netū *b* ne•• *B* netum facit sopinum. *GLK*

ARTIS PRISANI VIRI ELOQVENTISSIMI CRAMATICI CAESAR DOCTORIS VRBIS ROMAE CONSTĀTPOLLITANAE LIBER. VIIII. EXPLICITVS. | INCIP̄ LIBER X. DE P̄T PERFECTO TERTIAE CONIVGATIONIS *R* EXPLICIT (EXPLI *B*) ARTIS PRISCIANI VIRI ELOQVENTISSIMI. GRĀMATICI CAESARIENSIS DOCTORIS VRBIS ROMAE CONSTANTINOPOLITANE. LIBER. (LIBRI *B*) VIIII. INCIPIT LIB̄. X. DE PRAETERITO (PRAETERI *H*) PERFECTO TERTIAE CONIVGAT; *BH* Artis p̄sciani uiri eloquentissimi grām̄atici caesariensis doctoris urbis romae constantinopolitanae lib̄. VIIII. explic̄.. *GL*. INCIP̄. lib̄. X. mus. de p̄terito perfecto. *add. G* Incip̄ VIIII de uerbo III et IIII coniugationis. *L* liber. VIIII. expli̅. incipit liber. X. mus de p̄ito perfecto *K* .I. .III. coniugationis *add. k* EXPLICIT LIBER NONVS PRISCIANI DE PRAETERITO PERFECTO TERTIAE CONIVGATIONIS ET QVARTAE. INCIPIT IDEM SECVNDVS. DE VERBO DECIMVS. SED PRIMVM DE AIO. *D*

LIBER DECIMVS.

p. 875 P. p. 472. 73 K.

DE PRAETERITO PERFECTO TERTIAE CONIVGATIONIS.

I 1 In 'io' a antecedente unum invenitur 'aio', quod in prima quidem persona i loco consonantis habet duplicis, quae et geminabatur a vetustissimis 'aiio', in secunda vero et tertia transit in vocalem necessario, quia consonans sequitur, 'ais ait'. itaque pares habet in tribus personis syllabas, cum omnia in 'io' desinentia tertiae vel quartae coniugationis una syllaba minores habent prima persona secundam et tertiam, ut 'facio facis facit', 'audio audis audit'. sed in hoc primae personae paenultima positione producitur, secundae vero et tertiae corripitur [sicut quibusdam videtur, tertiae est coniugationis] nec per totam in usu invenitur declinationem. cuius praeteritum, cum 'ait' in tertia inveniatur persona, debuit 'ai' primam facere, quae in usu non est; potest tamen 'ait' quoque praesens intellegi pro praeterito. sed cum imperativus in i terminans reperiatur, quartae | magis ostenditur esse coniugationis. Naevius:

An nata est sponsa praegnas? vel ai vel nega.

E quoque antecedente in 'io' unum invenio 'meio' tertiae, in quo similiter i loco consonantis est. Iuvenalis eius infinitum profert in I:

1 a *post* io *sup. lin. add. H* 2 [a] uetustissimi[s] *Rr* uetustussimis *H* 6 desinentia in io *H* quartae] quatę *r* quate *R* 9 secundae uero sicut quibusdam uidetur tertiae est coniugationis ⊢ et tertiae corripitur. *Rr* Secundae uero [et] sicut quibusdam uidetur tertiae coniugationis et tertiae corripitur *B* secundae uero sicut quibusdam uidetur tertiae est coniugationis. et tertiae corripitur *Dd* secundae uero et tertiae corripitur. sicut in quibusdam uidetur tertiae est coniugationis *G* secundae uero ******* [sed quibusdam uidetur tertiae esse coniugationis] ************************ et tertiae corripitur (sicut quibusdam uidetur) *Hh* secundae uero et tertiae corripitur et sicut quibusdam uidetur tertiae est coniugationis. *LK* 10 totam *ex* totum *corr. B* inuenitur *B* 11 inter|ta inueni[a]atur *Rr* persona inueniatur *LK* persona *om. G* 12 quoque *om. L* quoque etiam intellegi praesens *K* praesens] *r* prae *R* 13 reppperiatur *Dd* repperiatur *BHL* 14 Naevius] *sic etiam bis* § 52, *ubi altero loco codd. plerique* Ennius; Naeuius (neuius *Mon. Paris. B* neuimus *Paris. A*) 'alicubi' *Diomedes p.* 370 *sq. P. Naev. fr. com. inc.* 25 *p.* 198 *Klussm.* XIX *p.* 125 *Ribb. Novii virgini praegnanti ascribunt Bothius* (*fr.* 3 *p.* 55) *et Munkius l. l. p.* 181, *quos refutat Klussmannus l. l. p.* 180 *sq.* Neuius *DGLK* 15 [ann] amata *DdKk* au est nata *Diomedes*, *unde est delendum videtur Osanno ad Cic. de rep. p.* 450 est sponsa est *K* praegnas] *BH* § 52 *l. priore* praegnans *RDH* pregnans *B* prignans *GLK* 16 tertio *L* 17 *Iuv. sat.* I 1, 131 I. libro *h*

Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.

Persius:

Pinge duos angues: pueri, sacer est locus, extra
Meite.

quidam tamen etiam 'meio meias' dici putaverunt. sed 'mingo' quoque dicitur, ex quo praeteritum in usu est 'minxi', unde Horatius:

Hunc perminxerunt calones,

ex quo secundum regulam in 'ctum' nascitur supinum 'mictum'. Horatius in I || sermonum:

Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum, atque in me veniant mictum atque cacatum.

unde etiam meditativum 'micturio', ut 'lectum lecturio', 'partum parturio', 'esum esurio'; a supinis enim meditativa solent fieri.

In 'io' quoque u antecedente unum invenio 'inquio', quod plerique 2
artium scriptores putant in usu non esse. Sed Cicero ponit hoc in secundo de oratore: adtendere et aucupari verba oportebit, inquio, ut ea quae sunt frigidiora vitemus. in eodem: tu vero, inquisti, molestus non eris. idem in Verrem de signis: qui me ubi viderunt, ubi sunt, Pamphile, inquiunt, scyphi? idem in IIII ad Herennium: quid enim tibi vis? aliquis inquiat. ex quo apparet, secundum analogiam 'inquiam' quoque debere dici. idem ad eundem in V: at non Africani nepotes, inquit, istiusmodi fue-

1 tm[a tū] *Ll* meire[e] *K* meire *RG* 2 *Pers. sat.* 1, 113 *sq.* 3 pingue *RLK* pueri] *r* pueris *RGLK* 4 meite] *h* meiite *GL et ex* meiete *corr. K* meiere *H cf. lib.* XIIII § 35 5 di: putauerunt: ei *H* 6 oratius· *H* horatius in *R* horatius. In *B* oratius in *DGLK* Horatius in I. sermonum *Heidelb.* *Horat. serm.* I 2, 44 7 hinc[v] *Rr* permiserunt[nx] *Dd* perminxerunt *semierasum in* perminxeri *mut. in B* 8 Oratius *GLK* *Horat. serm.* I 8, 37 *sq.* 9 in — coruorum *om. G* 10 at] et *B* capud[t] *Rr* inquirer *K* aluis[b] *D* aluis *BLK* 11 atque] *h* et *BDHGLK* veniant] *sic etiam aliquot codd. Hor.* ueniat *cum optimis libris Hor. duo Prisc. mss. a Bentleio ad h. Hor. l. l., Heidelb. Darmstad.* ueniet[ab] *liber quidam Prisc. ms. apud Bentleium* adque[t] *D* cacatum ΟΥΡΟΝ. ΚΟΠΡΟΝ. Vnde *B* 12 micturio] *d* iniecturio *D* ut *add. b* 13 essum essurio *GLK* ęsum ęsurio *D* enim *in litura h* meditatino inchoatiua (*ex* inchoatino *corr.*) solent *B* 14 antecente[de] *Rr* inquio *add. r* 15 *Cic. de or.* II 63, 256 16 oratione *BHGLK* attendere *GLK* acupari *B* occupari *G* 17 inquio] in quo *aut.* in quibus *libri Cic.* inquo[i] *Kk* sunt] *r cum Cic. Lagom.* 2. 36 *aliis* sint *RDHGK* *Cic. de or.* II 64, 259 18 *Cic. in Verr. act.* II IIII 14, 32 in — signis *om. G* 19 me ubi] simul ut me *Cic. dett.* palphile *H* sciphi *BDHGL* sophi *K* *rhet. ad Herennium* IIII 3, 5 20 UII. *G* inquiat] *sic aliquot libri rhet. opt.* inquid *Virceb.* inquit *vel* inquiet *rell.* 21 inquiam] inquam *r* *rhet. ad Herenn.* V: IIII 31, 42 *cf. lib.* III § 19. V *h. l. scribendum esse docet Kayserus l. l. eumque numerum praebent libri mei omnes* 22 at] *in litura r* aut *B* (*R?*) affricani *HK* apricam *L* nepoti *BLK* inquit] *rD ex corr.* inquid *RBD pr.* inquieti *codd. rhet. opt.* inquiat *vel* inquiet *rell.* istimodi *R* et istiusmodi *r*

runt. in eodem: videte nunc, inquis, iudices, quemadmodum me Plagioxippus iste tractarit. Persius:

Hoc | iuvat? hic, inquis, veto quisquam faxit oletum.

Terentius quoque imperativum eius 'inque' in Phormione posuit:

Tum autem Antiphonem video ab sese amittere
Invitum eam, inque.

ergo secundum analogiam tertiae coniugationis invenitur eius tota fere declinatio verbi; supinum vero ab eo non inveni nec quae solent ab eo nasci.

3 In 'cio' a antecedente mutant eam in e productam et abiecta o productaque i faciunt praeteritum perfectum, ut 'facio fēcī', 'iacio iēcī'. ex his composita cum praepositione quamvis in praesenti mutent a in i, tamen praeteriti regulam servant, quae est in simplicibus, ut 'efficio effeci', 'proficio profeci'. ideo autem dixi, 'cum praepositione || composita' mutare a in i, quia, si cum alia parte componantur, servant a, ut 'calefacio calefeci', 'tepefacio tepefeci', 'tremefacio tremefeci', 'stupefacio stupefeci'. 'abicio' quoque 'abieci' facit, 'conicio conieci', 'inicio inieci', 'proicio proieci'; invenitur tamen etiam simplex, 'icio icis'. unde Virgilius in XII:

ictum iam foedus et omnes
Conpositae leges.

Alia vero i ante 'cio' habentia eandem i in e convertunt et 'cio' in 'xi', ut 'aspicio aspexi', 'conspicio conspexi', 'illicio illexi', 'pellicio pellexi'; excipitur 'elicio elicui' - Livius ab urbe condita libro V: ad colloquium vatem elicuit -, et puto ideo, ne, si 'elexi' diceremus, necessario participium 'electus' fieret et esset dubitatio significationis. 'pellicui' quoque pro 'pellexi' veteres protulerunt. Laevius in Laudamia:

1 *rhet. ad Herenn.* V: IIII 31, 42 eadem *L* inquiet *vel* inquit *libri rhet.* inquiat *Orellius* quemadmodum] *r* quemammodum *RBL* 2 me *add. d* me Plagioxippus *om. G* Plagioxippus *vel* Plagioxyppus *codd. rhet. fere omnes* plagiuxippus·*r* plaginxiphus *R* plagiosipphus *B* plagiaxiphus *DLK* plagi°xiphus *Hh* Plagioxypus *Klotzius* tractari *BLK* retractari *G* tractauit *v. l. codd. rhet. Pers. sat.* 1, 112 4 *Ter. Phorm.* V 8, 25 *sq.* formione *RG* 6 eum *GLK* 7 eius *om. D* 8 nec quae] nec quoq. *G* nęcq. *D* neq; *B* 10 a *add. r* antecedendente *G* e] eọ *Dd* producta i *GL* produc̄ i *K* 11 "perfectum "praeteritum *K* 12 mutent] *r* mutant *R* *post* a in i *sqq. usque ad alterum* a in i *om. D add. d* 14 perficio perfeci *HG* 15 quia si] quasi *H* si *om. G* 16 tepefacio tepefeci *add. r* tremefacio — stupefeci *om. G* 17 *ad* abicio *et sqq.* secundum supradictam regulam *sup. lin. adnotat K* 18 *Verg. Aen.* XII 314 *sq.* 20 ictu *B* sictum *Rom.* fedus *K* 21 c̄positae *D* compositae *RGLK* composite *B* 22 eundem *L* 23 ut *om. GL* 24 Excipiuntur *Rr* eliceo *B*. *Liv. ab u. c. lib.* V 15, 6 ab — V *om. G* condata *H* II *r* 25 ne si] *d* nexi *D* 26 necessariū *B* electus] *r* elatus *R* 27 pro] *om. GL* .i. pro *g* Lęuius *D* leuius *GLK et ni f. H* Liuius *RB et in litura h* Laevius in Laudamia] *fr. Laev.* X *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 76 *sqq. Livii Andron. Laodamiae fr.* 1 *p.* 12 *Both. at cf. Klussmannum Liv. Andron. dram. rell. p.* 23 in — affluens *om. G*

†Aut nunc quaepiam alia te illo
Asiatico ornatu affluens,
Aut Sardiano ac Lydio
Fulgens decore et gratia
Pellicuit.

sed Terentius in Phormione:

is senem per epistolas
Pellexit, modo non montes auri pollicens.

invenitur etiam 'allicuit' et 'pellicuit'. Piso historiarum I: cuius unius praemio multorum allicuit animos. P. | Varro belli Sequanici libro II:

Deinde ubi pellicuit dulcis levis unda saporis.

Supina ex illis quidem, quae a habent ante 'cio', fiunt a praesenti 4
'io' conversa in 'tum', ut 'facio factum', 'iacio iactum'. in omni enim verbo, sive paenultima sive antepaenultima sit, a servatur etiam in supino, quamvis mutetur in praeterito perfecto, ut 'facio feci factum', 'iacio ieci iactum', 'capio cepi captum', 'ago egi actum', 'frango fregi fractum', 'cado cecidi casum'. ex his composita, quae in praesenti mutant a in i, ut 'facio inficio', 'capio incipio', et in supino a in e convertunt, ut 'factum infectum', 'captum inceptum'; illa vero, quae componuntur a verbis in 'go' desinentibus, quamvis mutent a in i, tamen in supino immutabilem servant eam, ut 'ago exigo exactum', 'frango infringo infractum', 'tango contingo contactum', 'pango impingo impactum'; quae vero in 'xi' terminant praeteritum secundum praemonstratam regulam, 'xi' in 'ctum' convertentia faciunt supinum, 'aspexi || aspectum', 'illexi illectum'; 'elicui' vero 'elicitum' facit, unde Lucanus in VIIII:

1 aliã *B* illa [o] *D* Aut nunc alia te quaepiam | Asiatico *Ios. Scaliger coniect. ad Varr. de l. L.* VI § 94 *t.* II *p.* 157 *ed. Bipont.* aut | Nunc quaepiam alia te Ilio, | Asiatico *G. I. Vossius castigg. p.* 9 2 ornata [v] *Dd* affluens] *r* afluens [l] *RK* 3 sardanio *G* aclydio [i] *H* aclidio *DG* aclidia *L* lydeo *Rr* 4 fugens *Hh* decoro [e] *Dd* gratia *Hauptius ex lex. Vat. ap. Maium auct. class.* VIII 417 gloria *libri* 6 *Ter. Phorm.* I 2, 17 *sq.* 7 epistolas] *b cum Bemb.* epistulas *Bas.* aepistolas *K* epistolam *B et libri lib.* XVIII § 242 *cum aliquot codd. Ter.* 9 allicui *B* et plicuit [el] *D* et prolicuit *BGLK* et pollicuit *k* *L. Calpurnii Pisonis histor. lib.* I *fr. p.* 147 *Kr. fr.* 23 *p.* 299 *Roth.* piro *GLK* 10 proemio *B* animus *B* P. *om. DGLK* Publius *d* *P. Varronis belli Sequan. lib.* II *fr. v. ap. Wüllnerum de P. Terentii Varronis Atacini vita et scriptis p.* 11 *sq.* bellis equani *L* 12 ubi] libi *GLK* pellicuit] *d* pollicuit *BDHk* prolicuit *GLK* soporis [a] *D* 15 uerbo *add. r* siuę *D* sive] *h. l. etiam D* sine antepenultima *in mg. add. h* etiam *om. G* 17 coepi *B* 18 cassum *Rr* 19 et] *om. GL* et [etiam] *Hh* conuertunt *L* uertunt *BDHGK* factum] feci [tum] *Rr* 21 mutent] *r* motent *K* mutant [e] *D* mutant *RGL* tamen supino inmutabilem *B* 22 habent [uel seruant] *G* 23 inpingo *B* 26 elicitum *ex* elicatum *corr. K* facit] fecit *DHGLKrb* *Luc. Phars.* VIIII 932 in VIIII *om. G*

> Virus et elicitum iussumque exire repugnat,

et Statius in IIII Thebaidos:

> Tam penitus durae quam mortis limite Manes
> Elicitos.

In 'dio' desinens unum invenio, 'fodio fōdi' et ex eo composita, 'perfodio perfōdi', 'effodio effōdi', quod paenultimam praeteriti produxit necessario secundum praedictam regulam, qua ostendimus, quod, si minuantur praesentis syllabae, in praeterito producitur paenultima, nisi per syncopam vel apocopam proferatur. supinum in 'sum' facit geminata s, ut 'fodi fossum'. omnia enim verba, quae in 'di' finiunt praeteritum perfectum, in 'sum' faciunt supina, ut 'prandi pransum', 'momordi morsum', 'tetendi tensum', 'pandi pansum', 'defendi defensum', 'ascendi ascensum', 'sedi sessum', excepto 'dedi', quia pri|mae est coniugationis, quae numquam in 'sum' facit supinum, et ex eo compositis, quae in tertiam transeunt coniugationem et a paenultimam simplicis supini in i convertunt, ut 'do dedi datum', 'reddo reddidi redditum', 'perdo perdidi perditum', 'vendo vendidi venditum', 'credo credidi creditum', 'condo condidi conditum'. in 'dior' quoque deponentia in 'sum' faciunt supinum: 'ordior orsum', 'ingredior ingressum'.

In 'gio' similiter producta antepaenultima et ablata o extrema faciunt praeteritum perfectum, ut 'fugio fūgi', 'confugio confūgi', 'perfugio perfūgi', 'refugio refūgi'. supinum o in 'tum' convertit: 'fugio fugitum', 'confugio confugitum', 'perfugio perfugitum', 'refugio refugitum'.

II 6 In 'pio' 'ca' antecedente mutant a in e productam et abiecta o productaque i faciunt praeteritum perfectum, ut 'capio cēpi'. ab eo composita in praesenti quidem mutant a correptam simplicis in i brevem, praeteritum vero integrum manet, ut 'incĭpio incēpi', 'recĭpio recēpi', 'suscĭpio suscēpi'. supinum tam eius quam omnium in 'pi' vel 'psi' vel 'mi' terminantium praeteritum per 'ptum' profertur, ut 'cepi || captum', 'incepi in-

1 elicit dum *G* elicita *K* illicitum *nonnulli codd. Luc.* iussum q̃ *GL* iusum q̃ *K* repugnaṇt *Dd* 2 *Stat. Theb.* IIII 413 *sq.* in — penitus *om. G* 3 Tam penitus *om. BDHLK add. d* penitos (v) *Rr* dure *LK* manens (i) *R* 4 elicatos *K* 5 et *om. K* 6 effodi] effodo *B* quod] q̃ *K* 7 praedictam] *b* praed•ctam *B* quam (a) ostendimus *RBD* 9 proferẹtur *H* geminata s facit *K* ut fodiọ *Rr* 11 faciunt supinum *D* prandi] *r* prando *R* mọmorsum *Hh* 13 sesum *L* nū(quam) *Rr* 14 conpo(si)tis *Hh* 15 coniugationem *ex* coniugationes *corr. B* connertitur *G* 18 quoque *om. G* ut ordior *B* 19 ingresum *L* 20 prodocta (v) *H* 22 ut fugio *D* 23 perfugio perfugitum *om. H* 24 a] a correptam *ex libris nonnullis Krehlius, quibus tamen nec H adnumerare debebat sec. si Lindemanni silentio fides, Heidelb.* 25 coepi *B* •abeo(h) *D* 27 incoepi *B* recipio recepi•(o) *B* suspịcịo *Rr* suspicio *D* 28 uel in psi uel in mi *G* psi] spi *L* si• *D* 29 praeteritum perfectum per *B* praeteritum perfectum profertur in ptum (ptum *K*) ut *GLK* ptum] *r* •tum *R* profertur *add. r* cepi] coepi *D*

ceptum', 'coepi coeptum', 'rupi ruptum', 'scalpsi scalptum', 'compsi comptum', 'prompsi promptum', 'dempsi demptum', 'scripsi scriptum', 'nupsi nuptum', 'emi emptum', 'ademi ademptum'. 'rapui' quoque 'raptum' facit; similiter ex eo composita, 'corripui correptum', 'arripui arreptum'.

'Cu' vero ante 'pio' habentia o in 'vi' convertunt et producunt paenultimam in praeterito, ut 'cupio cupīvi' vel 'cupii' et ex eo composita, 'concupio concupīvi' vel 'concupii'. vetustissimi | autem etiam secundum quartam coniugationem solent proferre hoc verbum. **Lucretius:**

> effringere ut arta
> Naturae primus terrarum claustra cupiret.

in 'ui' divisas faciens praeteritum unum invenio supra dictae terminationis, 'rapio rapui' et ex hoc composita, 'eripio eripui', surripio surripui'; nam 'surpui' per syncopam protulerunt quidam poetarum, ut **Horatius** in IIII **carminum:** 7

> Quae me surpuerat mihi,
> Felix post Cinaram.

'sapio' tam 'sapui' vel 'sapii' quam 'sapivi' protulisse auctores inveniuntur; **Probo** tamen 'sapui' placet dici, **Charisio** 'sapui' vel 'sapivi', **Aspro** 'sapivi' et 'sapii' secundum **Varronem**, quod **Diomedes** etiam approbat. **Nonius** tamen **Marcellus** de mutatis coniugationibus sic ponit: 'sapivi' pro 'sapui'. **Novius virgine praegnante:**

1 coepi coeptum] coepi ceptum *BH* concepi conceptum *h* scalsi *L* com[p]si *K* 2 prompsi promptum] *d* prumpsi prumptum *D* 4 ex] et ex *BDHr* 5 vi] i *G* 6 praeteritum *B* ut concupio *G* 7 concupi•[ui] uel concupii (i *ni f.*) *Hh* autem] tamen *B* etiam *sup. lin. add. h* 8 solent] *R* solebant *rell.* Lucre[n]tius *D* *Lucret.* I 70 *sq.* 9 effrigere *D* confringere *libri Lucr.* frangere *corr. oblongi* perfringere (perfringe) *Non.* 506, 33 10 portarum *Lucretius* cupiret] *sic etiam Nonius et add.* at. uideret (*h. e.* ualeret, *v. Maehly annal. philol.* LXXI 204) *corr. oblongi Lucr.* cuperet *quadr. et obl. pr. m.* 11 supradictae *d* supradicta *D* 12 hoc] eo *Gr* eripio] eripuo *B* surripio surripui *add. r* 13 per sinagopam surpui *K* quidam protulerunt *G* Horatius] *db* oratius *BDGLK* *Hor. carm.* IIII 13, 20 *sq.* in IIII carminum] *om. G* in IIII in carminum *Rr* 16 post Cinaram] uel post amaram *h* cynaram *R* 17 sapui quam sapii [uel] quam sapini *Kk* sapiui uel sapii quam sap[i]ui *B* sapui uel sapii quam sapui *H* quam sapiui *om. R*. inveniuntur] *r* inueniantur *R* 18 *apud Probum p.* 1483 *P.* rapio rapui uel ii, *quod ex* sapio sapui uel sapii *ortum esse conicit Struvius üb. d. lat. Decl. u. Conjug. p.* 295, *ipse dubitans, quod Prisc.* sapui *tantum apud Probum legerit: at illud* uel ii *ad sequens exemplum* cupio *pertinere, docuit Lindemannus p.* 138 *ed. suae. equidem h. etiam l. intellegendum arbitror Probum Berytium, cuius notitiam Priscianus Capro debuerit, cf. O. Iahnium ad Pers. prol. p.* cxxxix *et ann. ad lib.* V § 45 Charisio] *r* carisio *LK* cariseo *G* Charisius *R* *Charis. p.* 218 *P.* 147 *L.* vel sapivi] *r* uel sapii *R* Aspero *k* 19 et sapii] uel sapii *r* uel sapui *d* assapui *D* *Varr. fragm. p.* 340 *ed. Bip.* diomides *GLK* *apud Diomedem p.* 366 *P. extr.* sapio sapui *libri,* sapio sapiui et sapui *edd.* sapio sapiui et sapii *ex hoc Prisciani l. Struvius l. l.; corruptis contra Diomedis exemplaribus, cui quidem* sapiui *et ipse restituit, Priscianum usum esse censet H. Keilius* adprobat *B* 20 Nonius *G* *Non. Marcell. cap.* X *p.* 508. 20 mut[ia]tis *Rr* 21 pro sapui *add. r* Neuius *Dr* Noeuius *B* *Nov. virg. praegn. fr.* 1 *p.* 54 *Both. p.* 181 *Munk. p.* 227 *Ribb.* prignante *GLK*

. quando ego
Plus sapivi, qui fullonem conpressi quinquatribus.

Terentius similiter:

cum intellego
Resipisse, .

pro 'resipivisse'. Caper utrumque in usu esse contendit. Afranius in Brundisinis:

Equidem nunc resipivi, postquam pectus est laetitia onustum.

Plautus in rudente:

Pol magis sapisset, si dormivisset domi.

'coepio', quod in usu non est, 'coepi' facit praeteritum. Terentius tamen in adelphis praeteritum imperfectum subiunctivi eius verbi, quod nascitur ex praesente, profert:

sinerem [ego] illum? ac non sex totis mensibus
Prius olfecissem, quam ille quicquam coeperet?

supinum a 'cupivi' et 'sapivi' secundum supra dictam analogiam mutata 'vi' in 'tum' profertur, 'cupitum' et 'sapitum'.

8 In 'rio' unum inveni, 'pario peperi'. ve||tustissimi tamen et secundum quartam coniugationem hoc protulisse inveniuntur. Ennius:

Ova parire solet genus pinnis con|decoratum.

sed Terentius in Phormione:

Neque parere iam diu haec per aetatem potest.

1 quanto *Mercerus* ego] ergo *D* uero *G* 2 quin *libri Non.* follonem (v) *R* fulonem *L* compresi *RLK* cōpressi *G* quinquatrubus *libri Non.* quinquatrbus *R* 3 *Ter. heautontim.* IIII 8, 2 *sq.* 4 te guate cum intellego *Bemb.* guate cum te intelligo *Bas.* intellege *LK* intellige *G* 6 pro resipivisse] *r* pro resipuisse *R* Caper] *v. Osannum de Capro p.* 16 contendit] ostendit *BDHKr* affranius *K* *Afran. Brund. fr.* 3 *p.* 162 *Bth.* IV *p.* 182 *Nk.* II *p.* 143 *Ribb.* in Brundisinis *om. G* 7 Brundisinis] *bd* brundesinis *D* brundissimis *K* brundi•inis *B* brundinisis (s n) *Rr* Brundusinae *vel* Brundisii *nomen fabulae apud alios tribuitur v. fragm. edd.* 8 resip•ui (i) *R* resipui *BDHGK* laetitiae (t) honustum *Rr* leticia honustum *D* 9 honustum *B* 10 *Plaut. rud.* IIII 1, 8 (*v.* 899) in rudente *om. G* 11 sapuisset *L* sapiuisset *BG* sapiisset *K* sapissed *Palat. uterque* dormisset *B* domina *GL* 12 usu (non) est *K* *Ter. adelph.* III 3, 42 *sq.* 13 aldelphis *G* preteritum p̄teritum *Rr* subiunc••tini (ta) *D* 14 praesenti *BL* presenti *r* p̄sente (i) *D* 15 sinerem illum *lib.* XVIII § 252 *cum Terentio* sinere (m) illum *Bemb.* ergo *G* ac] at *GLK* aut *libri Ter. cf. lib.* XVIII § *l.* 16 olefecissem *L et in* olfecissem *corr. K* coeperit *lib.* XVIII *l. l. cum Bemb. Bas.* 17 secundum] *b* secund•m (a) *B* p̄dictam ʻregulam (*in mg.* ʻuel analō) *G* 18 ut cupitum *B* 20 *Enn. ann. fr. v. lib.* VIII § 33 21 pennis *HGLKr* pinnis (e) *D* 22 Terentius in Phormione] *immo in adelph.* V 8, 8: Scio. - Parere iam diu haec per annos non potest. formione *G* 23 pare (re) *Rr* pareret *G* iādiu *k* iandiu *GK*

idem in Andria:

Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.

supinum 'partum' debet esse, unde et 'partus' et 'parturio' meditativum. plerumque enim regulam supini sequuntur tam meditativa quam frequentativa, exceptis quibusdam, de quibus in significatione verbi diximus, ut 'lectum lecturio' et 'lectito', 'mictum micturio' et 'mictito', 'dictum dicturio' et 'dictito'. sic ergo 'partum parturio' et 'partito'. Statius tamen in XII Thebaidos participio futuri addidit i:

Misceat atque hosti veniat paritura marito.

Deponentia in 'rior' desinentia, 'orior' et 'morior', tam secundum tertiam quam secundum quartam coniugationem declinaverunt auctores, 'orior oreris' et 'oriris', 'morior moreris' et 'moriris'. Lucanus in IIII:

Non gratis moritur, iugulo qui provocat hostem.

Ennius in XIIII annalium:

Nunc est ille dies, cum gloria maxima sese
Nobis ostendat, si vivimus sive morimur.

Terentius in eunucho:

Risu †emoriri omnes denique.

Virgilius in II Aeneidos:

telis
Nostrorum obruimur, oriturque miserrima caedes.

Lucilius in III:

Conturbare animam potis est, quicumque adoritur.

eorum supina 'ortum' et 'moritum', quamvis 'oriturus', non 'orturus' in- 9
veniatur participium futuri, sed praeteriti 'ortus', non 'oritus' dicitur. Horatius epistularum libro II:

1 *Ter. Andr.* III 1, 14 andrea *K* 2 simul [ant] *Hh* pare [re] *Rr* 4 regulam *add. h* secuntur *RB* sequntur *GK* 5 in *sup. lin. add. G* 7 sic] Si *R* ergo est *k* paturio *GL* *Stat. Theb.* XII 539 8 tebaidos *K* participio] *r* participium *R* i *om. R* 9 Misceat] *R om. rell.* Adque [t] *D* 10 orior et morior tam *add. d* 12 or*eris et oriris (i) *H* *Lucan. Phars.* IIII 275 in IIII *om. G* 13 Non gratis moritur] Vincitur haut (*sic Voss. uterque*) gratis *Lucanus;* Moritur haud gratis, *ex Prisc., ut videtur, interpolatus Luc. Cassell. m. alt.* iulo [gu] *Rr* 14 *Ennius annal.* XI 18 *sq. E. S.* XIV vi *p.* 58. LXXIII *Vahl.* in — sese *om. G* XI *Merula referens haec ad verba ex or. Catonis apud Livium* XXXIIII 13, 5 *servata, at v. Vahlenium p.* LXXIII 15 maxima gloria *Heidelb.* 16 ostendit *Lr* ostentat [eu] *Zwicc.* 2 *Krehlii* si] si *Hh* siue *B* 17 *Terent. eunuch.* III 1, 42 Risu omnes, qui aderant, emoriri; denique *et sic add. initio v. sq.* metuebant *Heidelb.* in eunucho *om. G* iunucho *K* 18 Risu] iusu *K* 19 *Verg. Aen.* II 410 *sq.* in *om. G* 20 Talis *D* 21 Nostrorum *om. L* oriturqu[e] *B* 22 *Lucil. sat.* III 27 *Dous. Gerl.* 20 *ap. Vargesium Luc. sat. ex lib.* III *q. s. p.* 7 in III *om. G* III, *ex* IIII, *corr. H* tertio *L* VII, *r* 23 animam] animum *coni. Vargesius l. l. p.* 19 adorat[i]ur *Rr* 24 ortum *ex* oritum *corr. B* et mort[i]um *H* 25 non oritus *add. r* 26 oratius *GLK* *Hor. epp.* II 1, 17 *cf. lib.* XI § 18 aepistolarum *K* epistularum libro II *om. G*

Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

a 'morior' quoque notandum, quod, cum 'moriturus' secundum analogiam faciat participium futuri, 'mortuus' fecit praeteritum geminata u, quod in nullo alio participio invenies, pro 'mortus' vel 'moritus', quod proportio magis exigebat.

In 'tio' desinens per 'si' facit praeteritum geminata s: 'quatio quassi', quod teste Charisio in usu non est, 'percutio | percussi', 'incutio incussi'. supinum secundum regulam in 'si' terminantium perfectum in 'sum' exit, 'quassum', unde frequentativum 'quasso quassas'; similiter 'percussum', 'incussum'. nam 'ussi || ustum' et 'torsi tortum' vel 'torsum' excipiuntur et quae quartae coniugationis in 'si' terminant praeteritum perfectum: 'farcio farsi fartum', 'sarcio sarsi sartum', 'fulcio fulsi fultum', 'haurio hausi haustum'. p vero ante 'si' posita, sicut supra dictum est, per 'ptum' faciunt supinum: 'demo dempsi demptum', 'promo prompsi promptum', 'nubo nupsi nuptum', 'scribo scripsi scriptum'.

In 'tior' deponens tam tertiae quam quartae coniugationis unum invenitur, 'potior'. Virgilius in III Aeneidos:

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat et auro
Vi potĭtur.

i secundum tertiam coniugationem corripuit paenultimam. Lucilius vero in V:

Deficit alma Ceres nec plebes pane potītur

secundum quartam coniugationem producta paenultima protulit. similiter Ninnius in Iliadis secundo:

1 Nil] *h* Nihil *Hr* nihil *RDLK* tale] *r* telo *R* 2 moritus (tu *supra*) *Hh* 3 fecit] facit *Dr* 4 nulo (l *supra*) *Rr* mortus *in litura h* 5 exigebaut *Dd* 6 per si (s *supra*) *Kk* quattio *B* 7 carisio *R* *cf. Charis. p.* 218 *P.* 146 *L., cuius quidem et Fabriciana et Putschiana h. l. inter exempla formae tertii ordinis quintae*, qua perfectum in si literas cadit, *ponunt:* quatio tis si, in usu non est, sed concutio et percutio tis si; *at cod. teste Keilio* co•••••••••• (ncutio tis *recte restituit ed. pr.*) concussi, *ut illae edd. ex Prisciano suppletae sint* est, sed percutio *coni. Osannus Beiträge etc.* II 338

10 ussu (i *supra*) *Rr* ussi *K* usi *G* et gessi gestum *post* ustum *add. d* torsum uel tortum *R. num* tortum [uel torsum], *ut locus ex lib.* VIIII § 51 *interpolatus sit?* 12 sartio (c *supra*) *Rr* fultio (c *supra*) *Rr* 14 ptum] praeteritum *GL* supino (v̄ *supra*) *Rr* promsi *RDH* promptum *om. G* promtum *L* 15 nubsi *K* scripsi] scribi *R* 16 quam *add. rd* inuenitur unum *G* 17 *Verg. Aen.* III 55 *sq.* 18 abrumpit] *rd om. D* abrupit *cum nonnullis libris Verg. R* polidorum *RDL* .truncat (.ob *supra*) *Rr* 20 *post* coniugationem *sqq. usque ad* coniugationem *om. D add. d* Lucius *K* *Lucil. sat.* V 17 *Dous.* 18 *Gerl.* uero in V *om. G* 21 ·II· *H* ·I· *LK* 22 defecit *K* plebis *RLK* pane] *om. G* panis *LK* 23 . Similiter *D* similiter (. *om.*) *rell.* 24 Ninnius, *ut perhibetur, Scriverius ad Baudii amores p.* 416, *Bernhardius Grundriss d. röm. Lit. ann.* 360 *p.* 406 *ed. alt. cf. lib.* VIIII § 42 neuius *RBDHLK* neuuius *G* Neuius *π* Laevius *G. I. Vossius de art. gramm.* V 35 *p.* 872 *Eckst. G. Hermannus elem. doctr. metr. p.* 333; *refertur scilicet hic versus ad Laevii, quae perhibetur, Cypriam Iliadem, in Charisii (p.* 118 *P. p.* 84 *L.) codice sub Naevii nomine et ipsam laudatam et ad Naevium relatam a Wernsdorfio poet. Lat. min.* IIII 573 *cf. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 86 *sq.* iliados *L* secundo] *sic π cum RBDH*

penetrat penitus thalamoque potītur.

infinitum tamen secundum quartam semper invenitur. Cicero in II invectivarum: rerum potiri volunt. supinum in 'itum' desinit paenultima producta, 'potītum'.

In 'uo' divisas quacumque antecedente consonante desinentia mutant o in i, ut 'acuo acui', 'imbuo imbui', 'induo indui', 'diluo dilui', 'annuo annui', 'spuo spui', 'suo sui', 'metuo metui', 'arguo argui'. Virgilius in VIIII:

Nisus ad haec: me nulla dies [umquam] tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit; tantum fortuna secunda.

idem in XI:

Verba redarguerit.

excipiuntur 'struo struxi', 'fluo fluxi', 'pluo pluvi'. Livius in I ab urbe II condita et in XXI et in XXII: lapidibus pluvisse et in XXIIII: sanguine pluvit. nam 'unguo' Nisus quidem et Papirianus et Probus tam | 'ungui' quam 'unxi' dicunt facere praeteritum, Charisius

om. GLK Faecundo *Darmst.*[b] H. Foecundo *Darmst.*[a] *et sic* secundo (*vel* II *vel* 2; fecundo *μ*). Foecundo *edd. tantum non omnes. an* III? *cf. Hom. Il.* III 447 1 penitrat *GL* 2 *Cic. in Catil. or.* II 9, 19 in II. innectinarum *om. G* II invectivarum] *lib.* XVIII § 163. 189. 251 terti• nectiuarum *H* tertio innectinarum *h* IIII inuetiuarum *Rr* III innectiuarum *rell.* 6 inbuo inbui *B* 7 suo [sui] meto [v] *Rr* meiuo [t] *Dd* *Verg. Aen.* VIIII 281 *sq.* Euryalus: me nulla *etc.*; *versus initium* Nisus ad haec *ex v.* 207 *sumptum est* 9 Nisus [Eurialus] *Rr* umquam] *om. DH* unqnam *GLK hoc voc. ex eiusdem Aen. libri* VIIII *v.* 447 *hic intrusum est:* nulla dies umquam memori uos eximat aeuo 10 •ausis *add. r* 11 dissimilem] *r* dissimile *R* disimilem *GL* anguerit *Rom.* fortuna secunda] fortunas *BD* furtunas *GLK* fortuna se[quatur] *Hh* fortuna sequatur *d* 12 *Verg. Aen.* XI 688 13 ueba *R* redarguerit] *BDHGLKr cum Pal.* redargueret *R Darmst.*[a] *cum Med. Rom.* 14 strui [x] *H* plui [v] *Rr* *Liv. ab u. c.* I 31, 1 in I ab urbe condita *om. G* I *Drakenborchius ad Liv. l. l.* II *libri* 15 condita [b] et in XXI et in XXII. [a] Lapidibus *Hh* *Liv. ab u. c. lib.* XXI 62, 5; XXII 36, 7 et in XXI et in XXII] et in XXI [I] *Rr* et in XXI [et in XXII] *D* pluisse *libri Liv.* I 31, 1 *et aliquot ex dett. libris ll. lib.* XXI *et* XXII *ll.* *Liv. ab u. c.* XXIIII 10, 7 sanguine pluvisse XXIIII *Drakenborchius ad Liv. l. l.* XXIII *libri* 16 sanguinē *cum aliquot Liv. codd. dett. D* pluvit] *rh* pluit [v] *D* pluit *RHGL* ungo [v] *D* ungo *BL* Nisus] *cf. L. Carrionem antiq. lect.* II 11 *Graefenhanium hist. philol.* IIII *p.* 83 *sq.* paririanus [p] *G* *at Papirianus de orthographia secundum epitom. Cassiod. p.* 2295 *P.* 'ungo uero non ungui, sed unxi facit'. *apud Probum iun. p.* 1484 *P.* 139 *L.* 'G. huius literae ante uo positae verbum primae coniugationis non inveni. sed tertiae correptae, gui faciens specie perfecta, ut arguo, arguis, argui et unguo, unguis, unxi' *pro* 'unguis' 'ungui et', *etiamsi ipse dubitans, Priscianum legisse censet Struvius lat. Decl. u. Conj. p.* 313 (*cf. Osannum Beitr.* II 210 *sq.*). *at mihi haec quoque ad Berytium videntur esse referenda, cf. not. lib.* V § 45 17 un [gui] *Rr* ungi *H* •dic[u]nt *Dd* Carisius *RDHGK* *Charisius p.* 218 *P.* 146 *L.*

vero 'unxi' tantum. 'coquo' vel, ut alii, 'coco coxi', 'linquo liqui', 'tinguo' vel 'tingo tinxi'. haec tamen non videntur in 'uo' divisas terminare, in quibus u vim literae amittit, unde in 'guo' quidem syllabam terminantia huiuscemodi servant regulam in 'go' terminatorum, sicut et quae in 'quo' finiuntur, rationem sequuntur in 'co' desinentium: dicimus igitur 'unguo unxi' et 'linguo linxi', ut 'pingo pinxi', et || 'linquo liqui', ut 'vinco vici', 'ninguo' quoque 'ninxi', unde et 'nix', sicut a 'duxi' 'dux', a 'rexi' 'rex'. Virgilius in III georgicon:

Interea toto non setius aequore ninguit.

Accius in Andromeda:

Cum ninxerint caelestium molem mihi.

'extinguo' etiam 'extinxi', cuius simplex 'stinguo' in raro est usu. Virgilius in IIII:

Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem

pro 'extinxissem' protulit. Cicero tamen in Arato 'stinguens' participio usus est, quod a verbo 'stinguo' nascitur:

Quem neque tempestas perimet neque longa vetustas
Interimet stinguens praeclara insignia caeli.

idem passivum eius verbi in prognosticis protulit:

Vt cum luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguuntur radii caeca caligine tecti.

12 illud quoque sciendum, quod in 'ui' divisas terminantia praeteritum perfectum cum soleant corripere paenultimam, tamen vetustissimi inveniuntur etiam produxisse eandem paenultimam, in his maxime, quae a praesenti in 'uo' desinente divisas proficiscuntur, ut 'eruo erūi', 'arguo argūi', 'annuo annūi'. Ennius in II:

Adnūit sese mecum decernere ferro.

Supina eorum i praeteriti in 'tum' convertunt et producunt u paenultimam: 'acui acūtum', 'imbui imbūtum', 'indui indūtum', 'annui annūtum',

1 quoquo *D* quoco uelut alii quoco quoxi *B* lyqui *R* *post* liqui: uinco uici *add. G* tingo uel tinguo *r* 2 terminari *d* 3 amittat *BGL* ammittat *D* Vnde *ex corr. r* in guo *ex* unguo *corr. B* 4 go] *b* guo *B* 5 secuntur *RBH* sequntur *GK* inguo *Dd* ungo *L* 6 unxi *in mg. add. L* pingo (u) *L* pinguo *K* ut ** *L* liqui] lici *G* ut ** (et) *L* 7 ningo *Dd* ningoo *H* 8 *Verg. georg.* III 367 IIII. *K* 9 sotius *B* aequore *cum Prisciano Verg. cod. Arundel.* aere *Vergilius* 10 actius *R* *Att. Andromed. fr.* 5 *p.* 171 *Both. fr.* II *p.* 125 *Ribb.* in Andromeda *om. G* 11 ninxerit *D* 12 Extingo *G* stingo *BG* *Verg. Aen.* IIII 606 14 generem *B* ipsā *B* 15 *Cicer. Arat. fr.* II *opp.* IIII 2, 519 *Or.* stingens *GLK* 16 stingo *B* 17 Quem] *sic in mg. etiam K* Quod *K* Quae *r* tempestas] uetustas *G* 18 stingens *L* 19 *Cic. prognostic. fr.* 1 *l. l. p.* 555 *Or.* prognosticis] *d* pronosticis *DHLK* ponosticis *R* pognosticis *r* 20 lana *H* hiperionis *GLK* orbis *GLK* 21 stinguntur *RBDGLK* 22 quoque sciendum] etiam notandum. *in mg.* uel quoque *G* 23 "etiam produxisse" inueniuntur *L* 25 aduuo aduui *B* 26 *Enn. ann.* II 18 *E. S.* II xı *p.* 22. XXXIX *sq.* LXXVIII *Vahl.* 27 annuit *RGLK* sese *om. GLK, m. rec. add. in G* 29 ut acui *G* inbui inbutum *B* adnui adnutum hinnui hinnutum *B*

'innui innūtum', 'argui argūtum', unde et participium 'argutus' | - id est 'convictus'. **Plautus in Pseudulo:**

argutus malorum facinorum -

et futurum 'arguturus' et derivativum ex hoc verbum 'argutor argutaris'. invenitur tamen in usu etiam 'arguiturus' pro 'arguturus'. **Sallustius in II historiarum: quod adversum multi ex Bithynia volentes adcurrere, falsum filium arguituri.** [**Plautus** iterum in **Pseudulo** de sycophanta:

Ecquid argutus †es?

pro 'convictus'.] excipitur 'rŭtum' vel 'ruitum', quod u corripuit vel quod i servavit; nam secundum futuri participium, id est 'ruiturus', debet 'ruitum' esse - **Lucanus in IIII:**

ruituraque semper
Stat mirum moles -,

secundum praeteritum vero debet 'rŭtum' dici paenultima correpta. **Virgilius in XI:**

Nec mihi cum Teucris ullum post erŭta bellum
Pergama.

et videtur hoc per syncopam i vocalis in prae||terito prolatum, 'erutus' pro 'eruitus', ideoque tempus perfecti simplex, quod habuit u ante i, servasse. a 'spuo' et 'metuo' et 'pluo' secundum analogiam 'sputum' et 'metutum' vel 'metuitum' et 'plutum' a 'pluvi', velut 'adiutum' ab 'adiuvi', debent facere, sed in usu ea non inveni. alia vero supra dictae terminationis verba 13
extremam syllabam praeteriti in 'ctum' convertunt, ut 'struxi structum', 'unxi unctum', 'liqui lictum'; excipitur 'fluxum', ut iam supra dictum est.

Deponentia in 'quor' mutant eam in 'cu' et assumentia 'tum' faciunt

2 *Plaut. Pseud.* II 4, 56 (*v.* 745) Ecquid argutust (argutus est *libri*)? - Malorum facinorum saepissume in Pseudulo *om. G* seudulo *H* psedulo *L* 4 diriuatiuum *k* (v *superscr.*) diriuatum *LK* 5 pro arguturus *add. d* argaturus *Rr* *Sall. hist.* II 57 *p.* 175 *Kr.* 6 in II historiarum *om. G* quos *BDHGLK* ex (*superscr.*) et *Hh* bithinia *BDL* bethinia *K* bethania *G* 7 adcurre (c re *superscr.*) *Rr* accurrere *HLK* accurre *G* occurrere *BD* arguturi *K* *Plaut. Pseud.* II 4, 56 (*v.* 745) *i. e. loco cum maxime citato. vel aliunde igitur vel ex Plauto neglegenter inspecto hoc scilicet alterum participii* argutus *exemplum ad marg. additum et postea hic non suo loco adglutinatum est. a Prisciano ipso non esse profectum satis indicat iteratum illud* 'pro conuictus'. *haec non posse non turbata esse pronuntiavit Ritschelius ad Plauti l. l.* in Pseudulo de sycophanta *om. G* - 8 seudulo (p *superscr.*) *RrD* psedolo *L* pseudolo *K* sicophanta *RH* sycopantha *LK* syncophanta *B* 9 **quid (ec *superscr.*) *Rr* et quid *BDHGLK* arguturus *L* argutus es] *v. supra* 10 conuictus *ex* coniunctus *corr. K* 12 *Lucan. Phars.* IIII 455 *sq.* 15 uero *om. G* correpta penultima *K* correpta peneultima *G* correpta peniultima *L* *Verg. Aen.* XI 279 *sq.* 17 cum *add. h* teocris *L* 20 tempus praeteriti perfecti *L* simplex (uel cis *superscr.*) *L* simplicis *G* seuasse *L* seruasse. spuo *K* 21 metutum] *r et ex* metuitum *corr. B* mututum *R* 22 plautum *Rr* pluitum *Dd* .uelud *B* 23 non inueni *post* adiutum *posuit R, del. et post* usu ea *add. r* 24 praeteriti *om. G* truxi (s *superscr.*) *Dd* stuxi *H* 25 uncxi *R* unctum *ex* unxtum *corr. L* iam] etiam *GL* 26 quor] *d* cor *D* cu* (m) *B* adsumentia *B*

supinum: 'loquor locutum', 'sequor secutum'; 'fruor' vero 'fructum' facit, sicut 'struo structum'. Cicero in Hortensio: et amoenitate summa perfructus est. Vlpianus tamen ad Sabinum futurum fruiturum dixit, non 'fructurum', quomodo 'ortum oriturum', 'erutum eruiturum', 'mortuum moriturum', quae cum in praeterito non habeant i, in futuro habent.

In 'vo', u loco consonantis posita, in l | quidem desinente paenultima, o extremam in i convertunt et faciunt praeteritum, ut 'solvo solvi', 'volvo volvi', 'calvo calvi', unde Sallustius in III historiarum infinitum passivi protulit: contra ille calvi ratus, 'calvi' pro 'decipi'. vocali vero natura longa antecedente 'vo' in 'xi' convertitur in praeterito, 'vīvo vixi'. supinum i in 'tum' convertentia faciunt, v necessario in vocalem redeunte, 'solvi solutum', 'volvi volutum'. sic debet etiam 'calvi calutum' facere, quod tamen in usu non inveni, et puto calumnias ex hoc esse derivatum. 'vixi' autem in 'xi' terminantium regulam in supino servat 'victum'.

III 14 In 'bo' desinentia verba vocali longa antecedente 'b' in 'ps' convertentia faciunt praeteritum perfectum, ut 'scrībo scripsi', 'nūbo nupsi': numquam enim b ante s in principio syllabae potest inveniri, ut 'Pseudulus', 'ipse'. alia vero o in i mutant in praeterito, ut 'bĭbo bibi'. Cicero in Verrinarum II: an iste umquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo inbibisset? Ovidius in VI metamorphoseon: ||

Vberaque ebiberant avidi lactantia nati.

'lambo' quoque 'lambi'. Lucilius in XXIII:

Iucundasque puer qui lamberat ore placentas.

1 sequor] *d* secor *D* facit *om. H* 2 *Cic. Hortens. fr.* 67 *opp.* IIII 2, 484 *Orell.* in Hortensio *om. G* hortentio *LK* 3 perstructus *GL* persructus *K* ulpianus *in* uulpianus *mut. R* ulpianus *L* *Vlpianus ad Sabinum: Vlp. fr.* 2 *ap. Dirksenium fragmenta ICtor. Rom. p.* 103. fruituros *idem Vlpianus dixit ad edictum: v. Dig.* X III 7, 10 ad Sabinum *om. G* sabinum *K* saninum *RBDHL* futurum futurum fruiturum *K* fruiturus *D* 4 fructurus *D* 5 mori•••turum (tum *ni f.*) *B* habeant] *h* habent *DHL* 7 peneulma *G* 8 extremam o *GK* uolo *Dd* 9 *Sall. hist.* III *cf. lib.* VIII § 76 10 illae *LK* decepi *Rr* 11 xi• (i) *H* 13 etiam debet *GLK* 14 non *sup. lin. add. H* et] ut *B* pato *K* calūni *B* calumniam *GLK* (*R?*) 15 Vixia autem *R* 16 In bo autem *K* bo in psi *BDHGLK* 17 scribo *ex corr. B* 18 enim *add. g* potest est *H* Pseudulus] *d* pseudolus *Br* psedulus *G* seudulus *D* psedulus *K* 19 *Cic. in Verr. act.* I 14, 42 20 in — habuisset *om. G* in uerrem .II. *BDH* in uerrem in .II. *LK* unquam iste *G* de se umquam *Cic. Guelferb.* 1 habuisset *om. L* 21 openionem *G* imbibisset *RGLh* imbuisset *ni f. H* *Ovid. metamorph.* VI 342 22 in VI. metamorphoseon *om. G* VI *ex* V *corr. B* V. *D* 23 Vbera quae *B* audini *GK* aui. dilactantia *B* luctantia *G* 24 Lucilius] *b* Lucius *K* Lucius *BL* *Lucil. sat.* XXIII 2 *Dous.* 1 *Gerl.* in XXIII. *om. G* 25 Iocundasque *Bk*

similiter 'scabo scabi'. idem Lucilius in VIIII:

Scaberat ut porcus contritis arbore costis.

unum excipitur 'incumbo incumbis', quod etiam 'incubo incubas' secundum primam coniugationem profertur, quod 'incubui' facit praeteritum, et omnia a 'cubo' composita, sive primae sive tertiae sint coniugationis, ut 'accumbo' vel 'accubo accubui', 'incumbo' vel 'incubo incubui'. et nunc quidem simplex eorum, id est 'cubo cubas', primae est coniugationis, vetustissimi tamen et hoc et omnia, quae in 'ui' faciunt divisas praeteritum perfectum in prima coniugatione, etiam secundum tertiam solebant declinare. supina vero in 'psi' quidem terminantium praeteritum 'si' in 'tum' convertunt, ut 'scripsi scriptum', 'nupsi nuptum', in 'bi' vero assumunt 'tum', 'bibitum, lambitum, accubitum', unde et 'cubitus' dicitur. et notandum, quod, cum omnia in 'si' terminantia praeteritum, sicut supra docuimus, in 'sum' terminant | supinum, exceptis quartae coniugationis verbis, haec quoque, quae p vel m ante 'si' habuerint, 'si' in 'tum' convertunt, ut 'nupsi nuptum', 'scalpsi scalptum', 'scripsi scriptum', 'demsi demptum', 'sumsi sumptum', in quibus etiam p euphoniae causa interponitur, quod etiam in praeterito quibusdam placuit ascribere.

In 'bor' deponentia mutant 'bor' in 'psum' et faciunt supinum, ut 'labor lapsum'. nulla autem alia causa est mutandae b in p ante s vel t in principio syllabae positae, nisi euphonia, cuius ratio apud Graecos quoque observantissimos eius servata est in supra dictarum consonantium scriptura, ut κρύβω ἔκρυψα κέκρυπται, λείβω ἔλειψα λέλειπται. pro ψ enim Graeca nos in principio syllabae 'ps' scribimus, ut 'nubo nupsi nuptum', 'scribo scripsi scriptum', 'scalpo scalpsi scalptum'.

In 'co', n antecedente, abiecta n et o in i conversa faciunt praeteritum, paenultima quoque producta, ut 'vinco vīci', 'convinco convīci' -

1 *Lucil. sat.* VIIII 26 *Dous.* 21 *Gerl.* 2 scaberat *Rr* abore (r *sup.*) *Hh* custis *K* 3 unum *om. DK* 4 incubui] *r* inbui (cu *sup.*) *K* imbui *RB* inbui *L* 5 sine primae *om. B* coniugationis sint *K* 6 nunc] num *B* 7 prima *B* 8 et hoc] *r* hoc *R* et haec *GLK* 9 prima] *d* primę *D* tertiam *om. L* 10 terminantium quidem *H* psi in tum *DHKr* psi in tum (p *sup.*) *K* psi in ptum *BGLh* 11 adsumunt *B* 12 ambitum (l *sup.*) accubui accubitum *K* 13 omnia] oo *K* 14 supinant (terminant *sup.*) supinum *Rr* 15 habuerint (v *sup.*) *L* habuerunt *GK* ptum *B* conuerterunt *G* 16 salptum (c *sup.*) *Hh* demsi] *g* dempsi *K* dempsi *RBDHG* 17 sumpsi *BDH* 18 quod] quam *HLr* adscribere *B* 19 in psum] *d* ipsum *D* sopina *GK* 20 alia *add. in mg. H* 21 positae] *om. GK* ÷ (*i. e.* est) *L* ephonia (u *sup.*) *Hh* euphoniae *RD* euphoni· (ę? euphonia *b*) quare mutatur b in p ut scribo scripsi. cuius ratio *B* 22 eius *add. r* eius (.i. rationis *sup.*) *Kk* 23 ΚΡΙΒΩ ΕΚΡΙΦΑΚΕΚΡΙΠΤΑΙ *B* ΚΕΚΡΥΠΑΙ *R* ΕΚΡΥΠΤΑΙ *dh* ΛΥΒΩ *R* ΛΙΒΩ *BDH* ΑΙΒΩ *GLK* ΕΛΥΦΑ *R* ΕΛΙΦΑ *BDG* ΕΛΙΦΑ *HLK* ΛΕΛΙΠΤΑΙ *R* ΕΛΙΠΤΑΙ *DH* ΛΕΜΠΤΑΙ *BL* ΛΕΜΤΑΙ (π *sup.*) *G* ΛΕΜΤΑΙ *K* PHO *D* 24 syllabae positae ps *Rr* 26 antecendente *H*

'linquo' quoque, quod consimilem videtur habere terminationem, 'liqui'|| facit praeteritum abiecta n, sicut supra quoque docuimus -; s vero praecedente mutant 'sco' in 'vi', nisi sint inchoativa - illa enim carent praeterito perfecto -: 'quiesco quievi', 'pasco pavi', 'cresco crevi', 'ascisco ascivi', 'consuesco consuevi' vel 'consuetus sum' - Charisius tamen etiam 'consueo' ponit -. omnia tamen, quae praeteritum perfectum in 'vi' terminant adiectam, frequenter invenimus per secundas et tertias personas syncopam paenultimae pati syllabae, cum ab u loco consonantis incipit, ut 'amavi amavisti' vel 'amasti amavit amavimus amavistis' vel 'amastis amaverunt' vel 'amarunt'; 'neo nevi nevisti' vel 'nesti nevit nevimus nevistis' vel 'nestis neverunt' vel 'nerunt'. ideo autem addidimus 'adiectam', quoniam, si in positione sit u consonans, syncopam pati non potest, ut 'lavo lavi lavisti', non possumus dicere 'lasti' nec pro 'lavistis' 'lastis' nec pro 'laverunt' 'larunt'. similiter 'faveo favi favisti', nemo dicit 'fasti', nec pro 'fovisti' 'fosti', nec pro 'solvisti' 'solsti'. sed invenio, Horatium auctoritate fecisse in quibusdam concisionem, quamvis positio verbi | habeat u consonantem: 'moveo movi movisti', ex quo 'summosses' posuit Horatius pro 'summovisses' in I sermonum:

Hunc hominem velles si tradere, dispeream, ni
Summosses omnes. - non isto vivimus illic,
Quo tu rere modo.

item 'commorit' pro 'commoverit' idem Horatius ponit in II sermonum:

at ille,
Qui me commorit - melius non tangere, clamo -,
Flebit.

17 unum invenitur in 'sco' desinens verbum apud vetustissimos, cuius praeteritum perfectum in 'xi' protulerunt teste Capro: 'conquinisco conquexi'.

1 linco [qu] *DG* quod *om. G* similem *DHr* 3 inchoatina *ex* inchoatiba *corr. B* 4 creini *K* adscisco adsciui *B* 5 carisius *DHGLr* carissius *K* *Charisius p.* 224 *P.* 149 *Lind.*, *ubi* consueo consuesco *pro* consueui consuesco, *quod in cod. reperitur, restituit G. Fabricius* 6 etiam *in mg. K* tamen] enim *G* 7 abiectam *B* adiectam tm̄ [penultima] *L* 8 syllabae pati *GK* incipit ut *Hh* 9 uel amasti *om. R* 10 uel amauerunt *D* neo — nerunt *in mg. K* 11 uel nerunt *add. r* adddimus [i] *H* adididimus *G* addimus *K* abiectam *B* 12 quon'am] *r* quam *R* 13 lauasti *K* possimus *K* lasti pro lauisti nec *D* lavistis] *k* lauisti *K* 15 foſsti [v] *D* [h]oratium *D* oratium *K* 16 positione *Rr* uerba [i] *D* 17 summoses *K* [h]oratius *D* oratius *K* *Hor. serm.* I 9, 47 *sqq. cf. lib.* VIIII § 41 19 tradere ** [dispeream] ui(am) *Rr* 20 summoses *K* uiuitur *libri aliquot Horatiani* 21 quot urere *GLK* 22 pro commemorit *G* oratius *DK* *Hor. serm.* II 1, 44 *sqq.* 26 fleuit *L* fle[b]uit *B* 27 inuenitur in sco] *r* inuenitur ** co *R* 28 Capro] *v. Osannum de Capro p.* 16 concexi *G* conqu[qu]exi *B*

est autem 'conquinisco' caput inclino. Pomponius in vacca vel marsuppio ait:

simul intro veni, accessi ad patrem, prendi manum;
In terram ut cubabat nudam ad eum ut conquexi, interim
Mulieres conspiciunt.

excipiuntur praeterea eiusdem terminationis 'compesco compescui', 'dispesco dispescui', quod ponit Apuleius in dialogo, qui est de deo Socratis: cum et habitacula summa ab infimis tanta intercapedine fastigii dispescant, pro 'distent'. excipitur praeterea 'disco didici', 'posco || poposci' et ex eis composita, quae similiter faciunt praeteritum, 'dedisco dedidici', 'deposco depoposci'. vocali vero natura longa antecedente in 'co' desinentia 'xi' syllaba finiunt praeteritum, ut 'dūco duxi', 'dīco dixi'. r antecedente unum inveni, 'parco', quod et 'peperci' et 'parsi' facit praeteritum. Lucanus in II:

parvum sed fessa senectus
Sanguinis effudit iugulo flammisque pepercit.

Terentius in hecyra:

heu me infelicem, hancine ego vitam parsi perdere?

'ico' praeterea paenultima brevi profertur in praesenti teste Capro, sed producit eam in praeterito perfecto et mutat o finalem in i: 'ĭco īci', unde 'ictus'. Cato Censorius de Veturio: hostem | num icit?

iunctione proferatur cum alio verbo, ut 'legens doceo' pro 'lego et doceo', quae compositio intransitiva est, hoc est ipsam in se manere ostendit personam; obliqui vero casus participiorum ad hoc sunt utiles, quod non solum sine coniunctione proferuntur cum obliquis casibus nominum, sed etiam ad alias transeunt personas, ut 'docentis potior' et 'docenti respondeo' et 'docentem audio' et 'illo docente didici'. ergo nominativus et vocativus intransitivus solet esse, ut 'legens ego homo facio' pro 'lego ego homo et facio', et similiter vocativus: 'o homo bene legens fac', id est 'o homo bene lege et fac'; ceteri vero magis transitivi sunt, ut praedictum est, ut 'bellantis hominis misereor' pro 'bellat homo et eius misereor', 'imperanti homini oboedio' pro 'imperat homo et ei oboedio', 'docentem hominem audio' pro 'docet homo et eum audio', 'lucente sole video' pro 'lucet sol et video'. nisi si ipsa in sese faciat, id est *κατὰ ἰδιοπάθειαν* proferatur: tunc enim utimur consuetudine transitivorum, | quae *ἀλλοπάθειαν* significant, ut 'misereor mei legentis', 'praebeo mihi legenti', 'accuso me legentem', 'fruor me legente', et ad eum casum maxime coniunguntur, quem verba desiderant, ut supra dictum est: 'misereor tui', 'miserens tui'; ut 'invideo tibi', 'invidens tibi'; 'accuso te', 'accusans te'; 'dignor te illa re', 'dignans te illa re'.

DE ACCIDENTIBVS PARTICIPIIS SED PRIMVM DE GENERIBVS.

Accidunt autem participio sex: genus, casus, significatio, tempus, numerus, figura. III 13

Genus masculinum, ut 'amatus', femininum, ut 'amata', neutrum, ut 'amatum', commune trium generum, ut 'hic' et 'haec' et 'hoc amans'; nam commune duum generum et epicoenum in participio inveniri natura ipsa prohibet. cum enim verba, ex quibus nascuntur participia, pariter omnibus adiun||guntur generibus: 'legit vir', 'legit mulier', 'legit mancipium', necessario participium, quod ex eo proficiscitur, eisdem generibus associa-

1 proferatur] *r* proferuntur *Rb* profe**ntur *B* 3 sunt *add. d* 4 oblicis (qu *supra*) *G* 5 patior (o *supra*) *Rr* 6 docente] loquente *G* didici] *k* dedici *K* 7 esse] etiam (esse *supra*) *Dd* 8 est homo (o *supra*) *Rr* 9 ˆfac et ˆlege *Dd* 11 imperanti] *r* imperatiui *R* oboedio] oboedio (uel au) *Gg* obaudio *LK* *post* oboedio: pro — oboedio *add. r* oboedio] oboedio (uel au) *Gg* obaudio *LK* docentem — eum audio *om. DLK add. d* 12 hominem et audio *Rr* 13 si *om. HGK* est. AN. (KATA ΙΔΙΟΠΑΘΙ) proferatur *Dd* ΙΔΙΟΠΑΘΙΑΝ *RBH* ΙΔΙΟΠΑΘΙΑΝ *GL* 14 ΑΛΛΟΠΑΠΑΝ (TI) *Rr* ΑΛΛΟΠΑΘΙΑΜ *B* allopathiā *DGL* allo pathiā *H* allopadiam *K* 15 significat *B* ut *om. G* mei] *r* me *R* lentis (ge) *Hh* 16 causum *Rr* 18 tui *t inuideo *H* tui. Et inuideo *h* acuso *G* donor (ig) *Rr* 19 et dignans *D* 20 DE ACCIDENTIBVS *inscr. BHGK* 23 femininum amata, neutrum amatum *G* 25 epicenum *GL* epicē *K* epykoenū *B* inuenire *H* 26 proibet *D* 27 iunguntur (ad) *K* ut legit uir *BGd* 28 proficiscitur *ex* proficiscatur *corr. H* adsociatur *B*

tur. et siquidem in 'ns' desinat, quod fit in praesenti tempore, quod est etiam praeteritum imperfectum, sine dubio trium est generum commune ad formam nominum adiectivorum, quae cum in duas desinunt consonantes, trium sunt generum communia. sin vero in 'us' finiantur masculina, pariter ad similitudinem adiectivorum in a finiunt feminina et in 'um' neutra, quod fit in omni praeterito tempore et futuro. nec mirum ad formam adiectivorum haec dirigi, cum paene vim habeant participia quoque nominum adiectivorum; accidentia enim propriis vel appellativis nominibus significant, velut illa, ut 'bonus homo', 'scribens homo', et illud accidit et hoc
14 accidit: 'fortis Scipio', 'legens Scipio'. nec nos moveat, quod sunt quaedam verba, quae naturaliter ad mares pertinent vel ad feminas, quae videntur exigere, ut participia vel masculina sint solum vel feminina, ut 'futuo, nubo', 'futuens, nubens' - nam illud ad mares, hoc ad feminas pertinet solum -, sed illud attendamus, quod adeo | natura ipsius verbi et participii communis est trium generum, quod sive vituperationis causa sive figurate licet maribus aptum verbum vel participium feminis quoque adiungere et contra facere, utputa 'bona anima futuit illam feminam' pro 'bonae animae vir'. ergo et 'bona anima futuens feminam gignit bonam animam' et 'bonum corpus futuens gignit bonum corpus'. nec vitiosam facio orationem, adiungens et feminino et neutro generi hoc verbum et participium, quod ad mares solos videtur attinere. et contra vituperationis causa possum dicere, ut Iuvenalis in I:

nubit amicus,

et 'nuptus vir', et figurate 'bonus mulieris animus nubit mihi' et 'nuptus est mihi'. ergo sine dubio omne participium vel in duas desinens consonantes trium est generum vel mobile, id est in 'us' masculinum, in 'a' femininum, in 'um' neutrum terminat. ||

1 quoduit (f supra u) *Dd* quod etiam (est supra etiam) *Rr* 2 inperfectum *B* dubio trium *in lit. B* 4 commonia (v supra o) *Dd* Si*(n) *H* finiatur (n supra a) *H* 5 in] 'in, *in mg.* 'ad, *G* 6 adiectiuorum ad formam *Gg* 7 dirigi declinari *Dd* nominum quoque *G* 8 accidentia — homo *add. d* enim propriis (in supra propriis) *Rr* apellatiuis *D* 9 illut (d supra t) *Dd* occidit (a supra o) *Dd* 10 occidit (a supra o) *Dd* 11 natu**raliter *L* 12 ut *add. k* sunt (i supra u) *Rr* femina *RG* 13 futu*o *R* fotuo *GLK* futtuo *B* fotuens *GLK* futtuens *B* 14 adtendamus *B* adeo *in litura k* 15 participiis *Rr* uitupaerationis *H* 16 figuratae] *d* figurae *DGL* liqet *L* femininis *Brgl* adiungire *K* 17 ut pote *L* futu (it supra) *Rr* fotuit *GLK* feminam] mulierem *GL* bonae animae] *d* bono animo *D* 18 animae. Vir ergo *H* Ego (r supra) *Dd* fotuens *GLK* 19 futuens *ex* futiens *corr. m. rec. in B* fotuens *GLK* 20 femino *G* genere (i supra) *RrD* 21 solos mares *G* uidetur solos *B* 22 *Iuv. sat.* I 2, 134 24 figuratae *H* 25 in duardinens (s supra) consonantes *Rr* 26 est *add. d* mouile *G* in a femininum *add. r* 27 neutrum terminat] *d* terminū ******** *D*

DE TEMPORIBVS.

Tempora coniuncta habent praesentis et praeteriti imperfecti, praeteriti IIII 15 perfecti et plusquamperfecti tam participia quam infinita verba ad similitudinem optativorum. nascitur autem participium praesentis et praeteriti imperfecti a prima persona praeteriti imperfecti in omni coniugatione. nec mirum, cum prima persona honestior est ceteris. ipsa enim sine illis esse potest, illae autem sine hac esse non possunt, et ea illas sibi coniungere potest, illae autem minime. 'ego' enim 'et tu et ille facimus' licet dicere, 'tu' autem 'et ego facitis' vel 'ego et ille faciunt' nemo dicit. **Virgilius** in **II Aeneidos:**

> **divellimur inde**
> **Iphitus et Pelias mecum.**

Fit autem participium mutatione extremae syllabae supra dicti temporis et personae, id est 'bam' in 'ns', ut 'amabam amans', 'docebam docens', 'legebam legens', 'faciebam faciens', 'muniebam muniens', exceptis in 'eo' desinentibus quartae coniugationis verbis, quae contra aliorum regulam i habent ante 'bam' productam - quam tamen antiqui diphthongum scribentes transmutationem vocalium factam ostendebant: 'adeibam, queibam' pro 'adiebam, quiebam' -, quod etiam in aliis verbis saepe solet fieri, ut 'polibam' pro 'poliebam', 'insignibam' pro | 'insigniebam'. nec tamen id prohibuit participia ad perfectorum regulam nasci; dicimus enim 'iens, adiens, quiens, poliens, insigniens'. haec tamen eadem parti- 16 cipia, quae a verbis in 'eo' desinentibus quartae coniugationis nascuntur, anomale per obliquos casus pro 'ie' 'eu' habuerunt: 'iens euntis', 'quiens queuntis'. futuri vero temporis participia, si sint a verbis activis vel neutris vel deponentibus, fiunt ab extremo supinorum addita 'rus': 'amatu amaturus', 'doctu docturus', 'lectu lecturus', 'auditu auditurus', 'statu staturus', 'locutu locuturus'. a communi quoque verbo, quod in futuro tempore duo habet participia, unum quidem activum in 'rus', alterum vero

1 De natiuitate hoc est de formatione participiorum. *L* *inscr. om. DHG* 2 inperfecti *B* et praeteriti *D* praeteriti perfecti *add. r* 3 participia] *r* participio *R* particia *H* 5 inperfecti *B* a prima persona praeteriti perfecti *bis scripsit R alterum del. r* inperfecti *B* 7 illas] *l* illa•• *L* 8 autem eam minime *D* minimę *B* enim *in litura H* tu ille *G* ill•e(a) *K* liquet *K* 9 ille et ego *H* *Verg. Aen.* II 434 *sq.* 10 III. *GK* tertio *L* 11 Deuellimur *GLK* inde *in litura K* 12 pelleias *Rr* 13 mutationem *R* 17 antiqui diptongum (er) *H* 18 trans (mutationem) *R* transmutatione *LK* transmotatione *G* facta *GLK* adibam quibam *GLK* quaeibam *H*. 19 pro adiebam pro quiebam *D* adiebam] *ex corr. h* adeibam *ni f. H* quebam *G* sepe uerbis *G* 20 polibam] polibam(e) *H* poleibam *α* insignibam] insignibam(e) *H* insigneibam *α* 21 it (d) *Rr* 22 pro adiens *K* adiciens *Rr* particia *H* partipia *K* 24 anomala (e) *Rr* anomalae (a) *K* 25 queuntes (i) *H* quieuntis *G* a *add. h* 26 ab *om. GLK* additurus *Rr* 28 loquutu *B* locutu locuturus *om. HGLK add. h* commonio *R* cummoni *r* 29 iu rus actiuum *B*

passivum in 'dus', illud, quod in 'rus' desinit, secundum praedictam fit regulam: 'criminatu criminaturus', 'osculatu osculaturus'. passiva vero eius||dem temporis participia fiunt a genetivo participii praesentis temporis 'tis' finali in 'dus' conversa: 'amans amantis amandus', 'docens docentis docendus', 'legens legentis legendus', 'audiens audientis audiendus', 'praeteriens praetereuntis praetereundus', 'transiens transeuntis transeundus'. praeteriti vero temporis participia, quae in 'tus' vel 'sus' vel 'xus' desi-
17 nunt, similiter a supino extremo fiunt, addita s et correpta u. nascuntur autem a verbis passivis et communibus et deponentibus et neutropassivis et quibusdam neutris: a passivis, ut 'amatu amatus', 'domitu domitus', 'doctu doctus', 'deletu deletus', 'mersu mersus', 'pexu pexus', 'auditu auditus'; a communibus: 'criminatu criminatus', 'osculatu osculatus'; a deponentibus: 'for fatu fatus', 'reor ratu ratus', 'vereor veritu veritus', 'loquor locutu locutus', 'molior molitu molitus'; a neutropassivis: 'gavisu gavisus', 'factu factus'; a neutris vero paucis praeteritum nascitur: 'caenatu caenatus', 'pransu pransus', 'placitu placitus', 'nuptu nuptus'. excipitur 'mortuus' a 'morior', cuius supinum cum secundum analogiam 'moritu' et hinc 'moriturus' facere futurum debeat et praeteritum 'moritus', 'mortuus', non 'moritus' facit. praeterea dubitatur, utrum 'potatu potaturus' et | 'potatus' secundum analogiam, an 'potu potus poturus' per syncopam melius dicatur, quae in usu non sunt. Virgilius in bucolico:

Huc ipsi potum venient per prata iuvenci.

idem in IIII georgicon:

Quoque modo potis gauderent intiba † fibris.

Lucanus in V:

Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt
Poturae te, Nile, grues,

18 ex quo ostenditur 'potus' quoque participium esse; nec mirum, cum 'lautus' et 'lauturus' pro 'lavatus' et 'lavaturus' in usu est. nam secundum

1 dus] *D* udus *d* supradictam *K* 2 creminatu creminaturus *GLK* 3 faciunt *Rr* temporis praesentis *HL* 4 finalis *D* ut amans *d* 6 praetereuntis] *h* praetereuntes *ni f. H* 7 "temporis "uero *K* uel in sus *BDGr* uel in xus *BGr* 9 a uerbis *add. h* commo[v]nibus *Dd* 10 quida[bus]m *Hh* 11 ductu ductus *GLK* 12 comm[u]onibus *Dd* ut creminatu creminatus *GLK* osculatu] *d* osculo *D* 14 lo[c]qutu *G* loquutu loquutus *D* loqu[v]itu loquutus *H* grauisu grauisus *G* 15 [ut] caenatu caenatus *Dd* cenatu cenatus *HK* 17 [a]morior *K* 18 hinc] *d* hic *D* 19 non moritu**s (ru) *H* dubitatur] *bk* dubitur *K* dubit*** *B* 21 in usu] *r* lausu *R* non] *om. GL* auctorum *h* *Verg. ecl.* 7, 11 22 ipsi ad potum *DGL* per] prae *D* per petrata *Hh* 23 *Verg. georg.* IIII 120 *cf. lib.* VIIII § 38 24 [q.]quomodo *Rr* intiba] *r* intima *RB* 25 *Luc. Phars.* V 711 *sq.* 26 strimona *H* strimo*a (i) *R* strimonia *K* strymonia *B* bruma] *b* br*ma *B* 27 potura*(e) *K* 28 la[v]tus *RrH* 29 la[v]turus *H*

p. 920. 21 P. p. 526. 27 K.

Terentium 'lavatus' et 'lavaturus' debet proferri, qui supinum protulit 'lavatum' in eunucho:

Vix elocuta est hoc, foras simul omnes proruunt se,
Abeunt lavatum, perstrepunt.

unde Ovidius in III fastorum:

Silvia Vestalis - quid enim vetat inde moveri? -
Sacra lavaturas mane petebat aquas.

(quaeritur 'ortum ortu', unde 'ortus', an 'oritum oritu', unde 'oriturus' - Horatius in II epistularum:

Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes -,

'partum partu', unde ‖ 'partus', an 'paritum paritu', unde 'pariturus', 'erutum erutu', unde 'erutus', an 'eruitum eruitu', unde 'eruiturus' - Lucanus in IIII:

ruituraque semper
Stat, mirum, moles -,

'cassum cassu', unde 'cassus', an 'caritum caritu', unde 'cariturus' - Iuvenalis in II:

tollere dulcem
Cogitat heredem, cariturus turture magno.

Virgilius in II Aeneidos:

Demisere neci, nunc cassum lumine lugent -?

quibusdam tamen hoc, id est 'cassus', magis nomen esse videtur, ut 'lassus'.) in anomalis quoque supra dictae regulae servantur: 'latu laturus latus', 'ferens ferentis ferendus', 'esu esurus esus', 'edens edendus'.

Et sciendum, quod, si deficiant supina, deficiunt | etiam participia tam 19
futuri temporis in 'rus' desinentia quam praeteriti, quae ex ipsis nascuntur, quod invenis in omnibus meditativis et inchoativis, in quibus deficiunt supina duo extrema, quibus deficientibus supra dictorum quoque temporum deficiunt participia. rarissime inveniuntur supra dicta supina in usu a

1 *Ter. eun.* III 5, 51 *sq.* proferi *R* 2 eunocho *G* 3 eloquuta *D* elocutast *Bemb.* 4 habeunt *D* habeunt *RK* perstrepuunt *G* perstreper^unt *Dd* 5 *Ovid. fast.* III 11 *sq.* *v. lib.* VIIII § 38 UI. *K* IIII. *D* 6 Silvia] *d* silua *DGL* ue^t^a *Rr* 7 lauaturus *H* lauaturus *K* 8 unde ortus *om. G* unde ortus an oritum oritu *in mg. add. K* 9 *Hor. epp.* II 1, 17 *cf. lib.* X § 9 10 Ni^hil^ *Rr* nihil *B* nihil *RBHK* 11 partus] parturus *L* 12 rutum *G* an *om. H* eruitu *om. GLK* eruitus *Hh* 13 *Luc. Phars.* IIII 455 *sq.* lacanus. Inruituraq; *B* lucanus irruitaque *GL* lucanus erruitaque *K* in IIII *om. H* IIII] *om. D* III. *r* 16 casum casu *L* casu *RrH* unde *om. G* casus *L* *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq.* 17 U. *K* 20 *Verg. Aen.* II 85 U. *K* 21 Demissere *K* nunc] *d* ñ *D* casum *Rr* casum *LK* lugent* *H* 22 casus *RLK* lassus] *r* lasus *R* 23 lautu lauturus *Rr* 24 essu essurus essus *G* essu essurus essurus essus *K* edens edentis edendus *d* edendus *in litura H* 26 desinentia *add. r* praeteriti] *b* praeterit*(o?) *B* 27 inchoatiuitis *H* 29 rarissime] *d* rarissim* *Rr* rarissimo *BDGLK*

neutris secundae coniugationis vel tertiae in 'uo' desinentibus, quae in 'ui' divisas faciunt praeteritum perfectum, ut 'lecturio', 'parturio', 'esurio', 'horresco', 'calesco', 'fervesco', 'amasco', 'miseresco', 'labasco', 'hisco', 'horreo', 'tepeo', 'egeo', 'caleo', 'ferveo', 'stupeo', 'lateo', 'candeo', 'miteo', 'albeo', 'luo'. rarissime tamen, ut diximus, inveniuntur ex quibusdam huiuscemodi verbis supina vel futuri temporis participia, ut 'doleo doliturus', 'careo cariturus'. et alia tamen multa inveniuntur deficientia in aliis quoque significationibus vel generibus verborum tam supina quam ex eis nascentia, ut 'urgeo', 'spuo', 'metuo', 'timeo', 'medeor', 'disco', 'posco', 'compesco', 'cresco', et quocumque tempore defectiva sint verba, deficiunt etiam participia, ut 'ambigo', 'scando', 'niteo', 'vergo', 'arceo', 'mando mandis', 'strideo', quamvis apud vetustissimos eorum quoque praeterita inveniuntur. 'ferio' quoque et 'vescor' quia praeteritum tempus non habent, deficiunt etiam participiis eiusdem temporis. 'coepi' non habet praesens et futurum nec participium, sed tantummodo 'coeptus'. similiter 'odi', 'novi', 'osus', ex quo 'perosus' et 'exosus', 'notus' - **Plautus** in **Amphitrione**: ||

Inimicos semper osa sum optuerier.

et verbale | tamen nomen ex eo protulit idem **Plautus** in **asinaria**:

Madidum, nihili, incontinentem atque osorem uxoris suae -,

et 'memini meminens'. **Laevius erotopaegnion** in **IIII**:

meminens Varro corde volutat,

quia 'memini' tam praesentis quam praeteriti vim habet, quomodo 'odi'. unde et 'osus' pro praesenti, et 'meminens' pro praeterito licet accipere, V 20 nam 'novi' praesens 'nosco noscens' facit. similiter impersonalia deficiunt in supinis et participiis, quae ex supinis nascuntur, ut 'piget', 'pudet', quamvis quidam 'puditum' posuerunt, ut **Plautus** in **Bacchidibus**:

2 diuisas *om.* *GLK* "parturio 'lecturio *G* essurio *GL* 3 horresco] *r* horesco *RG* labasco] *h* lauasco *H rell.* 5 albico *r* *ante* luo: stuo *add.* *B* estuo *DGL* aestuo *R* exuo *Hd* (*idem post* luo *add. m. rec. in R*) spuo *r* renuo *h* 6 doleo *om.* *L* 9 ut uergeo *L* spueo *H* 10 cresco. Ex quocumque *G* difectatiua *K* 11 nideo *RDH* 13 ferio] *H* Ferior *rell.* fescor (n *sup. lin.*) *K* non habent tempus *GLK* 14 quoque (etiam *sup. lin.*) *L* 15 sed tantum. sed tantummodo *Rr* praeteriti *ante* coeptus *add.* *BDHGLr et sup. lin.* *K* ceptus (o *sup. lin.*) *H* 16 exosus et noui notus *B* *Plaut. Amphitr.* III 2, 19 (*v.* 900) 18 inimico *D* optuerier] *B cum Vet. Plaut.* obtuerier *rell.* 19 nomen *spscr.* *K* .Idem *B* *Plaut. asin.* V 2, 9 (*v.* 859) (in *sup. lin.*) assinaria *K* 20 nihili *Plautus* nihil *libri Prisc.* continentem *Rr* 22 et memini] *r* Enemini *R* Leuius *BDHGK* Liuius *Rh* *Laevii erotopaegn. lib.* IIII *fr. Laevii* IV *ap. Weichertum poet. Lat. rell. p.* 44 in IIII] *r* in iui *R* IIII. *DH* UII. *GLK* 24 quam p̄ praesentis tam *K* liqet *L* liquet *K* 25 et memiminens pro *R* liqnet *G* 26 noscens] noscis *h* inpersonalia *B* 27 *Plaut. Bacchid.* III 1, 12 (*v.* 379) *cf. lib.* VIII § 62 in Bacchidibus *om.* *G* bachidibus *BDHLK*

Neque mei neque †tui te intus puditum est factis, quae facis –,

'taedet', 'paenitet', 'liquet', 'licet', 'libet', 'oportet'; sed compositum 'pertaesum' invenitur et 'paenitens', unde 'paenitentia', et 'libens' et 'licens', unde 'licentia', et 'licitus'. Virgilius in VIII:

et licito tandem sermone fruuntur.

Horatius:

licentum satyrorum greges.

sciendum tamen, quod haec omnia inveniuntur perfectorum declinationem habentia in usu veterum teste Capro: 'pigeo', 'taedeo', 'pudeo', 'paeniteo', 'liqueo', 'liceo', 'libeo', 'oporteo', quomodo 'placeo', 'contingo', 'evenio', 'vaco', 'attineo', 'accido', 'iuvo', 'delecto', quorum tertiae personae impersonalium vice funguntur: 'placet', 'contingit', 'evenit', 'vacat', 'accidit', 'attinet'. non tamen etiam si participia deficiant, deficiunt et verba; illa enim ex eis, non ista ex illis nascuntur. sunt tamen quaedam parti- 21 cipia, quorum quamvis deficiant verba in usu, ratio tamen analogiae quod dici possunt ostendit, ut 'triumphatus', 'erratus', 'regnatus', 'laboratus', 'de|cursus'. Virgilius in VI:

Ille triumphata capitolia ad alta Corintho.

idem in VI:

regnata per arva
Saturno quondam,

et in I:

Arte laboratae vestes.

idem in III:

errata retrorsus
Litora Achaemenides, comes infelicis Vlixi.

Terentius in adelphis:

1 mei] *d* me (mei) *Hh* me *RBDGLK* est *om. K* 3 licet liquet *G* libet — libens *om. L* pertessum *K* 4 invenitur et] inuenitur ut *GK* licens et libens *D* liquens *K* 5 *Verg. Aen.* VIII 468 6 sermoni *Rom.* 7 *apud Horatium haec non leguntur: num memoriae Prisciani obversabantur* nympharum leues cum satyris chori (*carm.* I 1, 31)? *at potius cum Fleckeiseno post Horatii nomen lacuna statuenda videtur, ut exciderit unus ex iis locis Horatianis, ubi voc.* licentia *invenitur* (*v. indicem vocc. Hor.*), *et eius poetae nomen, a quo haec sive senarii iambici sive septenarii trochaici clausula* licentum satyrorum greges *profecta sit* 8 satirorum *K* 9 omnia *spscr. K* •fectorum *K* profectorum *k* 10 Capro] *ap. Osannum de Capro p.* 16 11 liceo liqueo *H* continguo *GLK* 12 dilecto *GLK* 13 inpersonalium *B* continguit *K* 14 *post* attinet: iuuat delectat *add. h* deficiunt *add. r* 17 utriumphatus (t) *Dd* 18 *Verg. Aen.* VI 836 19 Ille] *r, m. alt. add. Rom.* Illa *R* capitolia] *ex* capitalia *corr. B ex* capotolia *H* capitalia (o) *K* chorinto *D* 20 *Verg. Aen.* VI 794 *sq.* VI *Krehlius* VII. *libri* 21 per annos *Rom.* 23 *Verg. Aen.* I 639 24 ueste (s) *Dd* 25 *Verg. Aen.* III 690 *sq.* 26 errata et retrorsus *B* 27 littora *H* Achaemenides] *d cum Rom. Ver.* achemenides *RH* (*B?*) *cum Med.* achamenides *D* achimenides (i) *GLK* infelices *Rr* ulixis *RBD* ulixi (e) *Pal.* 28 *Terent. adelph.* V 4, 6 *cf. lib.* VIII § 10 aldelphis *G*

decurso iam spatio.

quid enim prohibet verbis quoque eorum uti, nisi auctoritas deficeret? nec mirum hoc fieri in participiis: in nominibus quoque inveniuntur et in verbis quaedam derivativa [vel composita], quorum primitiva [vel simplicia] in usu non sunt, ut dicimus 'puella' diminuti||vum, quod videtur a puera nasci - ut enim 'tener tenera tenella', sic 'puer puera puella' debuit dici -, quo tamen, quia auctores, quorum maxime usus regnavit, non sunt usi, nec nos utimur, licet inveniantur vetustissimi protulisse et 'haec puera' et 'hic' et 'haec puer'; 'ocior' quasi ab oco, quod in usu non est, licet a Graeco est ὠκέως; 'offendo' quasi a verbo 'fendo' componitur, quod non est lectum, sicut 'aspicio', 'inspicio', 'despicio', 'suspicio', 'conspicio' a 'specio' [non est in usu]. similiter hoc idem in plurimis aliis invenies.

22 Sunt quaedam, quae cum formam habeant participiorum, tamen carentia tempore nomina esse ostenduntur, ut 'galeatus', 'scutatus', 'pilatus', 'tunicatus', 'manuleatus', 'caligatus', 'baccatus', 'paludatus', 'togatus', 'praetextatus', 'trabeatus', 'comatus', 'braccatus', 'paenulatus', 'soleatus', 'cristatus', 'hastatus', 'lunatus', 'stellatus', 'literatus', 'cerritus', 'turritus', 'pellitus', 'cornutus', 'astutus', 'hirsutus'. quaedam enim primae coniugationis participiorum formam | obtinent, id est in 'atus' desinentia, quaedam vero tertiae, id est in 'itus' vel 'utus' terminantia. sunt alia eadem et nomina et participia: 'armatus' 'ὁ ὁπλισθείς' καὶ 'ὁ ὁπλίτης', 'doctus' 'ὁ παιδευθείς' καὶ 'ὁ εὐπαίδευτος', 'sanctus' 'ὁ θεσπισθείς' καὶ 'ὁ θεσπέσιος' ἤτοι 'ἅγιος', 'acutus' 'ὁ ὀξυνθείς' καὶ 'ὁ ὀξύς', 'sapiens' 'ὁ φρονῶν'

2 uti nisi *in ras. b* 3 in nominibus] *r* in omnibus *R* cum in nominibus *LKh* in] *add. r om. R* 4 deriuatiua (diriuatiua *r*) uel simplicia quorum primitiua in usu *Br* deriuatiua uel simplicia (composita *supra*) quorum (. Quorum *H*) primitiua in usu *DdHh* diriuatiua uel simplicia in usu *R* 6 tenella *add. K* 8 uetustissime (i *supra*) *Rr* puera et hic] *d* puera hic *DK* 9 puer ο ΤΑΚΥΤΕΡΟϹ ΤΟΥΤΑ Ocior *B* oçco *D* 10 ὠκέως] *om. D* ΟΚΕωϹ *DGr* ΟΚΟωϹ *R* ΟΚΕΟϹ *K* ΟΚΕΟϹΧΕωϹ ΕΛΛΗΝΙΚΟΥ ΟϹΟΕΟϹ *B* 11 deficio (isp *supra*) *Rr* conspicio despicio suspicio *K* 12 a specio] *K om. RBDHG* respicio a uerbo spicio *add. d* a uerbo spicio *Lh* in usu non est *BDHLK* ñ usu ñ est *G* quod in usu non est *dh cf. lib.* IIII § 14 plurimis *in mg. add. K* 14 tempora *B* pilleatus (uel pilatus *supra*) *Dd* 15 tonicatus *K* manuliatus *G* bacchatus *Rr* paludatus] *rd* parudatus *R* plaudatus *D* 16 bracatus *RH* bracc*atus(h) *D* penulatus (i *supra*) *RBDGLK* "cristatus "soleatus *L* 17 cristatus ocreatus hastatus *B* hassatus *H* turritus cerritus *BDHGLK* 18 hastutus *Dr* hastatus *R* 19 optinent *BBHLK* 20 uel in utus *K* disinentia, *in mg.* uel terminantia, *G* 21 *Graeca per totum h. l. om. D* ὁ *om. B* ὁπλισθείς] *l* ΟΠΛΙϹΘΕΙϹ *R* ΟΠΛΙΟ*ΕΙϹ *L* ΟΠΛΙϹΕΕΙϹ *K* ὁ *om. B* 2 ὁπλίτης] *de* XII *vss. Aen.* § 20 *p.* 1222 *P.* 18 *L.* (ὁπλίτης 2) ΟΠΛΙΤΙϹ *B* ΟΠΛΙϹΤΗϹ *HGLK* ΟΠΛΙϹΘΕϹ *R* ὁπλιστής *α* 22 ΠΑΙΔΕΥΘΕΙϹ *Rr* ΠΑΙΔΕΥΘϹΙϹ *H* ΠΑΙΔΕΥΤΕΙϹ *K* καὶ] κ *B* εὐπαίδευτος] *r* ΠΑΥΛΗΥΕωϹ *R* ΕΙΠΑΙ.ΔΕΥΤΟϹ *G* ΕΥΠΑΨΛΕΥΤΟϹ *B* ΘΗϹΠΙϹΟΕΙϹ *R* θεσπέσιος] *r* ΘΕϹΙΤΕϹΙΟϹ *R* ΘΕϹΠΙΟϹ *HGLK* 23 ΗΕΤΟΙ *R* ΗΤΟΥ *B* ΕΤΟΙ *GK* ὁ *add.* 2 (ὁ), *om. libri* ΟΞΙΝΘΕΙϹ *R* ΟΞΥΝΕΕΙϹ *GLK* καὶ ὁ ὀξύς] *μ* (χαι ο οξυς), *om. R* ΚΑΙ ΟΞΙϹ *Kr* ΚΑΙ ΟΞΥϹ *BHGL* ΦΡωΝΟΝ *R* ΦΡΟΝΟΝ *B* ΦΡΟΝΗωΝ *H* ΦΡΟΝωΙ *K*

καὶ 'ὁ φρόνιμος' ἤτοι 'σοφός', 'monitus' 'ὁ ὑπομνησθείς' καὶ 'ἡ ὑπόμνησις', 'iudicatus' 'ὁ κριθείς' καὶ 'ἡ κρίσις', 'armatura' 'ἡ ὁπλίσουσα' καὶ 'ἡ ὅπλισις', 'scriptura' 'ἡ γράψουσα' καὶ 'ἡ γραφή', 'usura' 'ἡ χρησομένη' καὶ 'ὁ τόκος', 'litura' 'ἡ ἀπαλείψουσα' καὶ 'ἡ ἀπαλοιφή', 'factum' 'τὸ γενόμενον' καὶ 'τὸ ἔργον', 'dictum' 'τὸ λεχθέν' καὶ 'ὁ λόγος', 'visum' 'τὸ ὁραθέν' καὶ 'τὸ ὅραμα', 'legendus' 'ὁ ἀναγνωσθησόμενος' καὶ 'ὁ ἀναγνωστέος', 'amandus' 'ὁ φιληθησόμενος' καὶ 'ὁ φιλητέος'; sic et alia plura, quae cum tem- 23
poribus participia sunt, absque his nomina.

Illud quoque attende, quod, cum a nominibus nomina et verba et adverbia et coniunctiones soleant per derivationes vel compositiones proficisci, ut ab Aenea 'Aeneius', a patre 'patrisso', a claro 'clare', a 'qua' et 're' 'quare', et a verbis similiter nomina et verba et participia et adverbia, || ut a 'lego, lector, lecturio' et 'legens', a 'curro, cursim', ab adverbiis nomina et adverbia: 'ultra, ulterior ulterius', a participiis participia non possunt nasci nec verba, sed vel nomina, ut 'indulgens, indulgentia', vel adverbia, 'indulgenter'.

DE CASIBVS PARTICIPIORVM.

Casus quoque participia sex habent, quomodo nomina, nec sunt in VI 24
ipsis deficientia aliquo casu. nec mirum, nam in eo quoque imitantur adiectiva, quae nullo deficiunt casu, sive sint mobilia sive in duas conso-

1 ΦΡΟΝΙΜωϹ *R* ΦΡΟΝΙωΟϹ *H* ΗΤωΙ *R* ϹΟΦΡΟϹ *G* ϹΟΦωϹ *R* munitus *B* ΥΠΟΜΗΗϹΘΕΙϹ *Rr* ΥΠΟΜΝΕϹΘΕΙϹ ΚΑΗΥΝΟΝΝΥϹΚΥϹ *B* ἡ] Ν *RHG* ὑπόμνησις] *l* ΙΠΟΜΝΗϹΙϹ *Lr* ΥΠΟΜΝΕϹΙϹ *K* ΙΠΟΜΝΕϹΙϹ *G* 2 indicatus — κρίσις *om. G* ΚΡΓ *Rr* ΚΡΙΟΟΚΙϹ *K* ἡ] Ν *H* armatus *R* ΟΠΛΙϹΟΥϹΑ *H* ΟΠΑΙϹΟΙϹΑ *K* ΟΠΑΙϹΟΙϹΑ *Rr* ΚΑ *B* καὶ — γράψουσα] *in mg. add. K* 3 ἡ] Ν *H* ΟΠΑΛΙϹΙϹ *B* ΠΑΙϹΕϹ *G* ΠΑΙϹΙϹ *H* ΠΑΥϹΙϹ *K* ΠΑΛΙϹΙϹ *Rr* γράψουσα] *in litura rl* ΓΡΑΦΟΦΑ *GK* ΤΡΑΦ.ΟΥϹΑ *H* ΠΡΑΦΟΥϹΑ ΚΑΗΓΡΑΦΥ *B* ἡ γραφή] ΗΓΡΑΦΕ *K* ΝΓΙΤΑΦΗ *in litura r* ΚΡΗϹΟΜΕΝΗ *B* ΧΡΙϹΟΜΕΝΗ *H* ΧΡΙϹΟΜΗΝΗ *GL* ΚΡΙϹΟΜΗΝΕ *K* 4 ΚΑΙ ΤΟΧΟϹ *G* ὁ *om. B* ΤωΚΟϹ *R* litora *Rr* ἡ] Ν *RB* ΑΠΑΛΙΦΟΥϹΑ *B* ΑΠΑΛΙΦΟΥ·ϹΕΑ *H* ·ΑΙΤΑΛΙΦΟϹΑ *Rr* ΑΠΑΛΙΦΟΦΕΑ *G* ΑΝΑΛΙΦΟΦΕΑ *K* ΑΠΟΛΙΦΟΥϹΑ *in litura l* ΚΑΗΝΑΠΑΛΙΦΙ *B* ἡ] Ν *RH* ἀπαλοιφή] *de* XII *vss. Aen.* § 20 *l. l.*, π ΑΠΑΛΙΦΗ *RDG* ΑΠΟΛΙΦΗ *H* ΑΠΟΛΙΦΕ *K* ΑΠΟΛΙΦΗ *in litura* ΓΕΝωΜΕΝΟΝ *R* ΤΕΝΟΜΕΝωΝ *G* ΟΥΝΟΜΕΝΟΝ *K* 5 Τω *R* Ο *G* ΕΡΤΟΝ *G* ΛΕΧΤΕΝ *R* ΛΕΧΘΕΝ *H* ΛΕΚΘΕΝ *GLK* ΚΑΤΟΛΟΓΟϹ *B* ΤΟ *R* ΛΟΓΟϹ *Rr* ΟΡΑΘΗΝ *RGLK* 6 ὅραμα] *r* ΑΡΑΜΑ *R* ΟΡΟΜΑ *in litura l* ΑΝΑΓΝωϹΘΕϹΟΜΕΝΟϹ *B* ΑΝΑΓΝΟϹΘΕΚϹΟΜΕΝΟϹ *RK* ΑΝΑΓΝΟϹΘΗϹΟΜΕΝΟϹ *GL* ΑΝΑΓ.ΝΟϹΟΕϹ.ΟΜΕΝΟϹ *H* καὶ] Κ *RBH* ΑΝΑΓΝΟϹΤΕΟϹ *GL* ΑΝΑΓΝΟΤΕΟϹ *Rr* ΑΝΑΓΝΟϹΘΕΟϹ *B* 7 ΦΙΛΗΘΗϹΟΜΗΝΟϹ *G* ΦΙΛΕΘΗϹΟΜΕΝΟϹ *H* ΦΙΛΕΘΗϹΟΜΕΝΟϹ *L* ΦΙΛΙΘΙϹΟΜΕΝΟϹΚΑΦΙΛΗΘΕΟϹ *B* ΦΙΛΙΤΕΟϹ *G* ΦΙΛΗΘΗΟϹ *H* ΦΙΛΕΤΕΟϹ *LK in* ΦΙΛΙϹΤΕΟϹ *mut. L* alialia *R* 8 *post* nomina: Illud — nomina *add. r* 9 et aduerbia *add. r* 10 coniunctiones] *h* coniugationes *ni f. H* 11 aena *Dd* 12 re et quare *Rr* 13 lecturio] *r* et lecturio *RDHGLK* 14 ulterius participiis *G* participia *om. G* 17 DE CASIBVS PARTICIPIORVM] *om. G* participium *L* 18 quoque *om. G* 19 emitantur *K* omittantur *G* 20 · casu *H*

nantes desinentia. quae enim deficiunt, fixa sunt, ut 'fas', 'dicione', 'Iuppiter', 'Iovis', 'iter', 'preci' et 'prece', 'vicem' et 'vice', 'tabi' et 'tabo', 'maria', 'aera'. nam 'frugi' et 'nihili' et 'mancipi' et 'huiuscemodi' et similia non deficiunt aliquo casu certo, sed pro omni casu eadem terminatione funguntur, quamvis possunt haec eadem figurate magis prolata, ut dictum est, per genetivum vel dativum quam indeclinabilia esse videri, ut si dicam 'cordi homo | est mihi', 'cordi hominis', hoc est 'hominis qui mihi est cordi', 'cordi homini', 'cordi hominem', et possum cum omnibus casibus figurate iungere dativum. sic 'frugi homo', id est 'qui frugi est', hoc est 'utilitati', similiter omnibus casibus adiungitur figurate et est magis dativus. sed haec etiam de nomine latius tractavimus.

Declinantur autem participia ad similitudinem et regulam nominum in 'ns' desinentium vel in 'us' mobilium, exceptis, ut supra dictum est, illis, quae nascuntur a verbis quartae coniugationis in 'eo' desinentibus, quorum genetivus vocales nominativi 'ie' mutat in 'eu': 'iens euntis', 'quiens queuntis', quamvis Plautus 'abiendi' dixit pro 'abeundi' in Amphitryone:

abiendi nunc tibi etiam occasio est.

DE TEMPORIBVS.

VII 25 Tempora participiis accidunt eadem, quae et verbis infinitis, id est praesens, quod est etiam praeteritum imperfectum, ut 'osculari' et 'osculans', praeteritum perfe||ctum, quod est etiam praeteritum plusquamperfectum, ut 'osculatum esse' vel 'fuisse' et 'osculatus', futurum, ut 'osculatum iri' et 'osculaturus'.

Et sciendum, quod non ex omni significatione omnia tempora inveniuntur. nam cum quinque sint significationes, id est activa, neutra, passiva, communis, deponens: ab activa quidem et neutra praesentis et futuri veniunt participia, ut 'amans', 'amaturus'. in quibus quia praeteritum deficit, loco participii verbo utimur et nomine infinito, ut 'qui amavit', ὃς ἐφίλησεν, id est ὁ φιλήσας. quomodo enim loco verbi participium ac-

1 dicione] r ditione *RDH* de(i)cione *G* decione *K* 2 iupiter *L* preci et *in litura h* 3 * aera (&) *R* (et) huiuscemodi *Rr* 4 et (h)is similia *R* 8 quid mihi *D* possum] *b* possunt *B* 9 figuratae *H* datiuum sic; frugi *RB* 10 figuratae *H* 11 de *add. h* latius de nomine *GLK* 12 similitutidem *B* in us] In s *R* 15 genitib; *L* uocalis *B* ie] .i.in.e. *G* mutaut *D* ut ieus *G* 16 quieuntis *G* Plautus] *d* platus *G* plautum *D* *Plaut. Amph. fr.* 11 *p.* 422 *Both.* *ante* abiendi: supinum (sopinum *GLK*) eius *add. RBHGLK* gerundium eius *D* habeundi *D* habeundi *R* 17 amphytryone *R* amphytrione *G* amphitrione *BDK* 18 tibi etiam occasio est *add. r* 19 DE TEMPORIBVS *om. G* 20 accidunt *om. G* 21 quod etiam *G* 23 ut *ante* osculatum iri *add. r om. RDHGLK* 24 osculaturis (v) *Rr* 25 omnia] *r* omni *R* inueniuntur — deponens *add. d* 26 qui(n)que *K* siut] *r* sunt *R* id est] *om. D* id *LK* passiua neutra *B* /. pasiua communis deponens /. neutra *G* 27 depones *L* quidem] *r* quid est *R* 29 defecit *r* 30 ΟϹ ΕΦΙΛΕϹΕΝ *R* ὃς — φιλήσας] *om. D* ΟϹ ΕΦΙΛΕϹΕΝ id est

cipitur necessitatis causa cum verbo substantivo, sic etiam, ubi participium deficit, necessario verbum infinito nomini substantivo iunctum participii officio fungitur.

Passivum quoque praeteritum et futurum habet, 'amatus', 'amandus'; in praesenti autem deficit, pro quo similiter verbum cum praedicto nomine proferimus dicentes 'qui amatur', ὃς φιλεῖται, pro ὁ φιλούμενος. ex quo quoque ostenditur significatio participii, quod tam nominis quam verbi vim obtinet, quod et hoc pro illis et illa pro hoc ponuntur. dicimus enim 'legens est, qui legit' et 'qui legit, est legens', 'caenatus est, qui caenavit' et 'qui caenavit, caenatus est'.

Illud quoque sciendum, quod saepe et praesenti pro praeterito et 26 praeterito pro praesenti utuntur auctores necessitatis causa, cum deficiant et in 'or' desinentia praesenti et in o terminantia praeterito. praesentis tamen participium, quod etiam praeteritum inperfectum significat, solet coniungi verbis praeteriti perfecti et plusquamperfecti et significationem eorundem temporum complere, quomodo verba praesentis temporis, si adiungantur participiis praeteriti, praeteritum significant, ut 'caenatus sum, caenatus es, caenatus est' pro 'caenavi, caenavisti, caenavit'. sic ergo, si dicam 'caenans fui, fuisti, fuit' pro 'caenavi, caenavisti, caenavit', 'caenans fueram, fueras, fuerat' pro 'caenaveram, caenaveras, caenaverat' potest accipi. itaque quod deest Latinitatis linguae naturaliter, completur iuncturae ratione. multa tamen in his quoque, quae regula exigit dici, sive eu|phoniae causa deficiunt sive quod in usu non sunt, sicut et in aliis partibus orationis.

A neutris, ut diximus, sicut ab activis, duum temporum participia veniunt, praesentis, 'stans', futuri, 'staturus'. inveniuntur tamen quaedam 27 ex eis etiam praeteriti temporis, ut 'caeno caenatus', 'prandeo pransus', 'placeo placitus', 'nubo nupta', 'pateo passus' - et a 'patior' tamen 'passus'

ΟΦΙΛΕCΑC *d* ΟC ΕΦΙΛΕCΑC *GLK* ΟC ΕΦΙΛ*ΑC* *H* ΟC ΕΦΙΛΕΙΑCΤ *h* ΕΦΙΛΙCΕΝ *B* ΦΙΛΙCΑC *B* partipium *K* 1 *post* substantiuo *sqq.* — substantiuo *add. g* 2 nominis *R* 3 officio] *d* officii *D* 4 quoque] *spscr. K* uero *D* 5 deficit *add. r* 6 p̄ferimus *B* ὅς — φιλούμενος] *om. D* ΟC ΦΙΛΕΙΤΑΙ pro ΟΦΙΛΟΙΜΕΝΟC *add. d* ΟCΦΙΛΕΙ·ΤΑΙΦΙΛ. ΛΓ|ΕΝΟC. *G* ΦΙΛΕΙΤΑΙ *H* pro ὁ *om. K* pro ΦΙΛΟΥΜΕΝΟC *L* 7 quoque] nunc *G* ostenditur quoque *H* 8 optinet *BDHL* illa] *d* ille *D* 9 legens est *D* legens est. *Rr* *codd. per totum h. l. inter* caenandi *et* cenandi *formas fluctuantur* 10 et qui cenauit *add. r* 11 et pro preterito p̄senti *Dd* 12 pro *add. r* deficiant] *r* deficiunt *R* 15 perfectis *Rr* et significationem *om. G* 16 adiungintur *Rr* 17 cenatus sum *add. r* 18 caenasti *G* cenasti *K* sic] *r* si *R* sic ergo si] *h* si ergo *H* 19 pro *om. G* caenasti *G* cenasti *K* 20 Caenan fuerā *B* cenaueras cenaueras *K* 21 postest *H* Latinitatis *Hh* 22 tamen] *r* tuen *R* quae *add. r* 23 eophoniae *Gg* euphonię *D* ephoniae *H* sicut in *R* 26 ut stans *RB* 28 & ex *D* preteriti *Rr* prādeo *B* 29 pasus *LK* a *om. D* pasus *LK*

facit –, 'assuesco assuetus', quod quibusdam nomen esse magis videtur, sicut 'quiesco quietus'. 'iuro' etiam 'iuratus', quod etiam in passiva significatione invenitur, quippe etiam verbum ipsum Lucanus in V protulit:

Et laetae iurantur aves bubone sinistro.

Statius etiam in VII:

captivis etiam iurabere Thebis.

'coniurato' Virgilius in II georgicon:

Aut coniurato descendens Dacus ab Histro.

addunt quidam etiam a 'careo' 'cassus', quod si esset, deberet 'cassurus' facere futurum, non 'cariturus', quod Iuvenalis in II protulit:

tollere dulcem
Cogitat heredem cariturus turture magno,

ut supra memoravimus. ergo 'cassus' magis nomen est, sicut 'lassus', et maxime cum vanum signifi|cat, ut:

Cassa fraude parat.

'titubo' quoque 'titubatus' facit. Virgilius in V:

vestigia presso
Haud tenuit titubata solo.

et in aliis multis neutrorum praeteriti participia vetustissimi protulisse inveniuntur, ut 'discessus', 'interitus', 'obitus', 'occasus', 'potus', 'senectus'.

28 Neutropassiva quoque, quae sunt quinque, trium temporum habent participia, ut 'gaudeo gaudens gavisus gavisurus', 'audeo audens ausus ausurus', 'soleo solens solitus soliturus', 'fio fiens factus futurus' differentiae causa, ne, si 'facturus' dicamus, simile sit participio, quod venit a 'facio' verbo, quod vim activam possidet 'fio' verbi, unde a supino eius nascitur passivum praeteriti participium et futuri activum: 'factum factu, factus facturus'; 'fido' quoque 'fidens fisus fisurus'.

A communi verbo quattuor nascuntur participia, praesentis sive prae-

facit pasus *G* 1 asucto asuetus *Rr* adsuesco adsuetus *B* esse uidetur magis *LK* uidetur magis esse *Gg* 2 quietur *Rr* quod] *r* quo *R* in passiua etiam *B* 3 *Luc. Phars.* V 396 4 iurantur] *h* iurant** *H*. aures *K* seuistro *K* 5 *Stat. Theb.* VII 103 VII. thebaidos *dh* 6 iuraueraе thebis *d* iurauerat aeuis *GLK* iurauerat huius *BDH* 7 coniurato] coniurato. *GLKd* coniuratio *D* *Verg. georg.* II 497 8 Aut] A *K* coiurato *K* descendens] *k* discendens *GLK* 9 etiam *om.* *G* casus *Rr* casus *LK* esse deberet cassurus faceret *B* casurus *Rr* casurus *L* 10 *Iuv. sat.* II 6, 38 *sq.* in II protulit] profert in II. *B* 12 haeredem *GLK* turturae *H* 13 casus *Rr* casus *LK* est *om.* *R* sicut] ut *L* lasus *LK* 14 *Luc. Phars.* V 130 15 casa *L* 16 Titubo *ex* Tituuo *corr.* *B* *Verg. Aen.* V 331 *sq.* V. Aeneidos *H* II. aeneidos *B* 17 praesso *Rr* pssa *G* 18 haud] aut *GLK* 20 intuseritus *K* 21 Neutropassiua *ex* Neutrapassiua *corr.* *H* Neutrapassiua *B* participia habent *G* 22 participia gaudeo *DGLK* audiens *K* asus *Hh* 23 futurus] *d* facturus *D* 25 possedet *K* 26 factus et facturus *G* 27 fixus fixurus *Rr* 28 commoni *Rr*

teriti imperfecti, quod activam solum habet significationem, ut 'criminor criminans', 'ὁ διαβάλλων οὐκέτι' καὶ 'ὁ διαβαλλόμενος', praeteriti perfecti et plusquamperfecti, quod communem habet significationem tam passivi quam || activi, ut 'criminatus' 'ὁ διαβαλών' καὶ 'ὁ διαβληθείς', futuri unum activum in 'rus' desinens, ut 'criminaturus', et unum passivum in 'dus', ut 'criminandus'. omnia tamen in 'dus' desinentia participia eadem etiam 29 nomina esse possunt, cum amittunt tempus, ut 'amandus' 'ὁ φιληθησόμενος' καὶ 'ὁ φιλητέος', 'docendus' 'ὁ διδαχθησόμενος' καὶ 'ὁ διδακτέος', 'legendus' 'ὁ ἀναγνωσθησόμενος' καὶ 'ὁ ἀναγνωστέος'.

A deponenti trium temporum veniunt participia, praesentis vel praeteriti imperfecti, 'sequens', praeteriti perfecti vel plusquamperfecti, 'secutus', futuri, 'secuturus'. multa tamen ex huiuscemodi verbis inveniuntur apud antiquissimos participia praeteriti temporis tam activam quam passivam significationem habentia, ut 'meditor' μελετῶ, 'meditatus' 'μελετήσας' καὶ 'μελετηθείς' - Terentius in Phormione:

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda -,

'auxilior auxiliatus' 'βοηθήσας' καὶ 'βοηθηθείς'. Lucilius:

a me auxiliatus.

sic et 'amplector amplexus' καὶ 'περιπλακείς' καὶ 'περιπλεχθείς' - Petronius:

1 solam *GLK* ' cremiuor creminans *GLK* 2 criminans ΒΔΙΑΒΑΛΛΩΝ. Non
Λ
etiam ΟΔΙΑΒΑΛΛΟΜΕΝΟC *B* ΔΙΑΒΑΛΩΝ *RK* ΔΙΑΒΑΛΛΑΝ *G* ΔΙΑΒ*ΛΩΝ *Ll* *Graeca h. l. et in proxime sqq. usque ad ἀναγνωστέος om. D add. d* ΔΙΑΒΑΛΟΝ.ΟΥ.ΚΕΠΙ *H* ΟΥΚΕΠΙ *Gr* *ΟΥΚΕΤΙ *L* ΟΙΚΕΠΙ *K* ΔΙΑΒΑ*ΛΟΜΕΝΟC (Λ) *R* ΔΙΑΒΑΛΟΜΕΝΟC *HL* ΔΙΑΒΑΛΟΝΕΝΟC *K* ΔΙΑΒΑΛΕΝΟΝΟC *G* 3 tam actiui quam passiui *B* 4 quam et actiui
Λ
DGK ut *om. D* creminatus *GLK* ΟΔΙΑΒΑΛΛΟΝΚΟΔΙΑΒΑΗΘΕΙC *B* ΟΔΙΑΒΑΛΛΟΝ
Λ
ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑΝΘΕΙC *Rr* ΟΔΙΑΒΑΛΟΝ ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑΝΘΕΙC *H* ΟΔΙΑΒΑΛΕCECIN ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑΗΕΙC *G*
C ΟΛ°Θ
ΟΔΙΑΒΑΛΩ* ΚΑΙ Ο ΔΙΑΒΑ**ΕΙC *Ll* ΔΙΑΒΑΝΘΕΙC *K* 5 ut criminaturus *om. H add. h* creminaturus *GLK* 6 creminandus *GLK* 7 esse non possunt *G* amittant *Hr* ΦΙΛΗΘΕCΟΜΕΝΟC *R* ΦΙΛΗΘΟCΟΜΗΝΟC *G* *post* φιληθησόμενος*: καὶ — διδαχθησόμενος om. B* 8 ΦΙΛΗΘΕΟC *R* ΦΙΛΕΤΗΟC *G* ΦΙΛΕΤΕΟC *L* διδαχθησόμενος] *l* ΔΙΔΑΧΘΗCΟ *H* ΔΙΔΑΧΤΕCΟ *G* ΔΙΔΑΧ*ΗCΟ *L* ΠΙΔΑΧΘΗCΟ *K* ΚΟΔΙΔΑΧΘΕΟC *B*
Τ
ΔΙΔΑΚΟΕΟC *R* ΔΙΔΑΚ*ΕΟC *Ll* ΔΙΔΑΚΤΕΙC *K* 9 ΑΝΑΓΝΟCΘΗCΟΜΗΝΟC *G* ΑΝΑΓΝΟCΘΕCΟΜΕ-
ΑΙ
ΝΟC *K* *ΝΑΓΝΟCΘΕCΟΜΕΝΟC *Rr* ΝΑΓΝΩCΘΗΜΕΝΩC *B* ὁ *om. GK* ΑΝΑΓΝΟCΤΕΟC *BHLK* ΑΝΑΓΝΟCΤΗΟC *G* ΑΝΑΓΕΝΟCΤΕΩC *R* 10 A *add. r* participia ueniunt *G* 11 imperfecti — plusquamperfecti] *r* perfecti uel plusquamperfecti *R* ut sequens *h*
h
vel] et *K* sequutus *B* 12 sequuturus *D* uiuscemodi *Rr* huiusmodi *H*
t t
14 meditjtor *Rr* medior *D* ΜΕΛΕΤΩ *r* ΜΕΛΕΤΟ *K* ΜΕΔΕΤΟ *B* medita*us *Kk* ΜΕΛΕΘCΑC *R* ΜΕΛΕΘΕCΑC *r* ΜΕΙΕΤΕCΑC *G* ΜΕΛΕΤΕC *K* ΜΕΔΗΤΗCΑC *B* 15 μελετηθείς] ὁμελετηθεις 2 ΜΕ*ΜΕΛΗΤΗΘΕΙC *L* ΜΕΙΜΕΛΗΘΗΤΕΙC *RD* ΜΕΙΜΕΙΕΤΗΘCΙC *G* ΜΕΙ'ΜΕΛΗΤΗΘΕΙC *H* ΜΕΙΜΕΙΗΤΕΔΑC *K* ΜΕΙΜΕΔΗΤΗΘΕΙC *B* *Ter. Phorm.* II 1, 18 16 sunt mihi *BDG* 17 auxilior] *d* Ausilior *D* βοηθήσας] *r* ΒΟΗΘΕCΑC *B* ΒΟΗΚΘΕCΑC *R*
Ο .ΘΕ
ΒΗΘΗΘΕΙC *K* ΒΟΗΘΗΛΙΕΙC *G* ΒΟΗΘΗC *R* ΒΟΕΙC *D* *Lucilius: v. lib.* VIII § 15 19
am t
Et sic et *GLK* sic etiam *B* plector *Rr* amplexor *Dd* *Graeca add. d* περιπλακείς] *om. B* ΠΕΡΙΠΛΑΚΑΕΙC *D* ΠΕΡΙΠΛΑΚΕΙC *HLK* ΠΑΡΙΠΛΑΚΕΙC *G* καὶ] ΚΙCΙ *L*

animam nostro amplexam pe|ctore.

Cicero pro Roscio: quo uno maleficio scelera omnia videantur conplexa esse -, 'adminiculor adminiculatus' 'βοηθήσας' καὶ 'βοηθηθείς'. Varro: tribunicio auxilio adminiculatus.

30 sed sciendum, quod verbis quoque plurimis, quae nunc in usu deponentia sunt, veteres sicut communibus usi sunt, de quibus, cum de verbo tractabamus, docuimus.

A verbo 'sum', quod est anomalum, veteres praesentis temporis proferebant participium 'ens', unde componitur 'potens'; nam 'futurus' magis a 'fio' verbo videtur nasci, potest tamen etiam a 'fui' esse existimari.

DE NVMERO.

Numerus participiis accidit uterque, singularis, ut 'currens', pluralis, ut 'currentes'. et sicut non deficiunt casibus, sic nec numeris defectiva invenies participia.

DE FIGVRIS.

VIII 31 Figuras habent, quas a verbis accipiunt. nam per se numquam componitur par|ticipium, nisi prius verbum eius componatur. ergo vel simplicia sunt vel decomposita plerumque, quae Graeci παρασύνθετα vocant, id est a compositis verbis derivata, ut 'efficio efficiens', 'intellego intellegens'; si enim ipsa per se componantur non prius verbis compositis, transeunt in nominum vim, sicut etiam, si comparentur: 'nocens innocens', 'sapiens insipiens'. simplicia enim eorum possunt et participia esse et nomina, composita vero sine dubio nomina sunt. ideo autem addidimus 'plerumque', quod sunt quaedam, quae non servant compositionis verborum compaginem, unde apparet, ea ex se composita, ut 'effringor effractus', 'contingor contactus' et similia. ('indulgens', 'amans', 'acceptus', si

φιcι *G* ΚΑΙ *K* ΠΕΡΙΠΑΗΧΘΕΙC *R* ΠΕΡΗΠΑΕΧΘΕΙC *B* ΠΕΡΙΠΑΕΧΘΕΙC *LG* ΠΕΡΠΑΕΧΘΕΙC *H* ΠΑΡΙΠΑΕΧΘΕΙC *K* Petronius] *cf. lib.* VIII § 16 1 nostram *BGL* in pectore *libri lib.* VIII *l. l.* 2 *Cic. pro Roscio Am. or.* 13, 37 roscio *ex* ruscio *corr. B* uno *in litura H* conplexa esse uideantur *lib.* VIII § 16 *cum libris Cic.* 3 complexa *RBDHLK* admi(ni)culatus *Dd* amminiculatus *GLK* adminiculatus — auxilio adminiculatus] *r* adminiculatus *R* βοηθήσας καὶ βοηθηθείς] *post* auxilio adminiculatus *sup. lin. add. D* ΒΟΗΤΕCΑC ΚΙ ΒΟΗΘΗΘΕΗC *B* 4 *de Varronis fr. v. lib.* VIII § 15 tribunitio (i) *H* amminiculatus *DHGLK* 6 uaeteres *G* commonibus *G* 7 documus *Rr* 8 veteres] *r* uaeteres *G* ueteris *R* 10 uerbo fio *K* 11 DE NVMERO] *om. G* DE NVMERIS *DL* de numeris incipit *K* 12 pluralis ut *add. r* 13 sic] si(c) *H* si *R* numeris *ex* numerus *corr. H* defectatiua *G* 14 inenientes *G* 15 DE FIGVRIS. *om. G* 17 /.eius /.uerbum *H* eius *om. K* 18 ΠΑΡΑCΙΝΘΕΤΑ *RB* ΠΑΡΥΝΘΕΤΑ (ΠΑΡΑCΙΝΘΕΤΑ) *L* ΠΑΡΙΘΗΤΑ *GK* uocant *Dd* 19 ut ab efficio *d* 20 prius a uerbis *H* 23 *post* nomina sunt: indulgens — acceptior (*lin.* 26), *om.* sunt, *collocant GLK* addidimus] *r* addimus *RL* 24 compositiones *B* ɔpossionis *G* 25 compaginem *om. B* ex se ea *K* ea ɔpossita esse ex se *G* ut infi(r)ngor (in) effractus *Dd* 26 et contingor *B* acceptus *add. d*

comparentur, nomina sunt: 'indulgentior', 'amantior', 'acceptior'; sic et similia.)

De diversis quoque consonantibus, quae ante 'us' in praeteriti temporis participiis inveniuntur, quamvis per singulas verbi terminationes, cum de supinis tractabamus, docuimus, tamen hic etiam generaliter comprehendere non incongruum videtur esse. omnia igitur participia praeteriti tem- 32
poris vel in 'tus' desinunt, ut | 'amatus', 'adiutus', 'datus', 'domitus', 'solitus', 'cultus', 'munitus', 'conventus'; vel in 'ctus', ut 'sectus', 'doctus', 'lectus', 'sanctus'; vel in 'ptus', ut 'raptus', 'captus', 'sumptus'; vel in 'stus', ut 'quaestus'; vel in 'sus', ut 'risus', 'morsus', 'lusus', 'iussus'; vel in 'psus', ut 'lapsus'; vel in 'xus', ut 'fluxus', 'flexus', 'pexus'.

In 'tus' desinunt omnia, quae praeteritum in 'vi' syllabam terminant, mutatione 'vi' in 'tus', ut 'amavi amatus', 'oravi oratus', 'adiuvi adiutus', 'delevi deletus', 'cupivi cupitus', 'lacessivi lacessitus', 'decrevi decretus', 'stravi stratus', 'munivi munitus', 'audivi auditus'. excipiuntur differentiae causa tria a longam in 'au' convertentia: 'lāvi lautus', 'fāvi fautus', 'cāvi cautus', ne, si 'latus', 'fatus', 'catus' diceremus, alias significationes habere putarentur.

Et sciendum, quod haec omnia paenultimas productas habent tam in verbis praeteriti quam in participiis, exceptis 'sevi sătus' et 'sivi sĭtus', quae in participiis paenultimas corripiunt, et 'lini' vel 'livi lĭtus'. a 'civi'|| quoque 'citus' licet et corripere et producere paenultimam; ab 'ivi' quoque vel 'ii' composita et 'quivi' vel 'quii' corripiunt in participiis i ante 'tus', ut 'adĭtus', 'obĭtus', 'praeterĭtus', 'nequĭtus'. 'solvi' enim 'solūtus' et 'volvi volūtus' abiecta i produxerunt tamen u. a vero correptam ante 33
'tus' in quattuor solis participiis inveni, duobus primae coniugationis, quae duplicant in praeterito priorem syllabam, 'dedi dătus' et 'steti stătus', quod participio simile nomen est, unde futurum 'staturus'; secundae quoque unum inveni a deponenti 'reor', 'rătus', et tertiae unum, de quo supra diximus, 'sevi sătus'. unde Virgilius in II georgicon:

indulgens — acceptior *h. l. om. GLK v. lin.* 23 1 comparentur] *b* compar•ntur (a?) *B* sic et similia *om. GLK* 3 De *om. H add. h* 5 de sopinis cum *G* tracta[ba]uimus *Hh* 6 esse uidetur *G* 8 cultus] occultus *GL* occulatus *K* 10 stus] *d* tus *D* questus *DGL* lusus iussus] lussus lassus *K* 11 xus] pxus *D* pexus] plexus *r* 12 syllabam] *h* syllaba *H* 13 audiui auditus *ante* ad[v]iuui adiutus *add. B* 14 cupitis lacessiui lacessiui lacessitus *Rr* tria differentiae causa *B* 16 trea *G* a longa *R* 18 put[a]erentur *Rr* 19 habent productas *D* tam [in] uerbis *Rr* 20 saeui *HL* 21 liui uel lini *BDHGLK* 22 scitus *R* 23 uel ab ii *B* composita uel quiui *G* quii] *d* qui *D* i• in participiis ante (n) *K* 24 additus *D* [o]abitus *Rr* enim] quoque *G* sol[v]itus *K* 25 correpta *R* ante tus] antus *K* 26 inueni participiis *BDHGLK* inuenii *Rr* 27 et *ante* steti *om. BDH del. r* & status *Rr* quod in participio *G* 28 participio] *d* participium *D* nomen est participio simile *K* est *add. r* 30 sequi *B* *Verg. georg.* II 33 *sq.*

mutatamque insita mala
Ferre pirum.

'sepelivi' etiam notandum, quod 'sepultus' facit - antiqui tamen et 'sepelitus' dicebant -, et 'sallivi sallitus' et 'salsus'.

Praeterea notanda sunt a 'salivi' vel 'salii' 'saltus' et 'salturus'. ab 'halo halas halavi' 'halitus' nomen participiale, non 'halatus', et a 'spiro spiras spiravi' 'spiritus' similiter nomen participiale factum [non 'spiratus' facit]; a 'pavi pastus', non 'patus', ab 'ambio ambĭtus' cor|repta paenultima, quando nomen est; nam in participio producitur. Ovidius in I metamorphoseon:

Iussit et ambĭtae circumdare litora terrae.

quod autem 'halavi' est ab 'halo', ostendit usus. Iuvenalis in IIII:

et omni
Bellorum pompa animam exhalasset opimam,

pro 'exhalavisset'.

34 I vero correptam habent ante 'tus' omnia, quae praeteritum in 'ui' divisas terminant, nisi sint ex praesentibus in 'lo' vel 'no' divisas desinentibus, ut 'domui domĭtus', 'vetui vetĭtus', 'attonui attonĭtus', 'habui habĭtus', 'elicui elicĭtus', 'genui genĭtus', 'strepui strepĭtus'.

Excipiuntur primae quidem coniugationis duo, quae per synaeresin i proferuntur, 'secui sectus' et 'fricui frictus'. a 'neco' quoque verbo 'necatus' et 'nectus' inveni||tur participium. sed 'necatus' proprie dicitur ferro, 'nectus' alia vi. illud quoque est notandum, quod Horatius ponit in epodo:

Non me Lucrina iuverint conchylia
Magisve rhombus aut scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hiemps ad hoc vertat mare,

